2.

IAC. CONCENATII, IVRISCONS. EPITOMES OECONOMICAE ARTIS IVRIS CIVILIS, libri duo.

AD

MICHAELEM HOSPITALEM,

Galliæ Cancellarium.



Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται.

BASILEAE,

M. D. LXII.

Cum priuilegio Imp. Maiestatis in annos x.
Et Regis Galliarum in annos ix.

S

LE PRIVILEGE.



HARLES par la grace de Dieu Roy de France, A Tous les Preuostz, Baillifz, seneschaulx, de nostre Royaulme, pais, terres & seigneuries, ou leurs Lieutenans, & chacun d'eux endroict soy si comme luy apartiendra salut. Nostre bien ayme Nicolas L'euesque le Ieune, marchant Libraire & Bourgeois de la Ville de Basle l'un des Cantons de noz chiers, bien aymez, alliez, confederez, & bons comperes les Suisses. Nous a fait entendre qu'il uouldroict faire imprimer ung liure intitule IACOBI CONCENATII, Iurisc͡os. Epitomes œconomicæ artis Iuris Ciuilis, lib. II. laquelle impression ne se peult faire sans grandz fraiz desquelz il craint estre foule par les autres Libraires et Imprimeurs de nostre royaulme, qui uouldroyent faire incontinent imprimer ledit liure, & le uendre & debiter au grand interest & domaige du suppliant, qui nous à requis sur ce luy pouruoir. Nous à ces causes uoulans fauorablem͡et tracter ledit suppliant, & luy donner moyen de se rembourser des fraiz qu'il luy conuiendra faire à l'impressi͡o dudit liure, et luy accroistre le desir de faire profit a la Republique par l'impression de tous bons liures. A iceluy pour ces causes auons de nostre grace speciale permis & octroye, permettons et octroyons par ces presentes, uoulons & nous plaist, qu'il puisse & luy soit loysible mettre en uente ledit liure cy dessus expecifie, par luy imprime en grand & petit uolume, et tel que bon luy semblera par tout nostre dit royaulme, pais terres & seigneuries, durant le temps & terme de neufz ans prochains uenans, ensuiuans, & consecutifz, à commencer du iour & date que l'impression dudit liure sera paracheuee, sans que aucun des Libraires & Imprimeurs de nostredit royaulme puissent durant ledit temps faire imprimer ledit liure, et moins le mettre en uente & debiter sans le uouloir & consentement dudit suppliant, sur peine de confiscation d'iceulx, & d'amande arbitraire tant enuers nous, qu'enuers ledit suppli͡at, & de tous despens dommages & interestz. Si uoulons & uous mandons, et à chacun de uous, endroict soy si comme luy apartiendra tresexpressem͡et enioignons par cesdites, que de noz presens grace priuilege licence defenses & inhibitions, et de tout le contenu cy dessus, uous faictes, souffrez, & laissez ledit supliant ioyr et user plainement & paisiblement durant ledit temps, a commencer ainsi que dessus est dict. Cessans & faisans cesser tous troubles & empeschemens, au contraire faisans, uous auons donne & donnons plain pouuoir auctorite commission & mandement special par cesdites presentes, car tel est nostre plaisir, mandons & commandons a tous noz Iusticiers, officiers & subiectz, que a uous & chacun de uous en ce faisant soit obey, nonobstant quelconques lettres a ce contraires. Donne A Sainct Germain des pres A Paris. le xiiij. Iour de Iuin, Lan de grace mil cinq cens soixante & ung, Et de nostre regne le premier.

Par le Roy à uostre relation.

De Vabres.

SVPREMO REGIS GALLORVM CANCELLARIO, VIRO ILLVSTRISSIMO, ET MAGNI

nominis omnium magistratuum Antistiti obseruando,

MICHAELI HOSPITALI,

Iac. Concenatius B. S.



PERSARVM morem sequutus, Cancellarie Illustriss. qui ut Regem cum insignibus muneribus salutare & congratulari solebant: ita ex quo Regis Vicarius & νομοφύλαξ, sanctioris interiorisque consilij, ex delectis atque eximijs uiris Caput, Publici iuris autoritas, & totius Galliae Reip. regendae ratio, pro tua prudentia, doctrina & integritate constitutus es: ut nulla Principis nostri constitutio, nulla sanctio, nullum diploma, nullum rescriptum, nulli codicilli Regij, non è Rep. atque etiam è dignitate Reip. principali'que exeant: non ueritus sum, postquam tibi gratum esse mihi ostenderis, dignitatem tuam amplissimam, tametsi multis magnisque rebus occupatam, hac mea Iuris Ciuilis EPITOME OECONOMICA, quam tua iandudum fretus humanitate omnibus studiosis uiris perspecta & cognita, Amplitudini tuę nuncupo & consecro, congratulari. Vt igitur mei instituti & consilij rationem intelligas, à capite repetenda & accersenda mihi est Iuris nostri Ciuilis origo. Cœpit Ius nostrum Ciuile, Cancellarie obseruandiss. à Iustificationibus, quas Dominus tradidit Moysi, qui diuinas leges sacris literis explicauit. Forenus Rex, Graecis, Mercurius Ægyptijs, Solō Atheniēsibus, Lycurgus Lacedaemonijs, autoritate Apollinis, Numa Pompilius Romanis leges tulit. Deinde cùm populus seditiosos magistratus ferre non posset, decem uiros App. Claudium, Tit. Genutium, P. Festium, P. Veturium, C. Iulium, A. Manlium, P. Sulpitium, P. Curiatium, T. Romulium, Sp. Posthumium, creauit, ut leges Solonis, à Graecis peterent. Quae tandem xij. Tab. conclusae, cùm Plebiscitis, Senatusconsultis, Magistratuum edictis, Responsis prudentum interpretatae essent, & nullo certo ordine constarent: easdem ordine transcribere, & ad certum modum redigere, in paucos libros conferre, & ex immensa diffusa'que legum multitudine, optima quaeque & necessaria, primus Consul Pompeius instituere uoluit: sed non perseuerauit, obtrectatorum metu: deinde par propè uoluntas Caesari fuit, sed antè interfectus est. Nouissimè Tribonianus, Theophilus, & Dorotheus, singulari ratione, autore Iustiniano, praecipua quaeque Iurisconsultorum responsa, in opus quoddam certo ordine contraxerūt. Quorum sagacitatem, & modestiam, strenuos'que conatus, licet admirari satis nequeamus: tamen cùm omnes casus, qui inter homines contingunt, non comprehendant, ut Iul.[a] autor est, & adhuc librorum multitudine, & sententiarum grauitate studiosi terreantur: iandudum institui, Iuris Ciuilis Oeconomiam, atque ordinem, in Epitomen, quò facilius de qualibet iuris quaestione proposita respōdere,

[a] l. neque l. non possunt. ff. de legib.

& Iurisconsulti de similibus ad similia procedere, atque ita ius dicere possint, proponere. Laudanda enim in primis breuitas est, modò ne nimiam sensibus nostris adferat obscuritatem. Quod citra artis Iuris Ciuilis cognitionem proferre nō posse, ipsamet Iuris definitio, quæ dicitur esse ars boni & æqui, sine qua nihil præstare possumus, & cuius ignorantia lites alit, satis indicat. Nam si de contractu, puta, emptionis, lis sub iudice sit, mouentur nostri ex lege depositi, locati, uel alterius contractus bo. fid. si ijpsis persuadētes, de similibus ad similia procedere permissum esse, qui si iuris artis notionem haberent, quemlibet contractum in suis cancellis continerent, pari ratione & æquitate, cognita natura alicuius contractus, reliquos terminarent, à separatis autem non arguerent, cùm nullum simile idem sit. Quare arte opus esse, ipsa Iuris definitio, sub arte comprehēsa, satis indicat. Nulla enim est natura tam firma, quin sui cognitione, & uirium suarū descriptione, firmior atque constantior: nulla tam languida & abiecta est, quin adiumento artis, acrior & alacrior effici posit. Quo nomine cùm ius Ciuile legissem ac relegissem, ut locorū communium sedes, uelut in aceruo quodā mihi colligerē, ut idipsum in artem mihi redigere possem, reuocauit me ab instituto, partim operis difficultas, partim etiam quòd ius Ciuile, ut pote ex uera philosophia ortū, [a]ars dici nō posit. Pythagoras enim postquā cum Leonte doctè & copiosè quædā disseruisset, Leo ingeniū & eloquentiam hominis admiratus, quæsiuit ex eo, qua maximè arte confideret. Cui Pythagoras respondit, se nullam artem scire, sed esse philosophum. Sed hoc argumēto indicabat se omnibus inutilem. Si enim quis ægrotet, philosophum non induceret, sed medicum. In naui fluctibus agitata, gubernatori potius quàm philosopho me & mea committerē, & in reliquis omnibus quantisper artifex adest, philosopho non erit locus. Sed philosophari, ut Hipparchus Platonis ait, nō est circa artes studiosè uersari, nec multis negotijs incumbere, aut multa perdiscere, sed aliud quippiam: ut esse rhetoricus. Rhetoricam enim nullam artem esse, Plato [b]existimat, sed peritiam quandam, gratiam uidelicet uoluptatemque pariendi. Cæterùm cùm à summis hominibus eruditisque acceperimus, omnium rerum studia, doctrina, præceptis & arte constare: cur negabimus, ueram philosophiam, Iurisprudentiam, artem esse? cùm uera attingat, & rationi coniuncta sit. Quam tamē cùm in artem redigere, planè impossibile esse arbitrarer, annotationes in ius uniuersum Ciuile edere, easque in primum Pandectarum librum euulgare cœpi. Interim alia melior mihi sententia cedit, ut satis Iurisprudentiæ studiosis profuturum, & mihi facturum putarē, si arduas, difficiliores, & obscuriores iuris Ciuilis quæstiones (quarū quatuor libros euulgaui) resoluerem. Verùm cùm semper mihi propositum esset, uniuersas iuris Ciuilis sedes, in Tabulas concludere, eas que in artem redigere: quò totius Iuris Ciuilis ideam, ad studiosorum solatium, proponere possem, ac tandem summo studio & longo usu id me assequutum esse putarem: uerendum quoque mihi fuit, ne dum breuior esse cupiam, obscurior plerisque uiderer. Quo nomine cuiuslibet Tabulæ partis explicationem adiecimus: ut neque doctiores quicquam desidera-

a l. j. ff. de inst. & iure.

b De Rhetorica.

siderarent, neque ij qui legibus initiantur, aliquid addubitare possint. Hoc igitur ordine prosequimur. Cùm difficultas ex permista traditione rerum procedens, per separationem explicetur,[a] & agrorum diuisio uberiorem culturam reddat,[b] uitio'que notetur, qui nihil definit, nulla partitione utitur, ut Socrates apud Platonem in oratione Lysiæ, quam, Phædrus nominabat. Quod enim nullis partibus constat (ut Plato, de Ideis ait) nunquam in aliquo totum est, ac totum simul abesse poterit. Meritò quæ de iure Ciuili à Iurisconsultis sunt subtiliter disputata & scripta, cùm plerisque incognita sint, pro communi utilitate institui, me omnium, ac maximè eorum, quæ ad communem usum apta sunt, sententias, in certa quædam ac definita capita conferre, & ea artificiosè, quò legentis animum incitarem, mentem intelligentis præpararem, memoriam artificiosè reformarem, in partes distribuere, & sic coniūgere, ut neq; quicquam à Iurisconsultis frustra scriptū esse, neq; repugnantes esse sententias nobis omnino persuaderemus, & in subterraneis, obscurisq; antris educatos, ceruicibus & cruribus deuinctos, ad lucis aspectum perferendum excitaremus. Nostram igitur Oeconomiam sic distribuimus: In primo libro, de uitæ diuinæ humanæ'que duce, IVSTITIA ET IVRE PERSONARVM: in secūdo de OBLIGAT. ET ACTIONIB. CIVILIB. agimus, in quo naturā, substantiam, tacita'que singulorum cōtractuum accidentia, cum ipsorum actionibus designamus. Naturam intelligimus, cùm rei uim, proprietatem & qualitatem secundum proprios contractus fines inductam appellamus, ea'que propriè substantia, hoc est, principalis illius essentia esse dicitur,[c] qua summota, actus deficit. Vt si forma contractus, uel testamenti seruata non sit: ut si in testamento desit uoluntas, ut si furiosus, uel impubes testetur,[d] si nulla sit hæredis institutio,[e] si septem testes adhibiti non sint.[f] Sic in stipulationibus, si ad interrogata responsum non sit:[g] si in emptione deficiat consensus,[b] uel precium,[i] aut dominij translatio. [k] Si in pupillorum contractibus, tutoris, aut iudicis desit authoritas.[l] Sic in precario, quod ad libitum concedentis reuocatur,[m] contraria pactione tolli saluo ipso contractu non potest. Sic societas quòd leonina sit,[n] mandatum quòd gratuitum nō sit,[o] mutuum quòd eiusdem generis non redditur, non contrahitur,[p] cùm legitimos ipsorum terminos excedat. Sic contractus permutationis natura est, ut certa res pro alia certa detur. Sic in solutum dationis substantia est, res & causa, quare in solutum detur: est enim forma ipsa quæ præstat essentiam rei.[q] Natura præterea pro accidentibus, quæ tacitè contractibus insunt, sumitur, quæ pactione contraria tolli possunt: ut si in mutuo expressum non sit, ut debitor in eadem bonitate restituat, tacitè tamen inesse creditur,[r] nisi aliter contrahentes conuenerint. Puta, rem apud te depositam, casu perijsse, domino perijt,[s] nisi aliud actum sit.[t] Posteriore loco actiones singulis contractibus peculiares proponimus. Hic est fructus, quem in secundo libro Epitomes trado, Cancellarie Illustriss. causas ciuiles de plano, methodo seruata tractans, & prius fontes, quàm riuulos prospiciens. Alias Iuris Ciuilis partes, ubi plus otij nactus fuero, & has à tua prudentia comprobatas agnouerim,

a §. alio. Inst. quib. mod. test. infir.
b l. Caius. §. Titius. de legatis ij.
c l. j. ff. de usufruct.
d l. generali. C. de sac. eccl.
e l. Liubemus. C. de test.
f l. hac. C. eo.
g l. j. ff. de uerb. ob.
h l. in uenditionibus. ff. de cont. emp.
i §. precium. Inst. de emp.
k l. cum manu. §. fi. ff. de cont. emp.
l §. j. Inst. de auto. tut.
m l. cum precario. ff. de precar.
n l. non fuerit. §. fi. ff pro soc.
o l. j. ff. mand.
p l. ij. ff. si cer. pet.
q l. Iul. §. fi. quis. ff. ad exhib.
r l. cum quid. ff. si cer. pet.
s l. j. C. depos.
t l. j. §. si conuenietur. ff. eo.

uerim, Deo dante auspicabimur. Iudicium enim tuum docti & sapientes, in rebus magnis memoriaque dignis, non sequuntur tantùm, uerum etiam & admirantur, te'que unum reliquis omnibus quos ætas nostra doctissimos & eloquentissimos tulit, facilè anteponunt. Qui ita iustus & bonus es, ut natura, non disciplina consultus uidearis: ita peritus ac prudens, ut ex te non scientia solùm quædam singularis, uerum etiam immensa quædam bonitas nata uideatur: ut denique unus sis, quem exteris opponere possimus, siue doctum Antistitē, siue in rebus administrandis prudentiam & consilium, amplitudinem, autoritatem, honestatem requiramus. Quæ omnia dona largissimè in te collata, Deus Opt. Max. Amplitudini tuæ conseruet, eamque augeat. Basileæ, Calend. Maij, 1562.

ELENCHVS TITVLORVM
LIB. EPITOMES.

LIBER I.

De iustitia & iure personarum.

LIB. II.

De obligationibus & actionibus ciuilibus.

TITVLORVM FINIS.



IACOBI CONCENATII

IVRISCONS. EPITOMES OECONOMICÆ ARTIS IVRIS CIVILIS,

DE IUSTITIA ET IURE PERSONARUM, LIBER PRIMUS.

CAPVT I.

IVSTITIÆ DEFINITIO.



IVSTITIA circa animæ uirtutē uersatur[a], qua omnes iusta, hoc est, iustitiæ officia uolūt, quantùm ad animum, & faciūt reipsa, perficitur enim iustitia, ex uolūtate & opera. Per quam cùm dirigatur humana uolūtas ad politicam uitam, nullum existimamus posse fieri ciuem egregiū, qui hac arte, quā Ethicen uulgò ex Græco ἠθικὴν, hoc est, moralem uocant, nō sit eruditus: singulorū enim mores confirmat, Reip. administrationē docet, diuites, liberos & concordes ciues facit, uiri denique propria uirtus, quæ nimirū sic definitur,
1 †Iustitia est obtemperatio, scriptis legibus, institutisq́ populorum. Ex Arist. sic, Iustitia est uirtus, qua homines iustorū sunt operatiui, & qua iusta uolunt ac faciunt. Ex Platone[b], Iustitia, humana uirtus est, quæ amicis utilitates adfert, inimicis uerò noxia est. Secundū eum bene amicos, malè inimicos afficere iustum est. Sed de malis ac sceleratis hominibus intelligit, quibus iustitia noxia est, cùm eos ulciscatur Vlpianus[c] quoque & Imperator[d] sic definiunt,

a. Plato, libro Clitiphonte.

b. li. j. de Rep. & lib. Clitiphonte.

IVSTITIA est cōstans [A] ac perpetua [B] uoluntas, ius [C] suum unicuique tribuens. [D]

Hæc iustitiæ definitio à Simonide philosopho desumpta fuit, quā Plato[e] & Rodolphus Agricola[f] cauillantur. Ego uerò ut hanc cauillationem apertè diluam, singulas eius partes defendendas suscipiam.

2 [A] CONSTANS. † Hoc est, temperans, fortis, uel sapiens, hæc enim iustitiæ peculiaria sunt, secūdum Plat.[g] qui etiam constantiā definit, à uoluptatibus, cupiditatibusq́ abstinētiā. Vir cōstans non quæstui deditus est, non pusillanimis, non superbus, nō timidus, non in cōmercijs difficilis, aut iniustus, sed in omnibus mitis ac mansuetus erit. Constantia igitur & fortitudo cum iustitia cōiuncta, laudabilis est[h], cui intemperans opponitur, qui acer ac uoluptatibus
3 deditus est. †Cæterùm cùm nunquā præstātibus in Rep. gubernanda uiris laudata sit in una lege, uel sententia perpetua permansio, & omnibus modis in Rep. administrāda propositum esse debeat, ne idem semper dicamus, sed ut idem semper spectemus[i], nec fama inconstātiæ pertimescēda sit, si quibusdā in sentētijs nos immutemus[k]. Et Respub. citra iustitiæ normā & autoritatem bene institura esse nequeat, meritò iustitia constans ac perpetua uoluntas non est. Respon. Si sumamus iustitiam in abstracto, constans dici poterit, secus si
4 in concreto, † Ab accidentibus enim

c. l. iusticia. ff. de iusticia et iur.

d. §. j. Insti. eo.

e. lib. j. de Repub.

f. libro j. de inuen. dialec.

g. Plato lib. j. de Rep.

h. §. j auth Vt om. obed. iud.

i. l de quibus, ff de legib.

k. l. fin. C. de modo multa. § j et ibi Bar. nu 3 auth. de nup.

duplicia nascuntur nomina, Abstra-
cta & Cõcreta. Abstracta dicũtur no
mina substantiua, nullas formas, siue
subiecta significantia. Concreta sunt
adiectiua, formas cum subiectis signi
ficãtia. Vt albedo & albus, iusticia &
iustus. Igitur hãc iustitiæ definitionẽ
ad iustitiam Diuinã referimus, DEVS
enim nũquã & nullo modo iniustus,
sed quàm iustissimus, totã uidelicet
iustitiæ complexus potestatẽ. Quam
constantiam, fortitudinem & tem-
perantiam cùm in nullo alio reperia-
mus: uir enim bonus, ut Protagori-
cus Platonis ait, fieri potest aliquan-
do malus, uel propter tempus, uel la-
borem, uel morbũ, uel alium casum,
in suis nimirũ cancellis hanc iustitiæ
definitionẽ continebimus, ad DEVM
duntaxat, qui ipsamet iustitia est, refe
rentes. Qui tamen bene agit, felix est
atque beatus, nihilq; similius DEO,
quàm iustus, pius & probus homo,
quem ipsi amicũ Plato[l] asserit. Nec l. de sancti-tate.
immeritò, qui enim ea quæ decẽt in-
ter homines agit, iustè agit, & agẽs si
militer erga DEVM, agit piè. Eum ue
rò qui iusta piaq; agit, iustũ, pium &
sanctum profitebimur, cùm iustitia,
sanctitas quædã sit, & inuicem quàm
similima.

[B] PERPETVA. Ergo omnium op-
tima uirtutum est, quamobrem in ijs
rebus de quibus homines inter se di-
5 screpant, ita iudicia exercere † Magi
stratus oportet, ut neq; ulla uariẽtur
gratia, neque pugnare uideantur, sed
semper eadẽ de ijsdem rebus æqua-
liter statuant ac decernant. Nanq; &
honestũ & utile est, ut tam firma atq;
constãs sit magistratuũ de iure sentẽ
tia, quàm legum optimarũ autoritas.
6 [C] VOLVNTAS. † Nam iuris nullus
est usus, nisi per uolũtatem, quæ ob-
temperat rationi dictanti legis for-
mulam: ut in testamentis[m], contracti m.l.j.C.de sac. ecc.
bus[n], pactis[o]. n.l. sicut. C.de act. & ob.
7 [D] TRIBVENS. † Munus igitur iu- o.l.7 ff. de pact.
stitiæ est, ius suum unicuique tribue
re. Quòd cùm homines desiderẽt ui-
rum unum reperiri tanto imperio di
gnum, qui & possit & uelit uirtute &
scientia imperans, sanctè & iustè ius
suum cuiq; tribuere, si uir iustus repe
riatur, ametur eius administratio,
quæ sola omnium rectissima est.

CAPVT II.

IVSTITIÆ DIVISIO.

1 *Iustitia legitima quid.*
2 *Iustitia uniuersalis quid.*
3 *Iustitia particularis quid.*
4 *Iustitia distributiua & commutatiua quid.*

Iustitia:
- 1 *Legitima.*
- 2 *Vniuersalis.*
- 3 *Particularis.*
  - 1 *Distributiua.*
  - 2 *Cõmutatiua.*

1 [a] LEGITIMA † iustitia, dicitur, au-
toritas superiorũ, in inferio-
res et subditos, quibus incumbit san
ctas & incorruptas leges, ad com-
munem utilitatem pertinentes, om-
nibus præscribere.
2 .2 VNIVERSALIS † iustitia est, quæ
uirtutes, leges & actiones omnes cõ
plectitur.
3 .3 PARTICVLARIS † iustitia, est
æquitas & moralis uirtus, quæ legũ
actionumq; species cuilibet accom-
4 modat, cuius duo sunt genera, † Di-
stributiua, quæ uersatur circa magi-
stratus & actiones particulares, ad
pœnas & præmia pro meritis distri-
buenda. Ex communib. enim bonis
pro æquitate distribuit: ut honores,
& ex bonis Reip. ijs qui inseruiunt,
pro dignitate personarum, & delin-
quẽtes pro delicti grauitate ulcisci-
tur. Est & Cõmutatiua æquitas, quæ
uersatur circa cõtractus & damnũ il-
latũ, quod magistratibus tantùm, al-
terum omnibus conuenit: ut contra-
ctus emptionis, locationis, mutui, &
similes.

CAPVT III.

IVSTITIÆ EFFECTVS.

1 *Iustus ab iniusto quomodo discernatur.*
2 *Boni, bo. fid. & æquitatis differentia.*
3 *Bonum iur. Ciuil. cum æquitate pugnat.*
4 *Bona fides quid.*
5 *Æquum quid.*
6 *Æquitas naturalis quæ sit.*
7 *De æquitate ciuili.*
8 *De Prætoria æquitate.*
9 *Bonorum & malorum discrimen.*
10 *Boni quemadmodum efficiamur.*

Iustitia:
- 1 *Bonum & æquum profitetur*
- 2 *Æquum ab iniquo separat.*
- 3 *Licitum ab illicito discernit.*
- 4 *Præmio uel pœna bonos efficit.*

ISTI iustitiæ effectus sumuntur ex
Vlp.[a] qui de rebus iustis atque in- a.l.1. ff. de iust. & iur.
iustis, de honestis & turpibus præce
1 pta cõstituit. † Discernimus uerò iu-
stum

ſtum ab iniuſto natura, non inuẽtio-
ne, ut cùm quis iniuria afficitur, pla-
nè intelligit ſibi iniuriam fieri. Ergo
puer iuſta & iniuſta agnoſcit, ut Pla-
to [b] ait.

b. De natura hominis.

1. BONVM & æquũ profitetur. Co-
micus in Adelphis, Nimium, in ꝗuit,
ipſe durus eſt, præter bonũ & æquũ.
In Phormione, Sat ſcio ſi aliquã par-
2 tem æqui boniq; dixeris. † Cæterùm
inter Bonũ, Bonamfidem & Æqui-
3 tatem hoc intereſt. † Bonum, nulla
æquitatis ratione habita, dupliciter
conſideramus. Primò, propter utili-
tatem publicã, cum priuatorũ diſpen
dio & incõmodo, & citra ipſorum
conſenſum, quod bonum, iuris ciui-
lis eſt [c], ut uſucapio, quæ bono pu-
blico introducta eſt [d], & tamẽ æqua
non cenſetur, cùm detrahat alteri
quod ſuum eſt. Sic ſi depoſitarij bo-
na proſcripta ſint, iure Ciuili depoſi-
tum in publicum deferendum eſt [e].
Hinc nimirũ colligimus, Bonum ad
utilitatem publicam, ſingulorũ com-
modo neglecto, referendũ eſſe, quod
æquitati quæ ſuum cuique tribuit,
præfertur. Præterea ad utilitatem ſin-
gulorũ, etiam cum alterius diſpẽdio,
conſenſu tamen contrahentiũ, bonũ
conſideramus. Vt in ſtipulatione, in
qua non ſpectamus, utrùm promit-
tentis interſit, cui æquitate iuris, nul
la interpretatio addi poteſt [f]. Quod
Iuris Ciuilis bonum, propriè Summũ
4 & Strictum Ius appellatur. † Eſt præ-
tereà bona fides, quæ exigit, ut quod
ab alio acceperimus, eidem reſtitua-
mus: tamen ſi cum æquitate concur-
rat, æquitas præualere debet. Puta fu
rem depoſuiſſe rem furto ſurreptam
penes te, bona fide depoſitum eidem
reſtituendum eſt, à quo acceperis. Si
torius rei æquitatem ſpectemus, do-
mino reſtituendum erit [g]. Et hæc eſt
Iuſtitia, quæ ſuum cuique tribuit.
5 † Æquum enim dicitur, quod iure na
turali & gentiũ, pro publica & ſingu
lorũ utilitate, citra alicuius diſpendiũ
incommodũ receptum eſt [h]. Vt ſi bo-
na eius qui apud te aliquid depoſue-
rit, publicata ſunt, æquum tamen eſt,
ut eidem reſtituas [i]. In quo genere,
cùm ſub autoritate iuris ſcientiæ ple-
runque erretur [k], nobis certi æqui-
tatis fines præſcribendi ſunt. Scien-

c. l. pen. ff. de iuſt. & iur.
d. l. 1. ff. de uſucap.
e. l. bona fides. uerſ. ſi ciuile. ff. de poſ.
f. l. quicquid. de uerb. ob.
g. l. bona fides. uerſ. ſi per ſe. ff. depoſ.
h. l. pen. ff. de iuſt. & iur.
i. d. l. bona. uerſ. ſi tantũ.
k. l. ſi ſeruum. § ſequitur ff. de uerb. ob.

dum igitur eſt, quandam eſſe natura-
lem æquitatem, aliam ciuilem, aliam
6 prætoriam. † Naturalis æquitatis me-
minit Vlp. [l] Si dolo, inquit, malo eius,
qui liber eſſe iuſſus erit, poſt mortem
domini, ante aditam hæreditatem, in
bonis quæ eius fuerunt, qui eum li-
berũ eſſe iuſsiſſet, factũ eſſe dicetur,
quò minus ex ijs ad hæreditatem ali-
quid perueniret, in eum intra utilem
annum, dupli iudicium datur. Quæ
actio in factũ naturalẽ potius quàm
Ciuilem æquitatem habet. † Alia por
7 ro eſt Iuris Ciuilis, quod ſummũ alio-
qui & ſtrictũ ius eſſe cenſetur, tamen
ſeipſum ęquitate tẽperat. Puta, Stipu
latio, quę iuris ciuilis eſt, ſtrictè inter
pretatur, ut ſcilicet tantum operetur,
quantum loquuntur contrahentes [m],
& ei tantùm proſit, cuius nomine cõ
cepta ſit [n]. Tamẽ ſi debitori meo mã-
dauero, ut tibi pecuniam crederet, tu
exiſtimans alterius debitorem eſſe, al
teri ſtipulatus ſis, nihilominus quia
mea pecunia ad te peruenit, eam mi-
hi à te reddi æquum & bonum eſt [o].
Sic in ſtipulatione fideiuſſoria, quæ
licet nõ plus operari debeat, quàm à
cõtrahentibus expreſſum fuerit [p]. Ta
men quædã ſunt, quæ tametſi ſciens
fideiuſſor omiſerit, tacitè inſunt: ut
exceptio ꝓcuratoria, ſi debitor reus
ſit [q]. Sic cùm iure Ciuili pœna ſemel
cõmiſſa perpetuetur [r]: tamẽ poſteà of
ferẽdo, ex æquo & bono reſtituitur [s].
8 Alia [t] eſt Prætoria æquitas, quæ con-
tractus Iuriſgẽ. puta emptiones, loca-
tiones, cum ſimilib. æquitate quadã
temperat. In quibus ſimplici quadã
integritate boni & æqui, abſque ulla
ſubtilitatis diſputatione præſtanda
ſunt etiã ea, de quibus inter cõtrahen
tes nominatim nihil actũ eſt [u]. Quam
boni & æqui rationẽ & exercitatio-
nem qui ignorat, cùm neq; ſe Iuriſc.
profiteri poſsit, neq; ad politicã uitã
unquam futurus ſit accõmodus: pro
cõmuni omniũ utilitate inſtitui, libro
ſequenti Epitomes, exactiſsima cura
ac diligentia, DEO dante explicare.
9 .2 ÆQVVM ab iniquo ſeparat. † In
multis rebus ualde ſunt diſsimiles
ac diſcrepantes bonorum hominum
mores, ab improborũ cogitationib9,
ac moribus. Boni enim Iuſtitiam co-
lunt, ut profiteantur quæ bona ſunt,

l. l. 1 in prin. ff. ſi quis teſt. lib.
m. d. l. quicquid.
n. §. planè. Inſt. de inut. ſtip.
o. l. ſi & me. ff. ſi cert. pet.
p. d. l. quicquid
q. l. ſi fideiuſſor. §. quædã. ff. mand.
r. l. ſi ſeruũ. §. ſequitur. ff. de uerb. ob.
s. d. l. ſequitur.
t. l. ex hoc ff. de iuſt. et iur.
u. l. conſenſu. ff. de act. & ob. §. actionum. Inſti. de act.

ut omnes cõtrouersiæ dirimantur, & maleficia ulciscantur. Quorum alterum leuius est, propterea quòd & minus lædit, & sæpè disceptatoris domestici æquitate dijudicetur. Alterũ est uehementissimũ, quod & ad grauiores res pertineat, & nõ honorariã amici operam, sed seueritatẽ iudicis ac uim requirat. Hæc generatim de ijs studijs atque artibus dici possunt, quæ sunt in uita conseruãdæ, & sæpius nobis proponendæ.

4. BONOS efficit præmio, uel pœna.

10 †Proprium iustitiæ munus est, ornare bonos præmijs [x], impios uerò ulcisci [y]. Vbi uerò nullum est bonorũ ac malorũ discrimen, res portendit ciuitati illi exitium. Eoq́ nomine Democritus duos esse omnino Deos cõstituerat, pœnam & beneficium [z]. Qua tamen scientia rectè castigãtur & puniuntur, eadem boni à malis discernuntur. Et qua rectè cohibere scimus, ea utique Iustitia est. Qua uerò & nos ipsos & alios dignoscere possumus, prudentia. Idem igitur est Iustitia & prudentia. Vtraque enim optimè ciuitati pręest, cùm iniusti dãt pœnas, quæ ciuilis scientia est. Nec potest diutius Respub. subsistere, ubi non est honos uirtuti, nec pœna sceleri. Extabat lex de hominibus, sub Saturno, ut qui iniustè impieq́ uixerit, in punitionis Iustitiæq́ supplicij carcerem, quem appellãt Tartarum, irent. Qui uerò iustè pieque uitã egissent, cùm è uita emigrarẽt, ad beatorum insulas profecti, in omni felicitate uiuerent, ut ostenderẽt homines bonos effici aut præmio uirtutis, aut metu pœnarum. Improbitas enim & scelus à Rep. uinculis & supplicijs arcetur. Hinc Plato [a], Qui iniusta perpetrat, pœnam luit: & qui rectè puniunt, Iustitia quadam freti puniunt. Pœna'que iusta iustiores efficit, tanquàm medicina quędam improbitatis. Impijs igitur cum seuera animaduersione id tantùm permittendũ est, ex quo boni efficere posint. Qui secundo loco boni erũt, fient enim castigatione boni, cùm pœnas iniustitiæ luerint. Cic. [b] Statuerũt ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitiũ rei militaris admissum, sortitione in quosdã animaduerteretur: ut metus uidelicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Idem [c], Vincula ad singularem pœnã nefarij sceleris inuenta sunt. Et, Verẽdum est, ne remissione pœnę, crudeliores magis in patriam, quàm ne seueritate animaduersiõis, nimis uehemẽtes in acerbissimos hostes fuisse uideamini. Igitur aduersus petulantiam & iniustitiam, aduersus malos & sceleratos, qui æquitatem uiolant, qui leges contemnunt, qui se uitijs omnibus contaminant, conueniens maximè castigatio & animaduersio est, ut capitalibus pœnis (ut Plato [d] docet) & exilijs quibusdam, communis boni gratia ciuitas purgetur. Quos cùm punit, non præteriti sceleris causa punit (non enim assequi potest, ut quod factum est, sit infectum, ut Protagoricus Platonis ait) sed futurum respicit, ne iterũ aut ipse, aut alius delinquat. Qui hoc proposito censura'que animaduertit in errata, absterrendi causa plectit. Rhadamãtus, ut est apud Platonem [e] cùm cõperit aliquem malum, dimittit in tartarum, obsignans utrùm sanabilis, uel insanabilis uideatur. Idẽ quoque intuitus eius animum, qui piè atq́ integrè uixit, applaudit huic, trãsmittit ad insulas beatorum. Cùm igitur ars nostra non esset, si pijs præmium non rependeret, & impios ulcisceretur, diuina & sapientissimo legislatore digna uidetur Vlp. [f] sententia, qui summũ rectè factis pręmium, plura peccatis pericula esse uoluerit, qui Remp. duabus rebus contineri iudicauerit, pœna ad facinorosos homines deterrendos, & pręmio bonis oblato. Vnusquisque enim nostrũ ita natus & institutus est, ut ferè nemo nisi mercedem aliquã laborum suorum speret, de patria, de Rep. de ciuibus bene mereri uelit. DEVS Opt. Max. ad stũdium pietatis populum suum adhortatur, bonis'que uiris qui iustitiam coluerint, fructus amplissimos bonorũ omnium ad quartam usque prolem pollicetur. Faciat igitur Princeps, qui Lex uiua est, ut omnes posint & sine periculo & sine iniuria in ciuitate uiuere. Ita fiet ut non modò tuta sit, uerùm etiam iusta.

x. l. nec. §. de pleno. ff. de off. procons.
y. Plato de sanctitate.
z. Plin. lib. ij. nat. hist.
a. de Rethorica.
b. Pro Cluen.
c. Catili. orat. iiij.
d. de regno.
e. de Rethorica.
f. l. j. de iusti. & iure.

CAPVT

CAPVT IIII.
DE IVRE PRÆCEPTIS'QVE EIVSDEM.

1 *Inepta Accurs. percontatio.*
2 *Ius quid.*
3 *Iuris præcepta.*
4 *Iurisprudentia quid.*
5 *Consensus parentũ in cõtrahendo matrimonio.*
6 *Maior septennio, quãdo matrimonium contrahere cogatur.*
7 *Neminem lædendum.*
8 *Suum cuique tribuendum.*

1 PERCONTATVR † Accurs.[a] horũ
alterũ prius fuerit, Iustitia an Ius.
A quo percallido simul sciscitabimur,
prius'ne fuerit nox an dies. Sed si-
cut nihil attinet, in quæstionem uo-
care, utrùm in cerebro, an in corde sit
mentis humanæ sedes, cùm tanta sit
utriusque cognatio, ut altero uitiato,
protinus & alterum deficiat. Ita etiã
de Iustitia & Iure dicẽdum est. Hinc
est, quòd si quempiam rectè respon-
disse asseramus, non aliter iudicare
oportuisse etiam dicendum est. Fieri
enim non potest, ut aliud iudicari de
iure, aliud responderi oporteat. Nec
quisquàm iuris dicetur peritus, qui
id statuat esse Ius, quod nõ oporteat
iudicari. Tantùm igitur ex Vlp.[b] ob-
seruabimus, à Iustitia Ius dictum esse,
2 † quod sic definit, Ius est Ars boni &
æqui. Donatus sic, Ius est quod om-
nia recta & inflexibilia exigit.

a. l. j. uers. appellatum. & ibi Bar. nu. j. ff. de iust. & iure.

b. d. l. j.

3 Iuris † præcepta:
1 *Honestè uiuere.*
2 *Alterum non lædere.*
3 *Vnicuique quod suum est tribuere.*

Hæc tota de moribus præceptio,
in tria potissimùm capita distributa
est, unum ad DEVM referendnm est,
alterũ ad proximum, postremum ad
nos ipsos. Vt quid piè cũ DEO, quid
iustè cum proximo, quid modera-
tè nobiscum agendum sit, intelligere
4 possimus. Atque hinc † Iurisprudẽtia
appellata est, diuinarum scilicet & hu
manarum rerum notitia, iusti atq; in-
iusti sciẽtia, prudẽtia enim in delectu
bonorum & malorum uersatur. Nihil
igitur est, quod nos feliciores red-
dat, quàm ista iuris moralis uirtus,
quòd bene beatè que uiuendi uiam
commõstret, qua homines apti & ha-
biles ad iusta obsequia, hoc est, ad tri-
buẽdum cuique suum, ad neminem
lædendum, & honestè uiuendum, ef-
ficiuntur. Iis præceptis adiungitur bo
nitas, pietas, liberalitas, comitas, quæ-
que sunt Iustitiæ officia generis eius-
dem. Quæ nisi in Rep. describantur,
nulla poterit inter nos ciuilis socie-
tas contineri.

1. HONESTE uiuere. Cùm homi-
nis natura generata sit, ut habeat
quiddam innatum, quasi ciuile & po
pulare, id totum ad Deum referre
debet. Atque ita quicquid aget, à
communitate, charitate, societateq;
humana non abhorrebit. Vt cùm ma
trimonium consensu perficiatur[c], ta-
men quia parentibus honorem de-
5 bemus, † honestum erit si parentum
consensus intercesserit[d], tametsi iure
Pont. parentum consensum non desi
6 deremus[e]. Honestum † est, ut maior
septennio, contractis cum puella mi
nore septennio sponsalitijs si cum ea
cõcubuerit, eã in uxorẽ ducat[f]. Quia
Dominus præcipit, ut qui uirginis
pudicitiam desormauerit, eam habe-
re uxorem cogatur[g]. Honestas quo-
que ipsa ad animi uultum, corporis
habitum, uel oris gestum, quæ singu-
la ad ciuiles mores pertinent, refer-
tur[h]. Huc pertinent, sese bonis insi-
nuare, ad nos accedentẽ comiter re-
cipere, modò comitas cum seuerita-
te, & grauitas cum facilitate coniun-
cta sit, ut salutemus ac resalutemus
benigniter, ut paucis cõtenti & tem-
perantes simus, & in prosperis læ-
titiam occultemus, quæ omnia cum
mediocritate quadam temperata, ho
nesta sunt.

c. l. nuptias. ff. de reg. iur. l. Paulus. de sta. ho.
d. §. j. Instit. de nup. d. l. Pau.
e. c. tuæ ext. de spons.
f. c. ad audientiam. e. spon sam. ext. de spons.
g. Deu. cap. ij.
h. Bar. auth. re stes. nu. ij. C. de testib.

7 2. ALTERVM non lædere. † Hoc
DEI & humanarũ legum præceptũ,
ad proximum refertur, ut quicquid
agamus, à communitate, charitate,
societateq; humana non abhorreat[i].
Atque ita piè ac religiosè Deo ser-
uiemus. Iustus autem non est, qui
alium iniuria afficit, non enim est ui-
ri boni, quenquam lædere. Ex quo
apparet, legum humanarum præce-
pta adeò cum beatitudine coniun-
cta esse, ut ab Euangelica doctrina
non recedant.

i. Mat. xix & seq l. non debet. de reg. iu. l. nam hoc. de condi. indeb.

3. VNICVIQVE quod suum est, tri-
8 buere. † Hoc præceptũ nos admonet,
omnes uirtutes probandas esse, non

tamẽ semper in eodem genere[k]. Sed temperantia in summa rerum destitutione & in prætermittẽdis uoluptatibus, prudẽtia in delectu bonorum & malorum, tolerantia in adulta iuuenilíq; ætate! Iustitia, per quam dirigitur humana uoluntas ad politicã uitam, singulas circunstantias prospicit, num rectè sit omnibus suum distributum. Addit Accurs.[l] non satis esse abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est[m]. Atqui à malo abstinere non possumus, nisi quod bonum est fecerimus[n].

k l. bona. ff de post.

l. § iuris. Insti. de iust. & iu.

m. c. non satis. dist. 86.

n. c. cum renũciatur. xxxij. q. j.

CAPVT V.

DE IVRE PVBLICO, VEL PRIVATO.

1 *Ius publicum & priuatum quid.*
2 *Munera personalia autoritate & utilitate publica, quando quis inuitus suscipere cogatur.*
3 *Munera autoritate publica, utilitate priuata, suscipere nemo cogitur.*
4 *Iuri publico autoritate, sed utilitate priuato, renunciare permittitur.*
5 *De muneribus patrimonialibus.*
6 *Munera misla quæ dicantur.*
7 *Solennitates quæ substantiales uel accidentales.*

Ius
- 1 *Autoritate & utilitate publicum.*
- 2 *Autoritate publicum & utilitate priuatum.*

Ad
- 1 *Sacra.*
- 2 *Sacerdotes.*
- 3 *Munera*
  - 1 *Personalia, in*
    - 1 *Inuitum.*
    - 2 *Volentem.*
  - 2 *Patrimoniorum.*
  - 3 *Mista.*
- 4 *Solennitates,*
  - 1 *Substantiales.*
  - 2 *Accidentales.*
  - Ad
    - 1 *Contractus.*
    - 2 *Vltimas uolũtates.*
    - 3 *Iudicia.*

1 IVs † publicũ est, quod ad omniũ, pluriũ'ue statũ: Priuatũ, quod ad singulorũ utilitatem pertinet. Sũt enim quædã publicè utilia, ut ait Vlpian.[a] quędã priuatim. Porrò ius publicum, quod omnibus, pluribus'ue utile est, in SACRIS[b], quæ ritè per põtifices DEO consecrata sunt[c], consistit. Hinc est, quòd si quid in religionem diuinam committitur, cùm in omnium feratur iniuriam, publicum crimen est[d]. Consistit & in SACERDOTIBVS[e], cuiusmodi sunt iuris professores[f]. Versatur quoq; Publicũ ius, circa MVNERA, quorum tria genera sunt, Personalia, Patrimoniorũ,
2 Mista. † Personalia munera quæcũq; sint, inuitus suscipere nemo cogitur. Hoc primùm attigit Imp. Valer.[g] Si decreto ordinis, inquit, ad libertatẽ ductus es, non debere te inuitum, actum Reipub. administrare, curator Reipu. non ignorat, præsertim cùm serui huiusmodi officia administrare debeant. Secundùm ipsum, seruorũ tantùm munera suscipere non cogimur, uerùm Imp. Diocle.[h] apertius exprimit. Si cùm ingenuus esses, ad acium gerendũ à Rep. compelleris, auxilium Præsidis, & iuris præsidia, prout usus exigebat, implorare potuisti. At uerò Valent. Imp.[i] quemlibet ad munera adstringendum esse, sic edixit, Ex omnibus domibus producti, qui origine sunt curiales, ad subeundã publicorũ munerum functionẽ protrahantur. Quod ad Curiales duntaxat, qui se curiæ dediderunt, referendum est[k]. Non uerò ad illa munera hæc trahenda esse existimo, quæ citra dispendium aliquod & incommodum, decus simul ac dignitatem adferunt. Vt munus legationis[l], defensoris ciuitatis[m], uel iudicis[n]. Et hoc est quod sibi uult Pompon.[o] Munus publicũ definiens, officiũ priuati hominis, ex quo cõmodum ad singulos, uniuersosq; ciues, remq; eorum, quod imperio magistratus extra ordinem peruenit. Vt est munus Defensorũ ciuitatis, quos Græci Syndicos appellant[p], uel Delegati, aut iudicis. Quæ adeò in inuitum cõferuntur, ut ne principis quidem rescripto quisquam immunitatem consequi possit. Sic enim Imp. Aug.[q] rescripsit, Vacuatis rescriptis, per quæ munerum ciuilium nonnullis est uacuatio pręstita, omnes ciuilibus necessitatib. aggregentur. Imp. Diocletian.[r] cont. annuere uisus est. Ii qui, inquit, ad ciuilia munera, uel ad de-

a. l. j. § publicum ff. de iustit. & iur.

b. § publicum. d. l. j.

c. § sacræ. Inst. de rer. di.

d. l. Manicheos. C. de hær.

e. d. § publicũ.

f. l. j ff de iust. & iur.

g. l. j. ne quis lib. inuit. lib. x j C.

h. l. ij eodem.

i. l. ex omnib. de decur. lib. x. C.

k. l. eos. de his qui sp̃õte. . . lib.

l. l. si tẽdum §. ordine. ff de legationib.

m. §. interim. auth. de defens. ciui. l. munerum. §. defensores ff. de mu. & ho.

n. § iudicandi. d. l. munerũ.

o. l. pup § munus. ff. de uerb. sig.

p. l. munerum §. defensores ff. de mu. & honor.

q. l. uacuatis. de decur. lib. x. C.

r. l. ij qui. C. de appell.

ad decurionatum, uel honores deuo
cantur, licet uacationẽ à principibus
accepenint, si appellationis auxilio
non utantur, consensu suo nomina-
tionem confirmant. Appellare igitur
à munere pub. sibi iniuncto[s], quem
admodũ & à principe immunitatem
obtinere, fas est, ut Imper. Theodo-
sius [t] rescripsit, Nulli, inquit, defenso
rum licere decernimus, si de publica
solicitudine se uoluerit liberare (ut
possunt[u]) nisi diuinos afflatus intima-
uerit. Cui posteriori sentẽtiæ adden-
dum esse cẽseo, si iustissima & grauis
sima causa intercesserit. Vt senex, qui
annũ quinquagesimumquintum at-
tigit, secundùm Imp. August.[x] Imp.
uerò Diocle.[y] nõ ante septuagesimũ
ætatis annum completum, à munери-
bus excusationẽ admittit, cuius sen-
tentia receptior est[z], ad quam Imp.
Gordia. respon.[a] trahendum est. Eo
tempore, inquit, quo soror tua, auxi-
lio ætatis iuuabatur, si patris intestati
bon. poss. accipere debuit, licet quin
que filios superstites habuerit, nõ ta-
men ideò minus ad edicti prærroga-
tiuã pertinet, scilicet si nunc per æta-
tem, beneficiũ restitutionis largitur.
At uerò secundũ Carum Imp.[b] nulla
ætatis excusatio ad munera admitti-
tur. Sed de Patrimonialibus loquu-
tus est, de quibus posteà agemus, ue-
rùm in primis Personalia absoluẽda
sunt. Excipiuntur deinde ij, qui arti-
bus, & maximè iuri ciuili nauant
operam, qui usq; ad uigesimumquin
tum ætatis annum auocari non pos-
sunt[c]. Sic & ij qui alteri muneri præ-
fecti sunt, nam si per aliud munus
publicũ à suo officio auocentur, legi-
tima excusationis causa subest[d], ut
aduocatis[e]. Et hoc est quod sibi uult
Papin.[f] Qui muneris, inquit, publici
uacationem habet, per magistratus
ex improuiso collationes indictas re
ctè recusat, eas uerò quæ ex lege fiũt,
recusare non debet[g]. Hæc de mune-
ribus autoritate & utilitate publicis.
3 Alia † sunt munera autoritate publi-
ca, sed utilitate priuata, quæ dignita-
tem non adferunt, & illa in inuitum
non conferuntur, ueluti tutela[h], mu-
nus scribæ[i], cura, kalendarium, quæ-
stura, cura carnis, panis, uel emendi
frumenti, aut olei, uel aliarum rerum,
ad uictum quotidianum necessaria,
uias quoque publicas reficiendi[k], ut
enim tunica pallio propior est, sic po
test priuatus malle rem suam agere,
4 quàm publicam,[l] † cùm etiam priui-
legio sibi cõcesso renunciare permis-
sum sit. Vt cùm publicè utile sit, ab-
sentes à quibuscũq; defendi[m], ne in-
defensi, rerum possessionẽ, aut uen-
ditionem, uel pignoris distractionẽ,
uel poena, uel iniuria, rem suam amit
tant[n]. Nisi absentes ad defensionem
ipsorũ quenquam admitti noluerint.
Nam licet autoritate, publicum ius
sit, tamen utilitate priuatum est. Sic
contra edicta Ædiliũ curuliũ, utpote
autoritate. publica, utilitate, priuata,
pacisci licet[o]. Et satisdatio quæ lega
torum causa ex edicto, ut legatorum
nomine caueatur, remitti potest[p].
5 † Sunt & patrimoniorũ munera, quæ
non personis, sed ipsis rebus indicũ-
tur[q], hoc est, quæ sumptibus patri-
monij & damnis administrãtis expe-
diuntur[r]. Vt sunt collationes, quę ex
emphyteuticis prædijs fiunt[s], à qui-
bus nullus magistratuum gradus im
munis est[t]. Sed & à tributis quæ ob
penuriam & caritatem annonæ indi-
cuntur, nemo immunitatem conse-
quitur[u]. Nam qui publicorum mu-
nerum immunitatem habent, nihilo-
minus patrimoniorum onera susti-
nere coguntur[x], quæ Hermogenia.[y]
paucis sic complexus est, Sunt mu-
nera, quæ rei propriæ cohærent, de
quibus neq; liberi, neque ætas, neq;
merita militiæ, nec ullũ aliud priuile
gium iure tribuit, ut est prædiorum
collatio, uiæ sternẽdę, angariarumq;,
hoc est, seruitutis exhibitio, hospites
suscipiendi munus[z]. Nam nec huius
modi quispiam excusationem, præ-
ter eos quibus principali beneficio
concessum est, habet. Concessum au-
tem est militibus & liberaliũ artium
professoribus, quibus angariarũ præ
statio & recipiendi hospitis necessi-
tas (ut presbyteris[a]) remissa est[b]. Hinc
Arcad.[c] Siue personalium duntaxat,
siue etiam ciuilium munerum immu
nitas alicui concedatur, neque ab an
nona, neque ab angarijs, neque à ue-
redo, neque à naue, neque ab hospite
recipiendo, neque à capitatione, ex-
ceptis militibus & ueteranis, excusa-

s. l. j. C. de tẽp. appell.
t. l. fi. C. de defens. ciuit.
u. l. honorẽ. ff. de mu. et honor.
x. l. si. qui æta. lib. x. C.
y. l. si ultra. de decur. eo. lib.
z. §. item maior. Inst. de excus. tut. l. in honorib. ff. de uaca. muner.
a. l. ij. C. de in integ. rest. min.
b. l. neq;. de mu. pat.
c. l. j. & ij. qui æta. lib x. C.
d. l. precipit. de cano. lar-git. l. curiales omnium. de decur. lib. x. C.
e. l. sancimus. C. de aduo. di. iud.
f. l. in honoribus ff. de uaca mu.
g. l. j. de indic. lib. x. C.
h. l. athletæ. § j. cum glo ff. de excus. tut.
i. l. si ad. C. de appel.
k. l. munerũ. § j. ff. de mu. & ho.
l. l. æquam. ff. de seruit.
m. l. seruum. ff. de procur.
n. l. j. ff. de nego. gest.
o. l. pacisci. ff. de pact.
p. l. pactum inter. ff. de pac.
q. l. ij. de anno. lib. x. C.
r. l. fi. §. patrimoniorũ. ff. de mu. & honor.
s. d. l. fi. §. præterea. toto titul. lib. xj. C. de fun. patrimo.
t. l. actores. cũ l. fi. de exact. trib. li. x. C. l. fi. de discus. e. lib. l. neq;. de mun. patri. eod. lib.
u. l. j. ut nemini lic. lib. x. C.
x. l. iij. de mu. patrimo. lib. x. C.
y. l. sunt munera. ff. de uac. & exc. mu.
z. d. l. iij.
a. l. j. C. de episco. & cler.
b. l. ijs honoribus. ff. de uaca mu.
c. l. fin. in fi ff. de mu. & ho.

» ri potest. Magistris qui ciuilium mu-
» nerũ uacationem habent, item gram
» maticis & oratoribus & medicis &
» Philosophis, ne hospitē reciperent, à
» principibus fuisse immunitatem in-
» dultā, & pius Vespasianus, & diuus
» Adrianus rescripserunt. Quæ priuile gia grammaticis & aliis literarũ professoribus & Doctoribus Legũ concessa, Constant. imp.[d] ad uxores & liberos, tum etiam ad res quas in ciuitatibus suis possidēt, ampliauit. Vt scilicet ab omnibus muneribus, uel ciuilibus, uel publicis immunes essent, & neq; hospites reciperent, nec ullo munere fungerētur, nec ad iudicium deducerētur, nec eximerentur, uel exhiberentur, uel iniuriam paterentur. Cæterùm licet à munere exactionis tributorum immunes sint, ut Paulus[e] de ueterano milite refert, non tamen à patrimoniorũ tributis[f], quemadmodùm nec minores[g], uel mulieres excusantur[h]. Sunt quoque patrimonialia munera hæc, onus alimentādi equos decurionum[i], quod ex singulis modiis frumenti præstan
6 dum est[k], & seruitus fundi[l]. † Alia sunt mistā, quæ personaliter pro rebus quas possidemus, præstanda sunt[m], quæ propriè Seruitia nuncupamus, & ad ius feudi maximè per-
7 tinēt. † Postremò quædam sunt solennitates substantiales, quæ autoritatē & utilitatē publicam respiciũt, quarum uis ac potestas est, ut iuris naturalis[n], puta, adgnationis[o], instar habens, priuatorũ conuentionibus immutari nequeat[p]. Vt est testamenti[q], stipulationis[r], sententiæ[s], uel instrumentorũ forma[t]. Solennia uerò accidentia, cùm dicantur esse Publica, autoritate, & utilitate, Priuata, remitti possunt. Quod ius quasi publicum[u], tripartitum est,

Ius priuatũ *ex preceptis*
- 1 *Naturalibus.*
- 2 *Gentium.*
- 3 *Ciuilibus.*

CAPVT VI.
DE IVRE NATVRALI.

1 *Ius naturale quid.*
2 *Iuris naturalis quæ sint.*
3 *Ius naturale immutabile.*

1 IVs † naturale est, quod natura omnia animalia docuit[a]. Non tamen putabimus iurisconsultum tam infelicem, ut pro feris animantibus hanc artem repertam esse uelit, quibus eorum naturas mansuetas, & ad usum nostrum magis idoneas efficiamus. Sed ciuilis hæc nostra disciplina, immistæ ac simplicis generationis animalia, ut Plato[b] ait, curat. Intelligit tamen Iurisc̄oš. de naturali illa ratione, quæ etiā feris animantibus tributa est, cuius exēpla sequens tabula indicabit,

2 Ius † naturale.
- 1 *Matrimonium.*
- 2 *Liberorum procreatio.*
- 3 *Educatio.*

3 Hoc † ius naturale, immutabile est[c], ut uiri & mulieris coniunctio[d], iura adgnationis, quę utpote naturalia dirimi nullo modo possunt[e]. Imò ius patriæ potestatis per adoptionē soluitur[f]. R. Ius necis quod pater in filiũ habuit, uel ius quod in bonis filii hodie retinet, ciuile est[g]. Ius uerò sanguinis, & obseruantia quæ parentibus debetur, iuris naturalis est[h], quæ iuris ciuilis cōstitutionibus solui nō potest, Ciuilis enim ratio ciuilia iura corrumpere potest, naturalia non utiq;[i]. Diuinæ enim res perfectissimæ sunt, humani uerò iuris cōditio inconstans & mutabilis, & nihil est quod in ea perpetuò stare possit[k]. Hinc est quod si filii legitimi emancipati fuerint, beneficio Prætoris, gradum liberorum obtinent, licet iure ciuili perdant. Adoptiui uerò emancipati, & iure ciuili gradum liberorum amittunt, & à prætore non adiuuantur[l]. Hinc prętereà elicimus, quòd licet ius Ciuile sæpenumero quod non est fingere soleat, tamen naturalē causam mutare nō potest[m]. Et deportatus cùm pro mortuo habeatur[n], tamen alimēta sibi relicta iure naturali debētur[o]. Dionysius matri suæ nubere cupiēti, Ciuilia, inquit mater, iura uiolare possum, naturale
» ius, nequaquam. M. Cic.[p] Magna,
» inquit, uis est humanitatis, multùm
» ualet communio sanguinis, porten
» tum atque mōstrum certissimum est,
» esse aliquem humana specie & figura, qui

d. l. medicos. de profes. & medic. lib. x. C.
e. l. fi. ff. de priuil. uetera.
f. l. professio. de mu. pat.
g. l. etiam. eod.
h. l. patrimoniorum. eo.
i. l. nō uidetur. de mu. pat.
k. l. modios. de suscep. libro x. C. l. munerũ. §. prætereà. ff. de mu. & hon.
l. l. uia. §. fi. ff. de ser. rust. præd.
m. l. ij. de præd. & omn. reb. lib. x. C.
n. §. fi. Instit. de iure nat.
o. l. ius autem. ff. de pact.
p. l. ius pub ff. de pact.
q. l. nemo. de legat. j.
r. l. j. §. si quis ita. ff. de uer. oblig.
s. l. prolatam. C. de senten.
t. l. comparationes. C. de fid. inst.
u. l. j. § consequēs. ff. de in spec. Iust. §. consequens. Inst. eo.

a. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. §. j. Inst. de iur. nat.
b. de regno.
c. §. sed naturalia. Inst. de iure nat. §. minus ergo. de here. quæ ab intest.
d. Matt. xix.
e. l. iura ff. de pact.
f. §. sed & si pater. Instit. quib. mo. ius pa. po. sol.
g. §. ius autem. Instit. de pat. po.
h. l. ut parentibus. ff. de iusti. & iure.
i. §. sed naturalia Inst. de iure nat. §. fi. de leg. adg. tut. l. eas. ff. de cap. dim.
k. l. ij. §. et quia C. de ueter. enuc.
l. §. minus. Insti. de iis que ab intest.
m. l. j. ff. de do. inter uir. l. j. § si uir. de acquir. poss.
n. §. cùm autem. Inst. quib. mod. ius pa. po. sol.
o. § j uers. educatio. Inst. de iur. natu. l. in metallũ ff. de iis quæ pro non script.
p. Pro Roscio Amerino.

ra, qui tantùm immanitate bestias superauerit, ut propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce priuarit, cùm etiam feras inter se, partus atque educatio & natura ipsa conciliet. Dionysius matri suæ nubere cupiẽti, Ciuilia (inquit mater) iura uiolari possunt, naturale ius nequaquã. Multæ igitur iuris ciuilis leges instar habet pharmacorum, & mutãtur & cedũt pro re nata: ipsis etiam medicis approbantibus, qui si semper ijsdem uterentur remedijs, à ueteribus proditis, plures occiderẽt, quàm sanarent. Sic in Rep. gubernanda, nunquam præstantibus uiris, laudata est in una lege, uel sententia, perpetua permansio. Sed omnibus modis in Rep. administranda propositum esse debet, ne idem semper dicamus, sed ut idem semper spectemus[q].

q. l. de quib. in fi. ff. de legib.

CAPVT VII.

DE IVRE GENTIVM.

1 *Ius gentium quid.*
2 *Iuris gent. & naturalis differentia. 3.*
3 *Homines siluestres, an legibus uiuant.*
4 *Iurisgentium quæ sint.*
5 *Vis quid, quam iuregentium repellere permissum est.*
6 *Iniurians, iniustus, & propulsandus. 8.*
7 *Iniuria & contumelia quid.*
9 *Locus ab habitu.*
10 *Seruorum manumißio quando probibita.*

1 QVOD † naturalis ratio inter homines constituit, id apud omnes custoditur, uocaturq; Ius Gent. quasi quo iure oẽs gentes utantur[a], quod nobis non opinio, sed quædã innata naturæ uis adfert[b]. Cui naturali, seu omnibus gentibus communi legi, omnes homines adsentiri cõscientia coguntur, propter apertã ueritatẽ, quam DEVS insculpsit cuiusque animo. In nobis enim lex naturę est, à qua petitur infallibile iudicium, quod uocamus Conscientiam. Hoc
2 † igitur Ius Gent. solis hominibus inter se commune est: ius uerò natura-
3 le, omnibus animantibus[c]. † Sunt tamen siluestri homines, ex Accurs.[d] qui neque legibus, neq; moribus regãtur. Sed cùm quasi quispiã mortalis Deus generatus fuerit homo, cui non mẽs solùm, sed immortalitas tributa est, probabilis ipsius sentẽtia uideri non debet. Nam Gentes, ut ait Pau. apost.[e] quæ legẽ non habent, naturaliter ea quę legis sunt, faciũt. Nisi de uinolentis intelligamus, qui sanè cùm neq; modũ, neq; rationem ullã habeant, eos legis, morum & mentis expertes esse, negare non possumus. Ex ijs igitur facilè colligere licet, aliud esse ius naturale, quod ius Gent. appellatur, quo brutis animantibus uel maximè præstamus, quod cognationis, aut pietatis causa obseruatur, & legem ex sese, non opinionibus, sed summa quadam uirtutis ratione nititur, cui omnes homines obtemperant, quia omnibus ideam illam ueritatis DEVS in mentem insculpsit, cuius hæc peculiaria præcepta sunt,

a. l. j. §. ius Gẽt. & l. omnes po. ff. de iust. & iure.

b. Cic. de inuẽ. lib. ij.

c. l. ij. §. ius gẽt. de iust. & iu.

d. §. quod uerò. uersi. regũtur. d. l. omnes.

e. Rom. cap. ij.

4 Ius † Gentium:
- 1 *Religio.*
- 2 *Pietas.*
- 3 *Vindicatio.*
- 4 *Gratia.*
- 5 *Obseruantia.*
- 6 *Veritas.*
- 7 *Æquum & bonum.*
- 8 *Bellum.*
- 9 *Seruitus.*
- 10 *Manumißio, Nisi*
  - 1 *In fraudem cred. inter uiuos.*
  - 2 *Minori.*
  - 3 *Per interpositam personam.*
  - 4 *In spectaculo manumissus.*
  - 5 *À tutore.*
  - 6 *Ad perpetua uincula damnatus.*
  - 7 *In pœnam probibita.*
- 11 *Dominiorum, uel agrorum diuisio.*
- 12 *Ædificia coniuncta.*
- 13 *Commercia.*
- 14 *Omnium obligationum origo.*

RELIGIO

1. RELIGIO. Ad cultum igitur Di-
uini numinis, Iure Gēt. instruimur [f],
qui ad disciplinam Euāgelicam per-
tinet [g].
2. PIETAS. Quæ erga patriam, aut
parentes [h], uel alios sanguine coniun-
ctos officium seruare monet [i]. Non
enim nobis, sed patriæ & parentibus
nati sumus [k], quæ nimirū nobisipsis
præferenda est [l].
4 3 VINDICATIO. † Cùm maiores
nostri, tanta diligentia prudentiaq;
fuerint, ut omnia omnium, non mo-
dò tantarum rerum, sed etiam tenuis-
simarū iura statuerint: & nihil sit iuri
tam inimicum, aut æquitati tam infe
stum, quàm uis, & hominem homini
insidiari, quòd natura inter nos co-
gnationem quandam statuerit: hoc
genus uis uel maximum non præter-
misisse putandum est, ut si quis me ui
fundo exire coëgisset, nullam in eum
actionem haberem. Quod cùm ita
sit, sit'ne eius rei actio aliqua, an nul-
5 la? † Iuregen. uindicatio permissa est,
per quam uim & cōtumeliam defen-
dendo, aut ulciscendo propulsamus
à nobis & à nostris, qui nobis chari
esse debent, & per quam peccata ul-
ciscuntur [m]. Vim autem infert, qui
homines coëgit & armauit, ut alium
cum ferro inuaderet. In coacta enim
multitudine, in armis, in telis, in metu
mortis, perspicuo periculo cædis, si
uis non sit, in quibus intelligetur es-
se? Quare qui manū facit, copias pa-
rat, multitudinem hominum cogit, ar
mat, instruit, cùm ea sint & turbulen-
ta & temeraria & periculosa, non ne-
gabimus eū uim intulisse. Qui enim
armatos homines in fundo opponit,
facilè est intelligere, si in fundo pedē
posueris, statim tibi esse pereundum.
Vtrùm autem non aliter uim fieri di-
camus, quàm si cædes & occisio fa-
cta sit? Sanè non ea sola uis est, quæ
ad corpus, uitamq; peruenit, sed etiā
multò magis ea, quę periculo mortis
iniecto, formidine animi perterritū,
loco sæpè & certo de statu dimouet.
Omnis enim uis est, quæ periculo
aut decedere nos alicunde cogit, aut
prohibet accedere. Cuius meritò
duo genera esse intelligimus, ad quæ
interdicta pertinent. Vnum si ex eo
loco in quo est, alterum si ab eo

f. l. ij. ff. de iust. & iure.
g. l. j. C. de sum. trin.
h. Exod. xx. Deut. ix.
i. d. l. ij.
k. Cic. pro Mu re.
l. Cic. in Catil. d. xi lib. j. de op. Reip. sta. cap. iiij.
m. l. ut uim. ff. de iust. et iur. l. iiij. l. scientiā. ff. ad leg. Aquil.

loco quo uenit, ui deiectus sit. Id
adeò consideremus, Si quis de meo
fundo deijcit me, ex eo loco deiectus
dicor. Si quis mihi præsto fuerit cum
armatis hominibus extra meum fun
dum, & me introire prohibuerit: non
ex eo, sed ab eo loco me deijcit. Ad
hæc duo genera rerum, uis uerbum,
quod satis declarat, utranque rem in-
uenit, ut siue ex fundo, siue à fundo
deiectus sim, uno atque eodem in-
6 terdicto restituerer, unde ui [n]. † Præ-
tereà cùm inferre iniuriam, omnium
malorum maximum sit [o], eam nimi-
rum iuregent. propulsare permissum
est. Quamobrem oportet quàm dili-
gentissimè seruare nos ipsos, ne iniu-
riam inferamus, id'que uiro præ cæte
ris omnibus meditandum. Iniurians
enim sapiens, uel beatus esse non po
test. cùm iniustus sit, ergo sapiens al-
terum iniuria non afficit, cuius mali
solutio est, pœnas luere, quæ dolorē
imminutæ libertatis, iudicio pœnaq;
mitigat. Efficere autem ne iniuriarū
subeatur pœna, omnium natura ma-
7 ximum est, primumq; malorum. † Di
citur autem iniuria, quicquid non iu
re fit, & illud generaliter, specialiter
contumelia, quæ à contemnendo di-
cta est, culpam, iniquitatem, iniusti-
tiam, alias'que multas sub se species
continens. Sunt enim iura, sunt for-
mulæ de omnibus rebus constitutæ,
ne quis aut in genere iniuriæ, aut ra-
8 tione actionis errare possit. † Domi-
nus tamen cùm sibi uindictam adser
uet, dicendum est eum capitis reum
esse, qui aggredientem necauerit [p].
Pro illis enim qui nos persequuntur,
orandum est. Homines uerò usu rerū
& experientia instructi, cùm urbes
mœnibus circumsepte, uix tutum do
mino præberent refugium, bonum
ipsis uisum est petulātium & impro-
borum hominū uim atque iniuriam,
maximè si periculum euadere non
possimus, & ineuitabilis necessitas
nos urgeat, iracūdiam abrumpamus,
& uim atq; iniuriam propulsemus [q].
Hinc Plato [r], qui rectè propulsat iniu
riam, iusta propulsat, & iusta facit [s].
4. GRATIA, quæ in memoria &
remuneratione officiorum & hono-
rum & amicitiarum obseruantiam
teneat [t].

n. l. j. ff. de ui & ui ar. l. j. C. de ijs quæ ui met. caus. §. j. Instit. de ui bo. rap.
o. Plato, de Rhetor.
p. Mat. v Gen. iiij. ix.
q. l. iij. in fi. ad leg. Cor. de sic. l. scientiā §. qui cum. ad leg. Aqui.
r. de Rhetorica.
s. l. fi. C. in quibus caus. l. deuotū cum gl. cōcessum. de met. lib. xj C.
t. l. sed & fi. §. cōsuluit ff. de pet. hære.

OBSER-

5. OBSERVANTIA, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur ac colimus.

6. VERITAS, per quã damus operã, ne quid aliter quàm confirmauerimus, fiat, aut factum, aut futurũ sit.

7. ÆQVVM & bonum, ex quo ius Gent. constat, ad ueritatem & communem utilitatem pertinet[u].

8. BELLVM, Iurisgent. est, quod est naturali iuri contrarium[x], maximè si iniustum sit, nam aduersus periculum, naturalis ratio permittit se defendere[y].

9. SERVITVS, à iuregent. originem sumpsit, hinc sequutum est beneficium MANVMISS[z]. per quam liberatur quis potestate[a]. Nam queadmodùm serui manu capiuntur, eodem modo manumittuntur[b], neque tantùm inter uiuos, uerùm etiam in ultima uoluntate, cùm à domino hæredes instituti[c], uel tutores dati sunt[d]. Aliquo enim concesso, consequens ad illud conceditur. Quòd si ab extraneo, uel hæres institutus, uel tutor
9 datus sit, libertatẽ non obtinet[e]. † Ex
qua elicimus locũ ab habitu, in quo sic argui potest, Omnis priuatio præsupponit habitum[f]. Puta, Si iusiurandum remittatur, susceptum præsumimus[g]. Vsumfructum capitis diminutione non amittit, qui non habet[h]. Qui legitimatur, illegitimus fuisse præsumitur[i]. Et emãcipatio, patriam potestatẽ præcessisse præsupponit[k], qualitas enim sine subiecto esse non potest[l]. Sic qui se libertum asserit, uidetur cõfiteri se fuisse seruum[m]. Atqui eum deiectum dicimus, ubi non fuerit[n]. Quod propter culpam uí deijcientis receptũ est. Sed ut ex hoc
10 diuerticulo ad uiam redeamus, † non
semper seruorum manumisio permissa est, nam qui in fraudem creditorum inter uiuos manumittit, nihil agit[o]. præterea minor cùm manumittere non possit, quatuor nostrorum sententiæ fuerunt, qua in ætate ipsi permittatur. Imper. Alex.[p] manumissionem à minoribus uiginti annorũ factam, irritam esse uoluit. Eisdem tamen lex Ælia Sentia permisit, si uindicta apud cõsilium iusta causa manumisionis approbata serui manumissi fuerint[q]. Tertia sentẽtia fuit Iustinia.[r] qui non aliter minori uiginti annis libertatem in testamento dare seruo suo cõcessit, quàm si decimum septimum annum impleuerit, & decimumoctauũ attigerit. Sed iure nouissimo ex quo minores testari possunt, libertates relinquere poterunt[s], quod non satis Bart.[t] animaduertit. Per interpositam quoque personam manumittere prohibitum est[u], quam sententiam Bar.[x] temere & citra autoritatem quæ hoc asserat, impugnare nititur. Quartò, in spectaculo manumissus, libertatem non consequitur[y]. Sic si à tutore[z], uel si ad perpetua uincula damnatus[a], aut prohibitus in pœnã à testatore manumitti[b].

11. DOMINIORVM, uel agrorũ diuisio. Cùm enim orbis initio omnia omnibus cõmunia essent, homines usu rerum & experientia instructi, rerum dominia seiungere, ædificia & commercia habere cœperũt. Acquirendi autem forma, uel solennitas, iuris Ciuilis, uel Prętorij est. Puta, testamentum iurisgent. est[c]. Solennitates tamen iure Ciuili institutæ fuerunt. Iuregent. cùm omnes pactiones seruandæ essent, quòd nihil naturali æquitati tam conueniens, quàm ea quæ inter aliquos placuerint, seruare[d]. Tamen cùm iure Ciuili certis solennitatibus essent conclusæ, ut scilicet interrogatio præcederet, & subsequeretur responsio, quod conuentionis genus, Stipulatio appellatur: Prætor inter ius Ciuile & gentium mediam quãdam uiam sequutus est, ut si traditioni rei nominatim aliquid ab uno tantùm expresse conuentum esset, seruaretur[e]. Supplet enim uicẽ alterius contrahentis, quæ conuentio, Pactum appellatur, qua de re loco suo pluribus.

CAPVT VIII.

DE IVRE CIVILI SCRIPTO.

1 *Ius Ciuile quid, & in quo à naturali, uel gent. iure differat.*
2 *Iur. Ciuilis summa diuisio.*
3 *Legis definitio.*
4 *Plebiscita quæ dicantur.*
5 *Senatorum origo & potestas.*
6 *Leges Centumuirales quæ sint.*
7 *Principis origo & potestas.*

8 *Iuris*

u. l. ius pluribus. ff. de iust. & iure.
x. § ius autem gent. Inst. de iur. nat.
y. l. iiij. in prin. ad leg. A qui. l. ut uim. ff. de iust. et iur.
z. l. manumiss. ff. de iust. & iure.
a. l. libertini. ff. de stat. ho. § j. instit. de liber.
b. § serui autẽ ex eo. Inst. de iure pers.
c. l. quidam. § cũ igitur. C. de necess. ser. § idemq. Instit. quib. ex caus.
d. § j. Inst. qui test. tut. & d. § cùm igitur.
e. § seruus autem Inst. qui test. tut.
f. l. nõ potest. ff. de reg. iur.
g. l. x. de uerb. obli. l. Titio. de condic. & demonst.
h. l. remittit ff. de iureiurã.
i. l. j. § j ff. quibus mod. usufr. amit. l liberos. § fi. de cap. di.
k. Bal. l. ij. C. de de iur. anni.
l. Bal. l. mauror. C. de ser. expor. l. fin. col. iij. C. de sent. pass.
m. l. eius. l. si ser uum. si cert. pet.
n. § si testis. auth. de test.
o. Cic. pro A. Cecin.
p. l. j. C. qui ma numit. non poss. § j. Institut. quibus ex cau.
p. l. si minor. C. qui manu. non poss.
q. § eadem lege. Inst. quib. ex caus. ma. non lic.
r. § cum ego. Inst. quib. ex caus. ma. non lic.
s. § & hoc quoq. auth. ut spõs. larg.
t. l. iij. num 4. de iure Reip. lib. xj. C.
u. l. ij. C. qui ma non pos.
x. l iiij. num 4. C de dolo.
y. l iij. C. qui ma non pos.
z. l. vj eod.
a. l. j. C qui nõ poss. ad lib. perue.
b. l. ij. eod.
c. l. quoties. ff. de hære. inst.
d l j. l. iurisgẽ. ff de pact.
e. l. iurisgen. § prætor. ff. de pact.

8 Iuris honorarij, ſiue prætorij origo & poteſtas quæ ſit.
9 Reſpondere & conſultare quid.

1 QVOD † quiſque populus ipſe ſibi ius conſtituit, Ius Ciuile uocatur, quaſi ius proprium ipſius ciuitatis [a], quod neque in totū à naturali, uel gentium iure recedit, neque per omnia ei ſeruit [b]. Atq; hinc colligim⁹, ius naturale, genus generaliſsimum eſſe, ad bruta quoque animātia pertinens, ius gent. genus ſubalternum, quod omnibus duntaxat gentibus, non uerò brutis animantibus conuenit: ius uerò ciuile generis ſubalterni ſpecies, quod ius proprium cuiuſque ciuitatis appellatur, cuius ſumma hæc diuiſio eſt,

a. §. ius autem ciuile. Inſt. de iur. nat.
b. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure.

2 Ius † Ciuile
- 1 *Scriptum*
  - *1 Lex duodecim Tabularum.*
  - *2 Plebiſcita.*
  - *3 Senatuſconſulta.*
  - *4 Decreta principum.*
  - *5 Magiſtratuum edicta.*
  - *6 Reſponſa prudentum.*
  - *7 Leges Municipales.*
- 2 *Non ſcriptum.*

IVS igitur Ciuile in duo capita diuiditur, aut enim ſcriptū eſt, aut non ſcriptum [c]. Cuius origo ab Athenienſibus & Lacedæmonijs cœpit. Lacedæmonij enim magis ea quæ pro legibus obſeruabāt, memoriæ mandabāt, Athenienſes uerò ea quæ legibus cōprehendebāt, cuſtodiebāt [d]. Quod legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, decretis principum, magiſtratuū edictis, reſponſis prudentum conſtat [e].

c. l. ius ciuile. §. j. ff. de iuſt. & iur. § cōſtat. Inſtit. de de iur. nat.
d. § ſine ſcripto. Inſtit. de iure nat.
e. l. ius autem ciuile. ff. de iuſt. & iure. § ſcriptum. Inſtit. de iure nat.

1. LEX xij. tab.) Ius Ciuile, lege ſcri-
3 pta cōſtat [f], quæ † ab Imp. ſic definitur, Lex eſt quod Po. Ro. ſenatorio magiſtratu interrogante, ueluti conſule conſtituebat [g]. Hęc legis definitio, ad originem iuris Romanorū refertur, initio enim Vrbis conditæ cùm Romulus per triginta curias populum diuiſiſſet, curam Reip. per ſententias earum partium expediebat [h]. Sed cùm exactis Regibus leges tribunitiæ exoleuerint [i], hæc quoq; definitio defecit. Iſtamq; priorem legis partem ad leges xij. Tab. (quarū originem explicat Pomp. [k]) referemus [l]. Cic. [m] ſic definit, Lex eſt iuſtorum, iniuſtorumq; diſiunctio, ad naturam omnia referens. Et Plato [n], Lex, ueritatis inuentio eſt. Vel, Lex eſt oratio ſumma inſita in hominum natura. Vel, Lex eſt ſermo determinatus, ſecundum communem cōcordiam ciuitatis, admonens quomodò oporteat agere ſingula. Ex Pap. [o] Lex eſt commune præceptum, uirorum prudentum, delictorum, quę ſponte, uel ignorantia contrahuntur, coërtio, communis Reip. ſponſio. Ex Demoſthene, Lex eſt cui omnes homines decet obedire [p].

f. l. ij. § nouiſſime. uerſ. ita. ff. de origine iur.
g. §. lex eſt. Inſtit. de iu. nat.
h. l. ij. §. j. de orig. iur.
i. § exactis. d. l. ij.
k. d. l. ij. §. poſt ed.
l. glo. lege. §. nouiſsimè. d. l. ij.
m. de legibus.
n. de lege.
o. l. j. ff. de legibus.
p. l. [illegible]

2. PLEBISCITA. Pop. Rom. tribus ordinibus cōſtabat, Plebe, Equite &
4 Senatu. † Hinc plebiſcita, quæ patrū autoritate conſtituebantur [q]. Cùm enim Plebs propter rigidam & nimiùm aſperam legis xij. tabul. dominationem & nimiam magiſtratuum licentiam cum patribus in diſcordiam perueniſſet (Debitores enim necabantur ſuis creditoribus more ciuitatis) eoq; nomine Plebs peteret, ut ex ſuo quoque corpore, conſules crearentur [r], neque obtinere potuiſſet, in montem Auentinam ſeceſsit, ubi ſibi iura, plebeio magiſtratu interrogante, ueluti tribuno, ſine patrum autoritate conſtituit [s], quæ, Plebiſcita uocantur [t]. Eaq; poſteaquàm Plebs in ciuitatem reuocata fuit, Hortenſio autore [u], legis uim habere, Tribuniq; militum partim à plebe, partim ex patribus, qui proconſularem poteſtatem habebāt, legem rogabant, creari cœperunt [x]. Nec ulla alia ex cauſa leges nos tenent, quàm quòd populus approbauit [y]. Neque amplius Plebiſcita, ſed Po. Ro. Leges nuncupatæ ſunt. Populus enim utpote genus eſt, Plebs autem ſpecies [z], hoc eſt, Ciues ſine Senatoribus intelligūtur [a]. Hinc Falcidius Trib. Plebis legem rogauit, à Pop. ut quemadmodum quiſq; rem ſuam legaſſet, ita ius eſſet [b]. Aquilius Trib. Pl. legem à populo rogauit, ut ſi quis

q. l. ij. §. nouiſſime. uerſ. ita. ff. de origin. iur.
r. § deinde cū eſſet. d. l. ij.
s. § plebiſcitū. Inſtit. de iure nat.
t. d. §. deinde.
u. d. §. plebiſcitum.
x. d. §. deinde.
y. l. de quibus. ff. de legib.
z. d. §. plebiſcitum.
a. l. plebs. ff. de uerb. ſign.
b. l. j. ff. ad leg. Falc.

quis alterius quadrupedem uulnerasset, quanti eo anno proximo plurimi fieret, teneretur [c]. Rogauit ut per acceptilationem prior obligatio tolleretur [d].

5 .3. SENATVSCONS. † Cùm non facilè plebs in unum cõuenire posset, omnis Reipub. cura ad Senatum deducta est. Ita cœpit Senatus se interponere, ut quicquid constituisset, obseruaretur [e], idq; appellatur Senatuscõs. [f] quod solo Senatu cõstituente inducitur, sine lege [g], quarũ cõstitu-
6 tiones, legis uim habebãt [h], & † Cẽturiatæ leges, nuncupatæ sunt. Hinc leges Valeriæ à Pub. Valerio Publicola Cõsule latæ [i], de prouocatione Cẽturiatæ fuerunt, quòd à moribus magistratibus, Senatus autoritate latæ essent, qui euã Comitijs cẽturiatis legẽ tulit, ne quis magistratus de capite ciuis Romani, iniussu populi diceret [k]. Et leges xij. tab. Centuriatis comitijs delatæ sunt. T. Liu. [l] Et cùm in cõtrouersso iure esset, tenerentur'ne patres Plebiscitis, L. Valerius & M. Horatius legẽ centuriatis comitijs tulerũt, ut quod Trib. Pl. iussisset, populus teneret. Lex de bello indicendo, centuriatis comitijs ferebatur [m]. Extant & aliæ complures in iure Ciuili centumuirales cõstitutiones: ut cùm hæres rogatur hæreditatem restituere, ex S. Treb. quartam retinet [n]. Mater ex S. Tertullia. filio succedit [o], & filius matri, ex Sen. Orficia. [p] Hinc muneri præficiebantur, qui ex patriciorum familia erant, uel qui magistratus aliquos gessissent, uel bello & re militari ueterani. Iudicia quoque aliquandiu ad eos spectarunt, uerùm deinde ad Equites translata sunt, ex quibus centum uiri delecti ius reddebant. Oppressa uerò ab Imp. Rep. cœperunt rursus Senatores, in controuersiis grauioribus pro arbitrio iudicare.

7 .4. DECRETA principum.) † Cùm Senatus, omnes prouincias regere non posset, constituto principe datum est ei ius, ut quod constituisset, ratum haberetur [q]. qui solus in integrum restituere [r], testamenti factionem ijs qui non habent concedere [s], iuris solennitates remittere [t], & legem condere potest [u]: adeò ut Prin-

c. l. j. ff. ad leg. Aquil.
d. l. & uno. §. j. ff. de accep.
e. §. Senatusconsul. Insti. de iure nat.
f. l. ij. §. deinde quia difficile. de origin. iur.
g. §. nouissimè. artic. ita. d. l. ij.
h. l. non ambigitur. ff. de legibus.
i. lib. iij. cap. j.
k. § & quia. l. ij. de origi. iuris.
l. lib. iij. deca. j.
m. Liuius lib. j. Decad. iiij.
n. § sed quia. Inst. de fideicom. hær. toto titul. ff. & C. ad Treb.
o. § j. Inst. de Sen. Tert.
p. §. j. Insti. de Sen. Orficia.
q. §. nouissimo. l. ij. de origin. iur.
r. Bar. l. nõ ambigitur. col. ij ff. de legib.
s. l. mutus. l. obsides. ff. de testa.
t. l. testamenta. l. si non speciali. C. de testamen.
u. l. ij. C. de adopt.

cipis decreta & placita, legis uim obtineant [x], tametsi per epistolam duntaxat enuncientur [y].

5. MAGISTRATVVM edicta.) Vn-
8 de † ius honorarium nascitur [z], quod qui honores gerunt, id est, magistratus, autoritatem huic iuri dederunt [a], ad honorem Prætorum sic nominatum [b], quod Prætores introduxerunt, adiuuandi uel supplendi, uel corrigendi iuris Ciuilis gratia [c]. Creari autem cœperunt, ut in Ciuitate ius redderent, cùm consules omnem in Rep. potestatem habebant, & bellis finitimis occupati, in ciuitate ius reddere non possent [d]. Hinc ueteres omnem magistratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellauerunt. Vnde & Prætorium, tabernaculum eius, & in castris, porta Prætoria. Is in omnibus ferè quæ imperij erant, occupabatur. In sortiendis iudicibus, in quæstionibus habendis, in cõstituendis iudicijs, in bo. poss. dandis, in cautionibus decernendis, quæ præcipuam iuris Ciuilis partem obtinent. Asconius [e] sic scripsit, Cornelius & nemo repugnare ausus est, legem multis inuitis tulit, ut prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent.

6. RESPONSA prudẽtum, sunt quæ Iurisconsul. respondere dicuntur consulentibus. Vnde respon. Pauli, qui sub Alexandro maximè claruit. Responsa Papiniani [f], qui Seueri temporibus maximè floruit. Responsa Scæbidij Sceuolę, magni Pap. præceptoris, quo M. Antoninus Imp. pręcipuè
9 usus est. † Cæterùm eum respondere dicimus, qui simpliciter enunciat, aut opinatur quod sentit, idipsum quoque consultare est [g]. Consultatio autem bona rectitudo est ea, quæ ad felicem exitum perducit. Hinc consultus homo prudens ac sciens dicitur, dignus à quo consilium petatur. Liuius [h], Consultissimus uir (de Numa Pompilio loquens) ut illa quisquam ætate esse poterat, omni diuini atque humani iuris. Et [i], Callidos solertesq; iuris atque eloquentiæ consultos.

7. LEGES † Municipales, uulgò statuta nuncupatæ, quæ etiam ab artificibus, cuiuscunq; negotiationis [k], uel militibus edi possunt [l], & in quo-

x. l. j. C. de constit. princ. §. sed & quod. Instit. de iure nat.
y. l. sed & reprobari. ff. de excusa. tut. l. ut gradatim. de mu. & honor.
z. l. ij § nouissimè ff de origin. iur.
a. § pretorum. Inst. de iu. nat.
b. d. l. ij. §. eodẽ tempore.
c. l. ius autem Ciuile. ff. de iust. & iur.
d. d. § eodem. & § cumq; eod.
e. In orat. pro Corne. de maiestat.
f. l. ex facto. § j. ff. ad Treb.
g. l. domitius. ff. de testat.
h. lib. j.
i. lib. x.
k. l. receptitia. § fin. & ibi Bar nu 4. C. de const. pec.
l. fi. C. de tur. omn. iud.

m. l. si fundus. ff. de euict. Bart. d. § fin. num. 5.
n. Ang. consil. 311.
o. Ang. consil. 281.
p. l. omnes. ff. de usuf. & usur.

cunctꝗ iudicio seruāda sunt[m], adeò ut potius ad ius municipale, quā ad ius commune trahantur[n], ita tamen ut recipiant interpretationem passiuam à iure communi[o]. De quibus ut per Bar.[p] pluribus.

CAPVT IX.
DE IVRE CIVILI, NON SCRIPTO.

1 Ius non scriptum quid.
2 Consuetudinis substantialia.
3 Consuetudo quanto tempore inducatur.
4 Consuetudo à praescrip. in quo differat.
5 Consuetudo an lege scripta potior sit.
6 Consuetudo ab stylo in quo differat.
7 Frequens factum quod dicamus.

1 QVOD † moribus & consuetudine inductum est, Ius non scriptum appellamus[a]. Ex quo colligere licet, Morem, esse obseruationē quandam, non lege, sed iudicio, uel opinione confirmatam, cui hęc potissimùm insunt,

a. l. de quibus. ff. de legib.

2 Consuetudini † mest { 1 Tacitus populi consensus. 2 Longum tempus. 3 Frequens usus. }

Ex ijs Consuetudinem ius esse elicimus, quo sine lege, tacito cōsensu populi, longo tempore, & frequēter utimur, de quibus ordine dicendū est.

1. TACITVS populi consensus.) Quod Iul.[b] hoc argumento probat, Si leges ipsæ nulla alia ex causa nos teneant, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt: meritò & ea quæ sine ullo scripto populus approbauit, tenebunt omnes. Sic'que consuetudo, consensu utentium comprobata, legem inducit[c].

b. d. l. de quibus.
c. § fine scripto. Instit. de iure nat.
d. l. diuturna. ff. de legib. d. § fine.
e. l. j. nu. 99. de dignit. lib. xij. C.

2. LONGVM tempus.) Diuturna igitur consuetudo, usu approbata, le-
3 gem inducit[d]. † Quibus autem finibus hæc diutina consuetudo concludatur, ualde ambigūū est. Bar.[e] communem loquēdi usum, ad decimum, uel uicesimum annum cōfert. Sic & cōsuetudinem, secundum eundem[f] longo tempore, hoc est, decem annis inter præsentes inducitur[g], quæ peculiaris est lōgi temporis significatio[h]. Et in hanc sententiam, tit. C. quæ sit longa consuetudo, trahemus. Sic & quod diu factum esse dicimus, ultra decennium trahendum est[i]. Atque ita Vlp. respō.[k] interpretabimur. Diuturna, inquit, consuetudo, pro iure & lege, in ijs quæ ex non scripto descendunt, obseruari solet. De iure canon. quadraginta annis, consuetudo inducitur[l]. Videamus tamen ne consuetudo, non nisi tanto tempore, cuius initij memoria in cōtrarium non existit, inducatur. Vlp.[m] enim ait, Si agri lex non inueniatur (de seruitute aquæductus loquēs) uetustas uicem legis tenet. Quam Accurs.[n] ad id tempus refert, cuius initij memoria non existit. Dicitur autem hominis memoriam excedere, quod uitæ hominis fines, centum scilicet annorum egreditur[o]. In quibus factis antiquis multùm operatur fama[p], quæ diligenter attendenda est[q]. Cùm igitur seruitutes discontinuæ non nisi tempore uetustate præscribantur, & consuetudo actum quoque discontinuū habeat, meritò eodem tantùm tempore inducitur, passim enim seruitutes & consuetudines æquiparantur, nam quemadmodùm ad inducēdam consuetudinem, populi consensum desideramus: sic & in præscriptione, domini prædiorum consensum atten-
4 dimus[r]. † Verùm in hoc differunt, quòd consensus populi, habeat causam continuam, secundum Bar.[s] Sed quid est magis mobile, quàm uulgi opinio, & consensus? Quare ego satius dicendum existimo, consuetudinem cum præscriptiōe nihil cōmune habere. Nam sine possessione non procedit usucapio[t]. In consuetudine nulla possessio attenditur. In præscr. requiritur tit. in consuetudine non[u]. Quare cōsuetudinē longo tempore inductā, secundùm priorem sententiam, seruandā esse statuamus[x]. Vsꝗ adcò tamen, ut neꝗ rationem, neque
5 legem consuetudo uincat[y]. † Legem dico posteriorē, nam ut in legatis nouissimæ scripturæ præualent[z]: sic & lex consuetudinis, ad contrarias posteriores trahenda est[a]. Quòd si contrariæ non fuerint, ad legem cōsuetudinis pertinent[b], quam quis probabiliter ignorare potest[c], eaꝗ ipsa allegāda, & semiplenè probāda est[d], tametsi in iure scripto sec[us] sit[e]. Differt quoꝗ cōsuetudo, ab stylo & morib[us], quòd consuetudo per iudiciarios actus & exēpla inducatur, Stylus autē ad iudiciarios actus pertinet, secundū Bar.[f] Sed stylus ad uerba pertinet. Hinc Cic.

f. Bar. l. ij. nu. 16. C. quæ sit long. cōsuet. l. de quib. nu. 9. ff de legib. Panor. c. fin. de consuet.
g. Alex. cōs. 5. uers non obstat, uol. v.
h. § j. Insti. de usuc. l. j. C. de præscr. long. temp.
i. l. si cum. § adisto. ff. qui et à quib.
k. l. diuturna. ff. de legib.
l. Alexand. de Imo. d. cōs. v.
m. l. j. § fi. ff. de aqua plu. arc.
n. glo. uetustatem. d. l. fi.
o. l. fi. § & nobis. C. de sacr. ecc.
p. Inn. c. ueniens de uerb. sig. Adde iiij. addi. ad Bar. l. v. C. soluto mat.
q. d. l. j. C. quæ sit long. consue.
r. l. iij. C. de ser. & aq.
s. l. ij. nu. 16. C. quæ sit lō. cō. t. l. fine poss. ff. de usucap.
u. c. j. de præsc. in vj. B. al. tit. de pace constan. uersi. sicut antiquo tempore.
x. l. j. C. quæ sit long. consue.
y. l. ij. eo.
z. l. si mibi. §. fi. de leg. j.
a. l. non est. cū seq. ff. de legi.
b. l. sed & r. o. Bart. l. uij. C. de sepul.
c. Bar. l. præscriptione nu. 11. C. si cont. iur.
d. l. et ibi Bar. nu 31. 32. C. quæ sit long. consuet.
e. Bar. d. l. præscrip. nu. 11.
f. l. ij. nu. 9. C. quæ sit long. consuet.

Cic.[g] Stylus optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister. Et Plin.[h] Ornabit hoc modestiã nostrã, etiãsi stylus ipse fuerit pressus, demissusq;. Quẽ (ut Bar. sentit) ad iudiciaria tantùm acta pertinere non interpretabimur, cùm etiã Imp.[i] ad testatoris dispositionẽ referat. Nihil, inquit, est, quod magis hominib⁹ debeatur, quàm ut supremę uolũtatis, postquã iam aliud uelle non possunt, liber sit stylus. Qui nimirũ seipsum tandẽ corrigit[k]. Cõsuetudo autem cùm ad mores referatur, inter utrunq; ea tantùm differentia statuitur, quòd consuetudo ex moribus producatur, diuturni enim mores, cõsensu utentium comprobati, consuetudinem inducunt[l]. 3. FREQVENS usus. Quo nomine incumbit officio magistratus, secundum ea quæ frequenter seruata sunt,
7 statuere[m]. †Vt ea quæ bis fiũt[n]. Hinc est, quòd peccãdi consuetudinẽ eum induxisse dicimus, qui bis in idem uitium reincidit[o]. Tametsi ea quæ semel, aut bis fiunt, legislator contemnere soleat[p].

g. j. de orat.
h. Epist. viij.
i. l. j. C. de sac. eccles.
k. d. l. ij. nu. 19.
l. § sine scripto. Inst. at. de iure nat.
m. l. j. C. quæ sit long. cõs. l. ij. de ædif. priua.
n. Bar. l. ij. nu. 92. C. quæ sit long. cons. l. de quib. nu. 20. ff. de legi. l. nemo. in fi. & ibi glo. C. de epis. aud.
o. l. seruos. §. miles. C. ad leg. Iul. de ui. c. cum eccle-sia. extra de caus. pos.
p. l. nam ad ea. ff. de legib.

Loci communes iust. & iuris,
1 De Iustitia & iure. ff. & Inst.
2 De legibus. ff. & C. lib. j. titu. ij. cum seq.
3 De iure naturali, gent. & Ciuili. Inst.


CAPVT X.

DE IVRE PERSONARVM.

1 Personarum diuisio.
2 Sui iuris qui dicantur.
3 Ingenui qui sint.
4 Mediũ tempus inhabile, an impediat extrema coniungi.
5 Ingenuus à libertino in quo differat.
6 Serui quomodò fiant, & de potestate in ipsos.
7 Parentum in liberos potestas.
8 Patris potestas à quo introducta.
9 Filij ex legitimo matrimonio suscepti eorumq; liberi, in patris & aui paterni potestatẽ trãseũt.
10 Filij naturales, quando per subsequens matrimonium legitimentur.

ARISTOPHANES Platonis in conuiuio, tria hominũ genera esse proponit, Mas, Fœmina, & tertiũ ex utroq; compositũ, cuius solùm nobis restat nomẽ, ipsum perijt. Androginũ quippe tũc erat, & specie & nomine & maris & fœminæ sexu coniunctũ. Tota huius hominis species erat rotũda, circũferens manus quatuor, totidẽ & crura, uult⁹ itidẽ duos consimiles, aures quatuor, genitalia duo, in utrã uelis partẽ incedit. Hoc ꝓmiscuũ genus, Luna est, primũ Sol, alterũ terra, tertiũ autem Luna, utriq; participãs. Sunt & alia tria hominum genera, quorũ idem Plato[a] meminit, philosophus, ambitiosus, auarus. Auarus lucri cupidus, honores & disciplinas cõtemnit, nisi quatenus lucrũ spectãt. Ambitiosus quęstũ negligit, quẽ perpetuò honor comitatur, si rectè insederit. Philosophus[b] uoluptates omnes, nisi quæ ad ueritatẽ inuestigandã pertinent, contemnit ac negligit. Quorũ omniũ summa hæc diuisio est, quòd omnes homines aut liberi sint, aut serui[b], quam sequens Tab. apertius explicabit.

a. lib. ix. de Rep.
b. l. iij. ff. de sta. ho. §. summa. Instit. de iure pers.



1. SVI IVRIS.

2 SVI iuris.†Natura omnes homines
liberi nascunt[c], quales sunt ij, qui nul
lius potestati subditi sunt[d], quiq; uir-
tutis studio ducūtur, & illis artib. in-
structi sunt, quib. ad usum forensem,
ad capessendā Remp. ad honorē, glo
riam, dignitatemq; utimur, & qui cu-
piditatib. ut inquit Plato[e], nō omnia
permittunt. Non enim liberi illi tan-
tùm putandi sunt, qui nemini homi-
ni, sed ne cupiditati quidem ulli ser-
uiunt, qui libidines cōtemnunt, & in
iudicio liberè sentiunt. A quibus ho
nestæ uitæ institutio potissimùm pe-
tenda est, cùm uirtutem ipsis factis
præstent. Animus enim studioq; uir-
tutis præditus, est ad omnes curas
uegetior, & ad omnem hominū con
suetudinem festiuior.

3 1. INGENVI †sunt qui siue ex duo-
bus ingenuis, siue ex duobus liberti-
nis, siue ex altero libertino & altero
ingenuo nascuntur[f]. Et quāuis patris
statum liberi sequātur[g], tamen natus
ex matre libera, patre uerò seruo, li-
bertatis fauore ingenuus esse cense-
tur[h]. Idem si tantū à matre libera con
4 ceptus sit[i]. Medium igitur tempus
inhabile, uel extrema inhabilia, mo-
dò alterum fuerit habile, libertati
non nocet. Idem in ultimis uoluntati
bus, ut si hæres institutus alteri hæ-
reditatē restituere rogatus sit, si sine
liberis decesserit: si medio tempore
moriātur, uidetur sine liberis deces-
sisse[k], quæ tamen in re amplius deli-
berandum est.

2. LIBERTINI. Sui iuris libertini di
cuntur, qui ex iusta seruitute manu-
5 missi sunt[l].†Differūt autem ab inge-
nuis, quòd ingenuus ex supplicio
non efficiatur seruus[m], libertus uti-
que[n].

2. ALIENI[o].

QVI omnino uoluptatibus & cu
piditatibus inseruiūt, alieni iuris iu-
dicantur. Plato[p] tamen ait, oportere
illum qui rectè uitā acturus sit, per-
mittere cupiditates suas summope-
re augeri, nec eas ullo modo cohibe-
re, & quemlibet earum prorsus excel
lere. Quæ, inquit, qui consequi ne-
queunt, eos uituperant qui id asse-
quuntur, ob uerecundiam. Idem pau
lò pòst, Libertas, luxuria, intempe-

c. l. ij. C. de Sen. Claud.
d. l. iiij. ff. de stat. ho. §. & libertas. Inst. de iure nat.
e. de Rhetorica.
f. l. & seruorū. §. ingenui. ff. de stat. ho. §. j. Inst. de ingen.
g. l. cū legitimæ. ff. de sta. ho.
h. l. partum. C. de rei uend. §. sed etsi. cū seq. Institu. de inge.
i. §. & è cōtrario. eodē. l. si ante. de poen.
k. l. ex facto. §. pe. ff. ad Trebel.
l. l. libertini. ff. de sta. ho. §. j. Inst. de lib.
m. §. q̄ autē. auth. de nup.
n. §. si uerò decretum. eo.
o. l. ex hoc. ff. de iust. & iu. l. & seruorū. ff de sta. ho.
p. de Rhetorica.

rantia, modò facultas suppetat, uir-
tus estatque felicitas. Cùm tamen a-
nimus libidini deditus, uitam cum
uirtute colere non possit, cùm in uo-
luptatis regno uirtus non consistat,
nequaquam Platonis sententiam se-
quendā esse censeo. Nulla enim un-
quam ciuitas in ulla legum tranquil-
litate conquiescet, in qua ciues facul
tates suas effusis sumptibus exhau-
riunt, sibi omnibus in rebus molli-
tiem & cessationem proponunt, nul-
lumq; laborē subeūt. Alij iuris alieni
iure gent. efficiuntur, ut cùm quis ab
hostib. captus, dominio ipsorū cōtra
6 naturam subijcitur[q], qui Serui eò di-
cuntur, q imperatores captiuos uen
dere ac seruare solebāt[r]. Nascūtur au
tem Iure Gent. ex ancillis nostris[s]. In
quos olim domini ius uitæ necis'que
7 potestatem habebant[t]. Sicuti † & pa-
rentes in liberos[u]. Hinc comicus Te-
rent. in Adelphis, Ille ut item me ha-
beat, facio sedulo, do, prætermitto, nō
necesse habeo omnia pro meo iure a-
gere. Sed hoc ius hodie sublatum
est, non enim sine causa legibus co-
gnita supra modum in filios, uel ser-
uos sæuire licet[x]. Neque parentes à
filijs libertatem eripere possunt, nisi
premente necessitate[a]. Ita tamen ut si
pater tandem precium restituere ue-
lit, ad ingenuitatē filius restituatur[b].
8 .2. CIVILI.† Ius patriæ potestatis, mo
ribus[c] hoc est, iure ciuili[d], item iure
gen.[e] & diuino, ait enim Dominus[f],
Honora patrē tuum & matrem tuā,
ut bene tibi sit, & longæuus sis super
9 terram.† In parentum autem potesta-
tem transeunt liberi, qui ex legitimo
matrimonio procreati sunt[g]. Nam
qui ex me & uxore mea nascitur, in
mea potestate est[h]. Et non illi tantùm,
uerùm etiam nepotes ex filio meo, in
meam[i], non filij potestatē transeunt[k].
quia filij appell. etiam nepotes con-
tinentur[l]. Cùm tamen ex legitimis
nuptijs susceptus, in patris potesta-
tem transeat, simul in aui potestatem
transire non poterit[m]. Sed cùm is
qui suæ potestatis non est, alios in sua
potestate habere nequeat[n], meritò
filiusfamiliâs quos suscepit, in sua po
testate retinere non potest. Diuer-
sa ratio est in filio ex filia mea su-
scepto, qui in meam potestatem non
transit

q. §. serui. Inst. de iur. pers.
r. d. §. serui.
s. §. serui autem. Instit. de iure pers. l. & seruorum. §. j. ff. de stat. homi.
t. Genes. xvj. c. Bal. in proœ. Pandec. in. Gellius lib. 7 c. 4. §. nam Inst. de his qui sunt sui. §. fi. ur. de iu. pers. l. j. de emen. serui.
u. l. secundū uulgarē. de leg. §. l. in fin. de lib. & posth.
x. §. sed hoc. Institu. de his qui sunt su.
a. l. j. C. de pa. pot.
b. l. j. C. de pa. qui fil. distr. l. ij. eod.
c. l. patre. ff. de his qui sunt sui.
d. glo. recepta. d. l. patre. & l. iij. ff. eo.
e. l. uelut. ff. de iust. & iu.
f. Leuit. xix. & seq. Matt. xix.
g. §. j. Inst. de pat. po.
h. ff. de his qui sunt sui. l. iij. §. qui igitur. Institu. de pa. pot.
i. l. pe. C. de man. lib.
k. §. itaque. Instit. de tut.
l. iusta. ff. de uerb. sig.
m. §. si uerò. Inst. de adop.
n. l. sic euenit. ff. ad leg. Iul. de adul.

o. §.fin.Instit.de patris pot.
p. l.si uxorem.C.de cond.incer.l.Caius.§ quæro.ff.solu.mat.
q. l.fi.C.de indic.uid.toll.l.j.de cupres.lib.xj.C.l.non solum.ff.de usuc.
r. l.cùm legitimæ.ff.de stat.ho.
s. §.fœminæ.Instit.de adop.l.nulla.ff.de suis & legit.

o. Ancha.consi.410.
p. d.l.Paul.num.4.
q. l.j.ff.de adopt.
r. l.nec auus.C.de emanc.lib.l.cùm adoptiuis.§.si uerò.C.de adop.§.sed hodie.Instit.eod.

transit°.Cont.filia nupta,in patris po
testate manet[p].Meritò dispositum,in
unò correlatiuorum,ad aliud cense-
tur dispositum,simili militante ratio-
ne[q].R.hîc diuersa subest ratio, par-
tim quòd partus, ex legitimo matri-
monio, patris non matris statum se-
quatur[r]. Tum etiam quòd fœmi-
næ liberos in sua potestate non reti-
neant[s].Insto ij.si equam meam equus
tuus prægnãtem fecerit, non tuum,
sed meum fœtus erit[t]. Sed inciuile
10 est argu.de equa ad mulierem. † Fi-
lij quoque naturales,cùm per subse-
quens matrimonium legitimentur[u],
in patris potestatem transeunt[x], &
æqualiter cum filijs post matrimoniũ
legitimè susceptis admittuntur[y], &
ipsi uicissim sibi succedunt[z].Idem in
nepotibus naturalis filij, qui si mor-
tuo filio,tempore matrimonij aui su-
perstites sint, etiam legitimantur, ar-
gumento respon.Imp.[a]Et ad eum,in-
quit, solum respiciat filius, cui eum
& natura aggregauit, & lex per ado-
ptionem assignauit.Prætereà si mor-
tuo patre,filius legitimari possit[b],ea-
dem ratione nepotes ex filio. Con-
trà libertinus qui genitis filijs,à præ-
statione operarum liberatur[c],tamen
posthumus liberti hæredes patroni
non liberat,quod proficisci liberatio
à liberto debeat[d]. Quo argu. Bald.[e]
annuere uisus est, nepotes naturali
filio,ante matrimoniũ defuncto,per
subsequẽs nõ legitimari.Sed æquior
mihi uidetur prior sentẽtia,quam se-
quitur Bar.[f]Qui nimirùm succeden
di ius obtinebunt,cùm concesso an-
tecedenti, eiusdem cõsequens tacitè
insit[g],tametsi Bal.& Guliel.de Cug.[h]
But.[i] contradicant. Spurij uerò &
ex incestis nuptijs procreati,in pote
statem nostram per subsequens ma-
trimonium non transeunt[k],quia nu-
ptiæ non sunt[l].Hinc refert Castren.[m]

t. l.iij.§.iij.ff.de rei uendica.
u. l.iubemus.l.cùm quis.l.nuper.C.de nat.lib.l.j.de cõcu.§.dubitatiũ.auth.de incest.nup.
x. §.j.Instit.de pat.po.
y. §.reliqui.auth.quibus mod.sui.l.nuper.C.de na.lib.l.Gallus.§.forsitã.de lib.& posth.
z. d.§.dubitatum.
a. l.cùm in adopt.§.si uerò.C.de adopt.
b. auth.fine.C.de nat.lib.
c. l.qui libertinus.ff.de oper.lib.
d. d.l.qui.§.posthumus.
e. l.benignius.ff.de legib.
f. l.gallus.§.nunc.num.5.ff.de libe.& posth.
g. ar.l.cui.ff.de iur.om.iud.
h. d.l.benig.
i. c.per uenerabilem.qui filij sint leg.
k. §.fi.auth.quib.mod.ie gn.§ penult.auth.quibus mod.sui.l.iij.§.j.de liberis agn.l.Paul.ff.de sta.hom.l.etsi cõtra.C.de nupt.& authen.licet.de natur.lib.Bart.l.iij.num.4.& 5.ff.de concub.cum l.seq.
l. § si aduersus.Instit.de nupt.
m. l.vj.C.de legib.
n. l.Paulus.ff.de statu hom.

ex Pauli respon.[n] consuluisse,quòd li
cet super matrimonio à principio in-
ualido,puta propter ius consangui-
nitatis papa dispẽset,quòd filij prius
cõcepti,licet posteà nati,non efficiũ-
tur legitimi°,eadem fuit Bar.[p] senten
tia,quemadmodùm & ipsum eodem
11 restituimus. † Præterea non tantùm
natura, sicuti antè diximus, uerùm
etiam adoptione,personæ in alterius
potestatem transeunt[q]. Ita tamen si
proximo,puta,auo materno,filius in
adoptionẽ detur[r].In extranei autem
patris adoptiui potestatem non tran
sit[s]. Cæterùm licet filij adoptiui, qui
in alterius potestatem transeunt,om-
nia filiorum naturalium & legitimo-
rum iura obtineant[t].Tamen libero-
rum conditio in filijs adoptiuis non
existit[u]. Sed & licet olim naturales
per adoptionem legitimarentur[x],ta-
12 men hodie hoc sublatum est[y]. † Ter-
tiò,per emancipationem,filius in pa-
tris potestatẽ transit. Vt si filius pro-
ximo in adoptionem datus sit,in eius
potestatem transit, & in patris natu-
ralis potestate esse desinit[z]. Quòd si
à patre adoptiuo emancipatus sit,in
patris naturalis potestatẽ reincidit[a].
Vlp.[b] contrà, Qui liberatus, inquit,
est à patria potestate,is posteà in po-
testatem honestè reuerti non potest.
Sed de patre adoptiuo loquitur,nam
lex secundum tit.cui adijcitur,intelli-
13 genda est. Quartò,† per mortem al-
terius,ut cùm auus nepotem ex filio
in sua potestate habeat[c],Si decesserit
auus,in patris sui potestatem nepos
14 recidit[d]. Quintò,† principis rescri-
pto filij naturales legitimantur[e],Qui
suitatis tãdem iura obtinent[f]. Sextò,
15 † curiæ autoritate, natalibus filij ille-
gitimi restituuntur[g], & omnia suita-
tis iura obtinent[h], & in patris pote-
statem transeũt[i]. Et tam ex testamen-
to,quàm ab intestato succedere pos-

s. §.sed ea omnia.Instit.de hær.quæ ab intesta.l.si te parens.C.de suis & legit.
t. d.l.si te parens.& l.j.ff.de bon.poss.cont.tab.
u. l.si ita quis.§.fi.de leg.ij.l.fideicõmis.de condi.& demõ.l.si cognatus.de rebus dubijs.§.sed et.inst.de excus.tut.
x. l.iubemus.C de nat.lib.
y. l.legem.eo.
z. l.nec auus.C de emancl.lib.l.cùm in adoptiuis.§.si uerò.C.de adopt.§.sed etsi.Inst.quibus mod.ius pat.po.sol.
a. l.cũ in adoptiuis.§.si uerò.C.de adopt.
b. l.qui liberatus.ff.de adopt.
c. § qui igitur.Ins.de pa.po.l.iij.ff.de ijs qui sunt sui.l.penul.C.de emanc lib.
d. l.nepotes.ff.ff.de ijs qui sunt sui.
e. l.fi.C.de prec.imp.off.§.sit igitur licentia.auth.quibus mod.legit.
f. d.§.sit igitur.& §.si quis ergo.auth.quibus modis sui.l.j.extrà.qui fil.sint legit.
g. l.si quis.C.de nat.lib.§.qd uerò.§.si quis igitur auth.qb.mod.sui.
h. §.qui.Inst.de hær.quæ ab intest.
i. c.j.extra qui fil.sint legit.

sunt[k]. Septimò,† naturales per suorũ nuncupationem, legitimi efficiũtur[l]. Vt si quis ex ea muliere, quæ sibi uxor esse poterat, naturales habens liberos, eosdem, filios suos appellauerit, legitimationẽ ac suitatis ius cõsequuntur[m]. Quod cõstare instrumẽto, & testib. omnino debet[n]. Idẽ de principe dicẽdum est, qui si oppidum aliquod ex certa scientia Ciuitatem appellauerit, Ciuitas efficitur[o]. Restat
17 † unum inauditum & inusitatum legitimationis genus, quod quo in gradu collocandum sit, incertus sum. Alex.[p] Soc.[q] referunt naturalem, per ingressum mònasterij legitimari, &c.

2. QVI se uenundari patiuntur.
18 Qui † ad precium participandum se uenũdari patitur, si maior uiginti annis fuerit, iure Ciuili seruus est[r]. Quẽ parentes uendicare non poterunt[s], qua tamen in re amplius deliberandum est[t].

3. PER sententiam, quis iure Ciuili seruus constituitur, ut ad mortẽ damnatus[u], qui omnia iura quæ in fauorem liberorum hominũ introducta sunt, amittunt[x], adeò ut ne ipsi quidẽ fisco acquirere possint[y], hodie tamẽ initio bene natus, pœnæ seruus non efficitur.

k. l. iij. de his q sponte. lib. x C.
l. § ad hoc autẽ. ut lic. ma.
m. § si uerò so lũmodò. aut. qb. mo. legit. auth. si quis liberos. C. de nat. lib.
n. d. § ad hoc. & § hoc autem & illud. auth. ut lic. mat. Dixi libro ij. q. c. ix.
o. Inno. c. cum ab. extrà de off. ordi. c. si sumus. de uerbo. sig. Bart. l. 4. de uer. sig. & in extrauag. qui sint rebel.
p. cons. 25. uolum. iij.
q. consi. 6.
r. § serui Inst. de iure pers. l. si ex eau §. j. l. bonor. ff. de minor. §. maximã. Inst. de cap. dim.
s. d. l. si ex eã. § Papi. ff. de min.
t. no. gl. d. § pa.
u. l. qui ultimo.

x. ff. de pœn. l. in metallum.
ff. de his quæ pro nõ scrip.
x. l. quod attinet. ff. de reg. iur. l. sed etsi. de exc. tut. l. ij. de tab. lib.
x. C. l. j. de her. inst.
y. l. in metallũ. ff. de iur. fisc.

CAPVT XI.

IVS POTESTATIS, QVIBVS MODIS SOLVATVR.

1 Filijfa. xiiij. modis pat. po. liberantur.
2 Filius presbyter uel monachus, an patria potestate liberetur.
3 Patricij qui dicantur.
4 Filiusfa. pa. po. liberatus, nullum filiorum legitimorum ius amittit.
5 Filiusfa. propter dignitatem, pat. pot. liberatus, finita dignitate, sui iuris manet.
6 Status rei dubius à futuro declaratur euentu.
7 Conditio mortis & emancipationis, an æquipolleant.
8 Filij quemadmodum emancipentur.
9 Pater retinet dimidium usufructus bonorum filij emancipati, & alia iura.
10 Filij emancipati, cum filijs in potestate existentibus æqualiter succedunt.
11 Conditio mortis, an per deportationem resoluatur.
12 In executione legatorum, tempus mortis naturalis inspicimus.

1 Soluitur † *patria potestate filiusfa.*
1 *Episcopus.*
2 *Patricius.*
3 *Senator.*
4 *Consul.*
5 *Præfectus pretorio.*
6 *Doctor.*
7 *In qualibet publica dignitate constitutus.*
8 *Miles.*
9 *Captiuus.*
10 *Emancipatus.*
11 *Adoptiuus.*
12 *Deportatus.*
13 *Hereticus.*
14 *Morte.*

1. EPISCOPVS filiusfa. in patris potestate esse desinit, ut sæpe
2 ab Imper. rescriptum est[a]. Idem † de reliquis presbyteris, secũdum canones[b], quibus ius ciuile, in hanc sententiã obsistit[c]. Presbyteros, res quolibet modo ad eorum dominium uenientes, habere sub sua potestate præcipimus, ad similitudinem castrensiũ peculiorum, & donare secundùm leges, & in ijs testari, licet sub parẽtum sint potestate. Quæ sententia secundùm Bal.[d] receptior est. Sunt monachi, qui nobis multò magis negotiũ facescũt, nam ex Accur.[e] & Bar,[f] sententia, filiusfa. effectus monachus, in patris potestate esse desinit. Quæ sententia adeò à canonibus comprobata est, ut minimè parentibus fas sit, filium ex monasterio abstrahere[g], atq; hinc planè spoliatur patria sua potestate, quæ à Domino data est. Idem si pater religionem ingressus fuerit, filios amplius in potestate non habet, sui enim iuris efficiuntur[h]. Bald. contrà[i], cẽset enim filium per ingressum monasterij, non desinere esse in potestate patris, quia, inquit, hoc monasterij interest[k]. Magna denique de illis & inter illos controuersia est[l], in quos dum nihil habent quod agant, negotium transferentes, nos interim ad gra=

a. auth. sed episcopalis. C. de episc. & cle. § j. auth. de sanc. episc. § fi. auth. cõst. quæ de dign.
b. c. indecorũ. ext. de æta. et qual. c. cũ uolũtate. de sen tent. excom.
c. § presbyteros. auth. de sanct. episc.
d. Cons 61.
e. gl. cũ satum. et ibi Bal. l. si ex eã § Pap. ff. de mino.
f. in rep. aut. ingressi. nu. 64. cum seq. C. de sac. san. ecc. et in d. § Papi. nu. 2. 3. & in § illud quoq; nu. 8. auth. de monach.
g. xix. q. iij. c. fin.
h. Bar. l patre. nu. 4. ff de ijs qui sunt sui.
i. l. sub cond ff. de lib et pos.
k. Fel. c. iudei. ij. in fi de iud.
l. no. Bar. d. § illud quoq; et in auth. ead. l. quæ. nu. 5. cũ add. in uersi. nõ. C. de sac. san ec. j. add. Bar. in l. deo. C. de epis & cle. & auth. idè est nu. 1. C. de bo. quæ lib.

ad grauiora properabimus. Vnum
tamen Accurſ.[m] non omittã, quò ma
gis dilectorũ animos ad monaſticam
uitam incendam ſcilicet, quòd mo-
naſteriũ (ſic enim ſcribit) eſt cauſa li-
berationis à poteſtate diaboli. Sic nõ
eſt abijcienda illa cucula, quę tantùm
boni adſert, quare ad eam lentè feſti-
nemus uiriliter.

2. PATRICIVS. Filiusfa. patricius,
3 patria poteſtate liberatur[n]. † Patricij
dicũtur, ij, q Senatorij ordinis, quiq;
ab ijs progeniti erãt[o]. Apud Græcos
omnino maior erat dignitas, non ex
ſucceſsione debita, ſed quæ ſolebat à
principe cõcedi. Sidonius Apollina-
ris ad honorem Patriciatus celerrimè
accedit, ſi cogites eius ætatem; ſi me-
» rita, tardiſsimè. Caſsiodorus[p], No-
» ſtro munere ſubleuatus, Patriciatus
» culmen aſcende. Quod quidam iuri-
dicorum à patribus dictum eſſe uo-
luerunt. Suidas Patricios eſſe tradit,
cõmunes Reip. Patres, qui in ſupre-
ma dignitate Senatori cõſilij eſſe cen
» ſentur. Meminit & Procopius[q], Inter-
» eà Patricios ueros cum ſeptuaginta
» militibus, qui ad ſe paulò antè conue
» nerant, in Siciliam miſit.

3. SENATOR. Romuli lex erat, ne
filijfa. quacunque præditi dignitate,
patria poteſtate eximerentur, quam
Imp.[r] ſequutus, etiam ſanxit Senato-
res, in patria poteſtate manere, iure
tamẽ nouiſsimo ſecus eſt. Senatores
accipiebat Vlpian.[s] qui à patricijs &
conſularibus uſq; ad omnes uiros il-
luſtres deſcẽdebant, quia ij ſoli in ſe-
natu dicere ſententiam poſſunt.

4. CONSVL filiusfa. licet iure ueteri
à patris poteſtate non eximeretur[t].
Tamen iure nouiſsimo ſecus eſt[u].

5. PRÆFECTVS Prætorio, à patris
poteſtate liberatur[x]. Denique fili-
usfamil. publicis muneribus præfe-
ctus, uel in quacunque dignitate po
4 ſitus, ſui iuris efficitur[y]. † Qui tamen
nullum legitimorum filiorũ ius amit
tunt; ne priuilegium ipſis conceſ-
ſum, in eius odium retorqueatur[z].
Meritò & filios quos tandem ſu-
ſceperint, in ſua poteſtate retinent[a],
& patri ſuccedunt[b]. Hinc eſt quòd ſi
ſecundùm ciuitatis morem, aliquo ſi-
ne liberis in poteſtate exiſtentibus
decedente, dominus loci eiuſdem

m. gloſ. occaſione. §. propterea. auth. conſt quæ de dig.
n. l. fi. §. ſi quis igitur. de decur. lib. x. C. § j. auth. cõſtitut. quæ de dign. l. fin. de cõſ. lib. x. C. §. ſed ex. Inſ. quib. mo. ius pa. po. ſol.
o. Tit. Liui. lib. j. ab Vrb. cõd. Tranquil. in Auguſt.
p. Epiſt lib. vj.
q. lib. iij.
r. §. filiusfa. Inſ quib. mo. ius pat. pot. ſol.
s. l. ſi. ff. de ſenat.
t. d. § filiusfa.
u. l. fi. §. ſi quis igitur. de decur. lib. x. C. §. preterea. auth. conſtit. quæ de dign. authẽ ſed. C. de epiſ et cle. l. ſi in fin. de cõſ. lib. x C.
x. l. fi. §. ſi quis igitur. de decu. lib. C. §. et ſi quis. auth. cõſti. quæ de dig. auth. ſed C. de epi. & cler.
y. l. nam quod ff. ad Treb. l. filiusfa. ff. de ijs q ſunt ſui. §. generaliter. auth. cõſ. quæ de dig.
z. l. nulla. ff. de legib.
a. l. fi. §. ſi quis igitur. de decur. lib. x. C. l. iiij. de dig. lib xij. C.
b. §. illud. authẽ. cõſt. quæ de dig.

ſuccedat, excluditur exiſtẽte filio ſui
5 iuris propter dignitatem[c]. † Quæ
priuilegia etiam finita dignitate du-
rant[d], quia dignitatis fauor amplian-
dus eſt[e], tametſi Bar.[f] mali neſcio quid
in cont. ominari uideatur. Niſi liberi
ingrati exiſtant[g], uel in fraudẽ patris
in dignitate conſtituti ſint[h], uel à le-
ge non coarctetur. Vt cùm dicimus
priuilegium militũ in condendis te-
ſtamentis, extra expeditionem pro-
trahendum non eſſe[i], & clericorum
priuilegium, deſidibus ac diſcolis nõ
competere[k].

6. DOCTOR, licet militum inſtar
habeat, non tamen patria poteſtate
eximitur, quę licet Bal.[l] receptiſsima
ſententia ſit, eam tamen nequaquam
ſequendam arbitror, ſimilitudo eius
falſa eſt, hoc enim argu. mouetur, ut
quemadmodùm miles in patris po-
teſtate eſſe non deſinit, ſic nec do-
ctor. Atqui iure nouiſsimo miles ſui
iuris efficitur, ut poſteà dicemus, ſic
& doctor, qui uel in ſcholis, uel in fo
ro iuriſprudentiam exercet, is ad in-
ſtar militum[m], quicquid acquirit,
iure quaſi caſtrenſis peculij ſibi re-
tinet[n].

8. MILES filiusfa. cùm teſtari poſ-
ſit[o], patria nimirùm poteſtate ſolu-
tus eſt, nam qui iuri alterius ſubijci-
tur, teſtamenti faciendi ius non ha-
bet[p]. Quod cùm ita iure Nouellarũ
ſancitũ ſit[q], quatuor iuris Ciuilis lo-
cos emendabimus, primus eſt Iuſti-
» nia.[r] Filiusfa. inquit, ſi militauerit, uel
» ſi ſenator, uel conſul factus fuerit, re-
» manet in poteſtate patris. Alter eſt
» Alex.[s] Errat, inquit, qui tibi perſua-
» ſit, quòd nexu paternæ poteſtatis, iu
» re ſacramenti ſolutus es, manẽt enim
» nihilominus milites in poteſtate pa-
» rentum. Et Diocle.[t] Si maritus tuus
» licet militans, in patria poteſtate cõ-
» ſtitutus, filiũ ex legitimis ſuſcepit nu-
» ptijs, eum in poteſtate aui perſeuera-
» re non ambigitur. Et Paul.[u] Qui poſ-
ſunt iudices eſſe, nihil intereſt in po-
teſtate, an ſui iuris ſint.

9. CAPTIVVS. Patria poteſtas ſol-
uitur, patre, uel filio ab hoſtibus ca-

c. l. item in poteſtate. & ibi Bar. nu 6. ff. de ijs q ſunt ſui.
d. l. maximarũ. in fin. & ibi Bart. nu. 2. C. de excuſ. mu. lib. x. C.
e. §. illud. authen. conſti. quæ de dign.
f. aut. cõſt. quæ de dig. §. j. numero 3.
g. l. j. C. de ingra. lib. l. j. de reuo. dona.
h. l. j C. ne rei dominicæ.
i. § illis inſti. de mil. teſta.
k. l generaliter. ij. C. de epiſcopis & cler.
l. l. ſi maritus. de pat. po. l. apud hoſtes. in fi. & l. nepotes. de ſuis & leg. & ibi Ang.
m l iij. de caſt. pecul. lib. xij. C.
n. l. cum aduocatio. C. de aduo. diuerſ. iudic.
o. §. ſciendum. de mil. teſta.
p. §. j. Inſtit. quib. non eſt permiß.
q. §. nunc autem. authen. conſt. quæ de dig. l. fin. §. ſi quis igitur. de decur. lib. x. C auth. ſed. C. de epiſ. & cler.
r. §. filiusfa. Inſtit. quib. mo. ius patr. pot. ſolui.

r. l. iij. de caſtrenſi peculio, libro duodecimo Codicis.
t. l. ſi maritus. C. de patria poteſtate.
u. l. cùm prætor. in fine. ff. de iud.

pto,& apud hostes defuncto[x]. Quòd
si reuertatur, omnia pristina iura, fi-
ctione postliminij retinet, nam pater
reuersus, liberos in potestate habe-
bit, filius quoque reuersus, in patris
potestate manet[y]. Qui nimirū si inte
rim dum apud hostes esset, præteri-
tus fuerit, pater iure fecit testamentū,
eo reuerso, ad bon. poss. contra tab.
admittitur[z]. Et ex tribus filijs, unus
ab hostibus captus, duobus qui sunt
in ciuitate, besis bo. possessionis cō-
petit[a]. Sic filia ab hostibus capta, si
ibi decesserit, in patris potestate sem-
per fuisse præsumitur, ad quem nimi-
rùm dos ab ipso profecta reuerti de-
bet[b]. Postliminium igitur duo capi-
ta continet, primùm ueritatem, nam
capto reuerso, omnia pristina iura
uendicat: deinde fictionem, quia fin-
gitur retro semper fuisse in ciuitate[c].
Quod priuilegium, cùm in odium ca
ptiui interpretandum non sit[d], me-
ritò si interim dum absens esset, res
sua utpote inter præsentes, uel etiam
inter absentes usu capta fuerit, eo re-
6 uerso, intra annum restituitur[e]. † Ex
ijs elicimus, statum rei dubium, à fu-
turo declarari euentu. Vt cùm pro-
pter litem inofficiosi testamenti ordi
nandā, exhæredato filio, cui tutorem
pater dedit, prætor eundem confir-
mauerit: euentus iudicatæ rei decla-
rabit, utrùm ex testamento patris, an
ex decreto prætoris autoritatem ac-
ceperit. Quæ tamen Pap. sententia[f],
iure nouissimo correcta est[g]. Sic alie-
natio facta à matre, de lucro donatio-
nis ante nuptias, ea secundò nuben-
te, in suspenso est, nā ea superstitibus
liberis decedente, reuocatur: quòd si
filij prædecesserint, non utique[h]. Sic
seruus usufructuarius cui acquirat,
interdū in pendenti est, ut si rem eme
rit, & precio non soluto, per traditio-
nem acceperit, in pendenti est, cui do
minium eius rei acquiratur, quòd nu
meratio precij declarabit[i].
10. EMANCIPATVS filius, in patris
7 potestate esse desinit. Hinc est, † quòd
nepos ab auo sub conditione hæres
institutus, si filius eo uiuo decesserit,
& uiuo testatore filius emancipatus
sit, nepos hæreditatē adire poterit[k].
Et fideicommissum filio relictum, si
morte patris, sui iuris efficeretur: eo

x. §.si ab hostibus. Instit. quib. mo. ius pat. po. sol.
y. d. §. si ab hostibus.
z. l. pen. ff. de lib. & post. l. j. in prin. ff. de bon. poss. cont. tab.
a. d. l. j. amplius per Bar. l. j. §. fina. ff. si pars hæred. pet.
b. l. si ab hostibus. ff. soluto mat.
c. l. retro. & l. postliminiū. ff. de capt.
d. l. nulla. ff. de legib.
e. l. ab hostib. l. iij. C. de postlim. reuer. §. rursus uer. hostium. Inst. de act.
f. l. iure. in fi. ff. de testam. tut.
g. auth. ex causa. C. de libe. prete.
h. §. hoc autē. auth. de non eligen. secun. nub.
i. l. sed & si. §. j. ff. de usufr.
k. l. Gallus. §. et quid si tantùm. ff. de lib. & posth.
l. l. mulier. cū §. j. ff. ad Tre. l. si ita quis. di. leg. ced.
m. l. iij. C. de instit. & subst. l. si. de donat. quæ sub modo. l. filijs. de inof. test.
n. l. fideicō. §. si cui. de leg. iij.
o. l. qui hæredi. ff. de cond. & dem. l. statim. §. si. de iur. fisc.

emancipato, statim deberi non dubi
tamus[l]. Sic si sub conditione eman-
cipationis hæres quis institutus sit,
& pater decesserit, ius hæreditatis
consequitur[m]. Contrà fideicommis-
sum filiosa. relictum, si morte patris,
sui iuris effectus sit: conditio per emā
cipationem defecisse non dicitur[n].
Respon. licet conditio in forma spe-
cifica adimplenda sit[o]. Atque ita fi-
deicōmissum filiosa. si morte patris,
sui iuris efficiatur, relictum sit, per e-
mancipationem non debeatur[p]. Ta-
men liberorum fauore receptum est,
ut si mater, uel alius proximior libe-
ris post mortem patris reliquerit, eis-
dem emācipatis statim debeatur. Cæ-
8 terùm † olim emancipabātur filij per
fictam uenditionem[q]. Parentibus e-
nim filios uendere permissum erat[r],
quemadmodū dominis seruos suos[s].
Ideò autem ficta uenditio esse dice-
batur, quòd precium non intercede-
ret[t], quæ sublata est[u]. Aut cùm iniu-
rijs & colaphis à patris potestate exi-
mebātur[x]. Hodie uerò filius uolun-
tate patris, à iudice emancipatur[y].
9 Et † pro præmio emancipationis re-
tinet dimidiū usufructus bonorum
filij emancipati[z], cùm antè insoli-
dùm sibi acquireret[a]. Prætereà pater
habet bo. poss. contra tab. filij eman-
cipati si minus quarta parte bonorū
filij emancipati sibi relicta sit[b]. Vel si
emancipatus turpem personam insti
tuerit, pater integram hæreditatem
sibi acquirit[c], nisi pro emācipatione
aliquid acceperit[d], uel filius miles nō
sit[e]. Vel nimiùm ei seuerus fuerit[f]. Sic
10 † filij emancipati licet olim ius filio-
rum legitimorū amitterent[g]. Tamen
iure prætorio æqualiter cum filijs in
potestate existentibus succedunt[h].
11. ADOPTIVVS. Filius auo ma-
terno, uel alteri proximiori in ado-
ptionem datus, in patris potestate
esse desinit[i].
12. DEPORTATVS. Soluitur patria
potestas per patris[k] uel filij[l] depor-
tationē. Quod intelligitur, cùm prin
ceps factum cōprobauerit[m]. Et tunc
deportatus, mortuo æquiparatur[n].
11 Hinc † est, quòd si quis hæreditatem

p. d. §. si aut.
q. §. j. Inst. de test. l. liberos. §. j. de cap. dim. l. si. C. de emancip.
r. l. liberos. §. j. de cap. di.
s. l. si quis. C. de pat. qui filios suos distra.
t. l. imaginaria. ff. de reg. iur.
u. l. nuda. ff. de cont. emp.
x. auth. const. quæ de dig.
y. §. prætered. uersic. iubet. Inst. quib. mo. ius pa. po. sol.
z. l. cum oportet. §. cùm autem. C. de bo. quæ lib.
a. l. placet. ff. de acq. hæred.
b. l. j. ff. si quis à parent.
c. l. Pacontiu. ff. si à paren.
d. l. j. §. si parēs. eod.
e. §. est et aliud. d. l. j. & l. si in militia. in fi. cū l. seq. ff. de mil. test.
f. l. si. ff. si à paren. quis manu. fi.
g. §. illud. auth. const. quæ de dig.
h. l. j. de coniun. cū emā. lib.
i. §. si uerò pater. Inst. de adop. l. cum in adop. C. eo. §. sed etsi. quib. mod. ius pat. pot. sol.
k. l. iij. C. de inst. & subst. l. j. de cont. tab.
l. l. j. §. quoties. de cont. tab.

m. l. si quis filio. l. eius. ff. de iniust. rup.
n. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liberis & posthu. l. intercidit. in fi. de cond. & demonst.

restituere

restituere rogatus sit, si sine liberis decesserit, & post deportationem liberos susceperit, conditio nihilominus defecisse censetur [o], nisi antè cõceptus filius esset [p]. Et patre deportato, tutor filio datur [q]. Et publicatis bonis usufructuarij, extinguitur ususfructus, non autem ad fiscum donec reus uiuit, transit [r]: Multò magis si nominatim fiscus excludatur [s]. Et Titio legatum, uel mortis causa donatio facta, quandiu honestè uixerit, eandemq; post eiusdem Titij mortem alteri reliquerit: si Titius turpiter uiuere cœperit, statim non spectata morte Titij relictum debetur [t]. Nam qui huiusmodi donationem fecit, magis uoluit Titium quàm secundum legatarium, & magis secundũ, quàm hæredem habere [u]. Cont. quod relictum post mortem deportatione, uel conditione deficiente non debeatur, sed post mortẽ, naturalem dũtaxat. Nam cùm in uerbis nulla est dubitatio, nõ debet admitti uoluntatis quæstio [x].

12 Præterea † in legatis quãtùm ad executionem, tempus mortis naturalis inspicitur [y]. Tertiò, metimur ius ex persona actoris, nõ rei [z]. Vt in eo qui possidet [a], & in petitione hæreditatis [b]. Quartò ad positionem unius, sequitur alterius exclusio [c]. Quintò, casus omissus à testatore, habetur pro omisso [d]. Sextò, si decem ab aliquo stipulatus fuero, cùm morietur, per deportationem non debentur [e]. Respon. in ultimis uoluntatibus (nisi singulari iuris priuilegio) & in stipulationibus stricta interpretatio faciẽda est [f]. Hinc est quòd fideicommissum post mortem hæredis relictũ, eo deportato non debetur [g]. Ne fiat fisco iniuria, cùm enim ea sit fideicõmissorum natura, ut si substitutus ante diẽ fideicommissi decedat, hæredi fideicommissario rogato acquiratur [h], meritò si hæres cuius bona à fisco occupata sunt, interim deportatus sit, fiscus fideicommissum interim retinere poterit. Nam si fideicõmissari[a] uiuo deportato decedat, fideicommissum fisco ex persona deportati acquiritur. Sic annuum legatũ, morte legatarij, nõ capitis diminutione extinguitur [i]. Non tamen fisco, uiuente reo cõpetit [k]. Quia alimenta utpote iuris naturalis, per capitis diminutionẽ non auferũtur [l]. Reliqua uerò fisco acquiruntur [m]. Nisi legatum relictum sit, ut alteri seruiat, tunc deportatis bonis legatarij, serui puta, legati, libertatem obtinent [n]. Sed nec ea quæ post deportationem obueniũt, fisco acquiruntur [o].

13. HÆRETICVS, filios in potestate habere desinit [p].

14. MORTE parentis, hoc est, patris, uel aui paterni [q], patria potestas soluitur. Hinc est quod relictum in tempus emancipationis, per mortem naturalem patris uerificatur [r]. Quibus finibus omnes actiones terminantur, morte enim soluitur societas [s], matrimonium [t], tutela [u], suspecti cognitio [x], delegatio, uel arbitrium [y], usufructus [z], cum similibus.

Loci communes iuris
- Liberorum
  - De iure perf. Inst.
  - De stat. homi. ff.
  - De ijs qui sunt sui. ff.
  - De patria potest. C. & Instit.
  - 5 Patribus qui filios distrax. C.
  - 6 Alendis lib. à paren. C.
  - 7 Quib. mod. naturales filij efficiuntur legit. Auth.
  - Quib. mod. naturales efficiuntur sui. Auth.
  - De filijs ante dotalia instru. natis. Auth.
  - 10 Quib. mod. ius pat. pot. soluitur. Inst.
- Seruorum
  - 1 De iure perf. Inst. cum vj. tit. sequentib.
  - 2 De sta. hom. ff. cum tit. seq.
  - 3 De manumiss. lib. ff. xl. cum tit. seq. eiusdem lib.
  - 4 De operis libert. lib. vj. C. cum vj. tit. seq.

o. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb.
p. l. & seruorum. §. ingenuũ. ff. de ijs qui sunt sui.
q. l. fi. C. de sent. pass.
r. Bal. Salice. l. j. C. de bon. quæ lib. §. finitur. Inst. de usufr. l. j. §. an bona. ff. de iure fis.
s. l. sed si mors. §. j. de do. int. uir. l. codicillis. §. morte. de leg. ij.
t. l. ij. C. de his quæ sub modo.
u. l. j. C. de don. causa mor.
x. l. ille aut ille. ff. de leg. ij.
y. l. fi. ff. de don. cã mort. l. cũ pater. §. hereditatẽ. de leg. ij. l. ex ea parte. §. penul. de uerb. ob.
z. l. qui accusare. C. de eden.
a. l. fi. C. de rei uend.
b. l. j. §. j. ff. si pars hered. pet.
c. l. maritus. C. de procur.
d. l. commodissimè. ff. de lib. & posth.
e. l. ex ea. § insulam. ff. de uerb. ob.
f. l. quicquid. de uerb. ob.
g. l. statim. §. fi. ff. de iure fis. l. cum pater. §. hereditatem. de leg. ij.
h. l. quidam ita. ff. ad Treb.
i. l. legatum. ff. de capit. dim.
k. Alex. consi. 24.
l. l. iij. ff. de his quæ pro non scrip.
m. l. j. § usque. ff. quib. mod. subst. amit.
n. l. imperator. l. generaliter. §. si petitum. de fideic. lib.
o. l. si mandauero tibi. §. is cuius. ff. mãdati.
p. c. ij. cum glo. de heret.
q. §. j. cum. §. item. Insti. de pat. pot.
r. l. iij. C. de instit. & subst.
s. §. soluitur. Inst. de socie. l. actione. §. morte. ff. eod.
t. Paul. Ro. vj.
u. §. simili. j. quib. mo. tut. finit.
x. §. si quis autem. j. de suspec. tut.
y. c. pe. de offic. deleg.
z. §. finitur. Instit. de usufr.

IACOBI CONCENATII IVRISCONS. EPITOMES OECONOMICAE ARTIS IVRIS CIVILIS,

DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS CIVILIBVS,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

DE ORIGINE ET DIVISIONE OBLIGATIONVM.

1 *Obligationum origo, substantia, & effectus.*
2 *Contractus initio uoluntarij, deinde consensu partium efficiuntur necessarij.*
3 *Obligatio sine causa non contrahitur.*
4 *Titu. excusat à fructibus percipiendis.*
5 *Dominium sine causa non acquiritur.*
6 *Conuentio liberatoria uel renunciatio sine causæ expressione an ualeat.*
7 *Diuinus præstatio, causa non expressa, an inducat obligationem.*
8 *Sententia, causa non expressa an ualeat.*
9 *Prohibitio alienationis, causa non expressa, ualet.*
10 *Restitutio in integrum, an causa non expressa ualeat.*
11 *Obligationis causa, est. Titulus eiusdem.*
12 *Causa an generaliter, uel specialiter proponenda sit.*
13 *Obligatio ex ioco non contrahitur.*
14 *Obligatio in dando, uel faciendo consistit.*
15 *Obligatio, contractus est.*
16 *Obligationum summa.*

1 Obligationum † {
- 1 *Origo, ex partium conuentione.*
- 2 *Substantia,* {
  - 1 *Causa inferatur.*
  - 2 *Serio fiat.*
  - 3 *Ad dandum, uel faciendum.*
- 3 *Effectus, ut ab ea contracta, altero inuito recedere fas non sit.*

1. ORIGO.



2 ETSI naturali æquitati maximè consentaneum uideatur, ne quis ad aliquid dandum, uel faciendum cōpelli posit, obligationes enim utpote facti[a], sponte contrahi debent[b]. Tamen cùm ex causa[c], hoc est, ex facto[d], ius oriatur. Ius uerò quemlibet astringat[e]. Meritò contrahentium conuentio (quæ pro lege seruatur[f], & ex conuentione legem accipiunt[g]) mutuo consensu expressa, necessaria esse dicitur, cùm ab ea tandem recedere fas non sit[h]. Ex qua necessitate oritur obligatio, quæ tum facti esse desinit, & iuris uinculum esse incipit, eò sic appellata, quòd iuris autoritate contrahentes liget, OB, autem duo indicat, primò ligamen auget[i]. Vt doceat obstante contrahente, cōuentionis uinculum semel contractum solui non posse, res enim eodem iure dissolui debet, quo soluta fuit[k].

a l. consilio. in fi. ff. de curat. fur.
b. l. sicut. C. de act. & ob.
c. l. si ex plagijs §. in cliuo. ff. ad legem Aquil.
d. Bar. l. j nu. 4. C. de lit. contest.
e l ij. ff de legi.
f. l. j. §. si ff. de aq plu. arc.
g. l. lex. ff. de pig.
h. d. l. sicut.
i. argu. l. j ff. deposi.
k. l. nihil tam naturale ff. de reg iur.

2. SVBSTANTIA.

1. CAVSA inferatur. Substātia obligationis tria continet, primò legem
3 præscribit, † ut ob certā causam contrahatur, nam cùm nulla subest causa pręter cōuentionē, obligatio non cō trahitur, ut in confessione[l], quemadmodū in pacto[m], constituto[n], stipulatione[o], & alijs conuentionibus[p]. Puta, Promittis mihi decem? Tu respōdeas, Promitto: inutilis stipulatio est[q]. Idem in obligatione ex delicto, ut in actione iniuriarum, quam qui proponere instituit, iniuriæ nomen expri-

l. l. cùm de indebito. in fi. ff de prob.
m. l. iuris gent. § sed cū nulla. ff de pac.
n. l. hactenus. ff. de cōst. pec.
o. l ij. §. si quis. ff. de doli except.
p. l. j. §. si uerò. ff. de pollici.
q. d. §. si quis.

4 exprimere debet[r]. † Et causa, hoc est,
tit. excusat à fructibus percipiẽdis[s].
5 † Dominium quoque licet per traditionẽ acquiratur[t], tamen si nulla præcedente causa fiat, inutilis est, nuda enim traditio non trãsfert dominiũ[u]. Sed nec testi sufficit deponere, sui enim dicti rationem reddere tenetur. Vt si quem infamem esse asserat, causam quoq; infamiæ cum addere conuenit[x]. Deniq; hoc in uniuersum nobis proponendũ est, partiũ conuentionem, causa non expressa, inutilem
6 esse. † Limitat Bart.[y] in pacto liberatorio, quod tametsi causa non expressa, ualere probat. Mouetur Papi. respon.[z] Tale, inquit, pactum, profiteor te non teneri, locum inter hæredes quoq; litigãtes habebit. At uerò constabat, qua de re inter ipsos lis sub iudice esset, ad quam nimirùm pactum huiuscemodi referẽdum est, alioqui uerò inutile est, quod apertius Imp.[a] sic indicat. Creditori, inquit, tuo si partem pecuniæ exoluisti, de parte uerò non petenda, inter te & ipsum cõuenit, ob causas negotia que eius tuo patrocinio, fideq; defensa. Eccè quẽadmodùm liberatio, causę expressionem exigit. Quare aduersus Bar.[b] neq; liberationem, neq; (ut ipse quoque ait[c]) renunciationem causa non expressa defendemus, si saltem tacitè non insit, ad quid referatur. Minus quoq; uerba enunciatiua simpliciter, hoc est, sine causæ expresione prolata, dispositionem inducent, tametsi Bar.[d] eodem arg. in contrariã senten
7 tiã nos trahere conatus sit. † De diutina præstatione, maior dubitatio est, nam Vlp.[e] eas usuras soluendas esse respõdit, quæ longo tempore pręstitæ fuerint. Imper.[f] uerò hanc diutinã præstationem, nullam obligationem inducere ijs uerbis rescripsit, Creditor instrumentis suis probare debet, quæ intendit, nec enim si aliquando ex consensu præstitæ sint, obligationem constituunt. Quam sententiam utpote & æquiorem & recentiorem sequimur, ut diutina præstatio simul cum causa, tametsi causa non probetur[g], obligationem inducat, ad quam sententiam, Vlp. respons. per inter-
8 pretationem trahẽdum est. † Idem in sententia receptum esse, Imper.[h] ijs uerbis, *ipso uidelicet iudice, in sua sententia hoc ipsum manifestante*, subindicare uideatur[i]. Quod Vlp.[k] apertius sic ostendit, Ignominiæ causa missum, hoc ideò adiectum est, quoniã multa genera sunt missionum. Ex quo facilè colligere licet, semper causam in sententia adijciendam esse, cùm multa sint genera obligationũ, quibus obstringimur. Bart.[l] secundum cano.[m] hodie secus receptum esse existimat. Sed hoc non dicit canon ille, & si diceret, non sequeremur. Quid enim si cùm sub iudice de pluribus rebus, inter aliquos lites essent, iudex nulla causa expressa, alterũ absoluerit? Certè ridicula, & planè nulla sentẽtia est. Quare iudicis partes sunt, & causam exquirere, eam quæ proferre[n], qua de re cùm ad iudiciorum Epitomẽ peruenero, amplius DEO dante dicendum erit. Mei hoc loco instituti est, apertè indicare, omnes actus & conuentiones, citra causæ expresionem inutiles esse. Excipimus actus illos, qui ex unius duntaxat uoluntate pen
9 dẽt, ut est testatoris dispositio, † qui si alienationẽ, puta, prohibuerit, etiam nulla inserta causa ualet, ut uulgò re-
10 ceptũ[o] est. † In restitutione in integrũ, censet Bar.[p] causam minimè exprimẽdã esse, sed Vlp.[q] aliter respõdet, *Causa inquit cognita*, &c. Ergo causa ex qua quis in integrum se restitui postulat, proponenda est. Vt etiam Bart.[r] sibi
11 contrarius censet. † Causam intelligimus emptionis, puta, stipulationis, cum similibus titulis, qui causam ne-
12 cessariò committantur[s]. † Sed an sufficiat tit. generaliter proponere? Bat.[t] hanc quæstionem monet, ex quo nihil certi elicere possumus. Mihi igitur uidetur, non satis esse, generaliter proponere, puta, Ex emptione fundi: quin etiam species exprimẽda sit, puta, Ex emptione fundi Tusculani. Alioqui si cõtrahentes dissentirent circa speciem contractus, uel rei, obligatio non contraheretur[u], quod non satis Bar.[x] animaduertit, qui tamen tidem satis annuere uisus est, cùm nos admoneat, in protestatione non sufficere, litem motam esse, denunciasse: sed à quo, adijciendum esse[y]. Sic qui interdicto recuperandæ possessionis utitur, non solùm locum à quo expulsus est,

r. l. prætor. cũ § quod autẽ. ff. de iniur.
s. Bar. l. pud. §. nos. C. de fur.
t. l. traditionibus. C. de pac.
u. l. nunquam. ff. de acquir. rer. dom.
x. c. præsentiũ. de testib. lib. vj.
y. l. postquam. num. xi. C. de pact. l. j. nu. 6. C. de cond. ex leg.
z. l. tale. ff. de pact.
a. l. creditori. C. de pact.
b. d. l. creditori. num. 1. d. l. postquam. & d. l. tale. in prin. cum ij. opp.
c. d. l. postquã.
d. l. cùm testamentum nu. 3. C. de iur. et fac. ign.
e. l. cùm de in rem uers. ff. de usur.
f. l. creditor. C. de usur.
g. Bar. d. l. creditor. nu. 2.
h. l. properandũ. §. illo. C. de iud.
i. Nic. de Neapol. l. xi §. j. nu. 5. ff. de excus. tut. Bart. l. viij nu. 1. cũ seq. ff. de suspec. tut.
k. l. j. §. ignominiæ. Vbi Bar. in prin. cũ ij. add. & l. xiij. §. pœna. nu. 5. eum addit. non. & l. xx. ff. de ijs qui no. infa.
l. l. properandũ. §. illo. nu. 1. C. de iud.
m. c. sicut. extr. de re iud.
n. l. si defensor. §. illud. ff. de interrog. act.
o. Alex. & moder. l. fiduciã. §. diui. de leg. 3. Barb. cons. 47. et 64. uol. ij.
p. l. xvij. §. j. ff. de min.
q. l. in causæ. §. causa. ff. de minor.
r. l. si quis mihi bona. §. sed utrum nu. 1. ff. de acquir. hær.
s. l. iij §. ex pluribus. ff. de acquir. poss.
t. Bar. l. generaliter. nu. 2. C. de non nu. pecu.
u. l. nec emptio. l. si in emp. §. omniũ rerũ. ff. de cõtrah. empt. l. iij. §. j. ff. de acqui. poss.
x. l. per diuersas. nu. 9. C. mand.
y. Bar. l. j nu. 2. C. de peric. & commod.

ſus eſt, in libello exprimere[z], uerùm
etiam eiuſdem loci fines exprimere
debet[a].
2. SERIO fiat.) Altera hæc obliga-
13 tionum ſubſtantiæ lex eſt, † ut ſeriò
fiat, nam ſi per iocum, uel demonſtrã-
di intellectus cauſa tibi dixero, Spõ-
des? Tu reſpondeas, Spondeo, obli-
gatio non contrahitur[b].
3. AD DANDVM, uel faciendum.)
14 Obligationum † ſubſtantia non in eo
cõſiſtit, ut aliquod corpus noſtrum,
aut ſeruitutem noſtram faciamus[c]
(quod non ſatis Bal.[d] quem ſequitur
Paul.[e] animaduertit, nam traditioni-
bus & uſucapionibus duntaxat, re-
rum dominia acquirũtur) ſed ut aliũ
nobis obſtringat ad aliquid dãdum,
15 uel faciendum[f]. † Omnis autem obli
gatio, pro contractu habenda eſt, ut
ex quacunque cauſa aliquis oblige-
tur, & contrahi uideatur[g]. Cuius ef-
fectus eſt, ut alter alteri obligetur,
hinc contractus dicitur, ultro citro-
que obligatio. Vt ſi ex titulo uendi-
tionis, rem meam tibi trado, tu mu-
tuò ad preciũ rei obligatus es. Sic in
permutatione, donatione, pignore,
tranſactione, cum ſimilibus cõtracti
bus, ex qbus cùm de mutua cõtrahẽ-
tium uoluntate conſtat, naſcitur obli
gatio, ita tamen ut inter eos actum
non ſit, ut per ſcripturam contraha-
tur, tunc enim non antè uim aliquam
obtinent, quàm inſtrumenta in mun
dum recepta, ſubſcriptionibus'que
partium confirmata fuerint[h]. Atque
hinc non immeritò elicimus, obli-
gationes (quorum effectus, iuris eſt[i])
ex contractibus (qui initio facti
ſunt[k]) originem ſumere. Nam con-
tractus, eſt materia remota: obligatio
eſt, materia proxima, ex qua oritur a-
ctio[l]. Quæ nimirùm cauſam unam
proximam, & alteram remotam con-
tinet, nam perſonalis actionis cauſa
proxima eſt, obligatio. Cauſa remo-
ta contractus, eſt traditio, quando ex
primo cauſam remotam generaliter,
ut cùm dico, ad me pertinet iure do-
minij, uel dico te obligatum ad hoc.
Obligatio enim non naſcitur, niſi ha-
beat contractum præcedentem, ex
16 quo oriatur. † Naturalis enim dun-

z. l. libellorum. ff. de accuſ.
a. l. ſi teſtam. C. de inſtit. l. de pup. §. q non etiã. ff. de no. ui ope. nũcia.
b. l. iij. in fi. ff. de act. & ob.
c. l. ſi ager. ff. de rei uẽdic.
d. c. j de contro. inter uaſal.
e. In addit. ad Bar. l. ſi pro fundo. C. de tranſac.
f. l. obligationum ſubſtantis ff. de act. & ob. Bal. ratione addit. c. j. quid ſit inueſt.
g l. omnem. ff. de iud.
h. l. contractus. de fide inſt.
i. §. j. Inſti. de oblig.
k. l. conſilio. in fi ff. de cura. furio. cum l. ſicut. C. de actio & obl.
l. Bar. l. j. nu. 16. C. de act. & oblig.


taxat, uel ciuilis tantùm, uel neutra obligatio, actionem non producit, de quibus nobis tandem dicendum eſſet. Verùm cùm cuilibet acquirendi, & conſeruandi iuris gratia inſtitutæ ſint, prius nimirùm uidendum eſt, per quas obligationes huiuſcemodi nobis acquirantur.

CAPVT II.

OBLIGATIO PER QVOS NOBIS ACQVIRATVR.

1 *Obligatio per quos acquiratur.*
2 *Acquirimus nobis, per noſmetipſos.*
3 *Acquirimus nobis, per eos quos in poteſtate noſtra habemus.*
4 *In poteſtate noſtra qui eſſe dicantur.*
5 *Acquirere nobis ignorantibus, per eos quos in poteſtate noſtra habemus, quando poſſimus.*
6 *Acquirere nobis ſcientibus, per eos quos in poteſtate habemus, quatenus poßimus.*
7 *Peculij genera, &c.*
8 *Pater peculium profectitium filij inſolidum ſibi acquirit.*
9 *Pater peculij aduentitij uſumfructum quatenus ſibi acquirit.*
10 *Filiusfa. peculium Caſtrenſe, uel quaſi, ſibi acquirit. 11.*
12 *Acquirere per ſeruos, quatenus nobis poßimus.*
13 *Acquirere per liberos homines nobis non poſſumus.*
14 *Acquirimus nobis per liberos homines, quod ex operis ſuis, uel ex re noſtra nobis acquirunt.*
15 *Error impedit acquiſitionem, uel translationem dominij.*
16 *Dominium ignoranti per procuratorem acquiritur.*
17 *Dominium ex præcedenti mandato, ignorãti per procuratorem acquiritur.*
18 *Vſucapio niſi ſcienti non procedit.*
19 *Dominium, ex præcedenti iuſſu uel mandato uel ratihabitione ſequuta, uel per eum qui noſtro nomine ſe conſtituit poßidere, nobis acquiritur.*
20 *Acquirere per liberam perſonã, quæ bona fide nobis ſeruit, quæ poßimus, & quæ non.*
21 *Actiones perſonales, quando per alium nobis acquirantur.*
22 *Procurator, quando dominũ obliget, & quãdo ipſe procurator, & quando uterque.*
23 *Procuratores qui dicãtur, & de ipſorum poteſtate, cum nu. ſeq.*
24 *Procurator quæ exercere non poßit.*
25 *Acquirere per quas liberas perſonas nobis poßimus.*

Obliga-



2 .1. NOS IPSOS.† Per nosmetipsos, nobisipsis acquirimus[a]. Acquirimus autem nobis, nõ solùm possessionem[b], uerùm etiam obligationem[c], & dominium[d]. Et hoc est quod sibi uoluit Caius[e], cùm non solùm proprietatem, uerùm etiam possessionem, per eos quos in potestate habemus, nobis acquirere rescribat. Excipiũtur furiosi[f], pupillus uerò sine tutoris autoritate, incipere possidere potest, si eius ætatis sit, ut intellectũ habeat, maximè quòd possessio, facti, non iuris sit[g], res autem facti iure Ciuili infirmari non possunt[h].

.2. QVOS in potestate habemus[i].)
3 Per † quos obligatio ab ipsis contracta, nobis acquiritur[k]. De quib9 hoc in uniuersum statuit Modes.[l] ut quęcũque ciuiliter uel iure Prætorio acquirũt, per eos qui in potestate nostra sunt, acquiramus. Veluti per stipulationem, uel paciscendo[m]. Multò magis ea quæ iuris naturalis[n], uel gent.[o] sunt, per eas nobis acquiri poterunt[p]. Maximè quòd ea quæ iuris pousinitùm naturalis sunt, per quemlibet nobis acquiri possint[q].
4 † Retinemus autem in potestate nostra filios naturales & legitimos[r], siue adoptiuos[s], & ex ipsis nepotes[t] & quę ipsorũ sunt, uel acquirere possunt[u],
5 † tametsi nobis ignorãtibus, si de Ciuili & iusta causa agatur, ut si nobis stipulati fuerint[x]. Quod uerò ui, uel ex alio malęficio apprehẽderint, nobis ignorantibus non acquiritur[y]. In hancq; sententiam Paul. respõs.[z] trahendum est. Itẽ, inquit, acquirimus nobis possessionẽ per seruũ, aut filiũ, qui in nostra potestate est, & quidẽ earũ, rerũ quas peculiariter tenent (sed ciuiliter) etiam ignorantes. Sic etiam Vlp. respõs.[a] interpretabimur, Quicquid filius, inquit, peculiari nomine apprehenderit (ciuiliter intelligas, non naturaliter tantùm) id statim pater eius possidet, quãuis ignoret in sua potestate filium esse. Contrà uerò, si quem iusto ductus errore, filium meum, & in mea potestate esse existimauero, neque possessio, neque dominiũ, neque quicquã aliud mihi acquiritur[b], quemadmodùm cùm quis rem alterius, quasi rem suam propriam tra-
6 dit, dominium non transfert[c]. † Sed non semper nobis tametsi sciẽtibus, ex ciuili causa, per eos quos in potestate habemus, insolidùm acquiritur, nam quandoq; usus fructus tantùm, quandoque etiam proprietas, quandoque neutrum, quo nomine ista peculij genera introducta sunt,

7 Peculium †
1 Profectitium.
2 Aduentitium.
3 Castrense.
4 Vel quasi castrense.

8 .1. PROFECTITIVM. † Quod ex re patris, filio obuenit, peculium profectiuium dicitur. Vt si filius ex pecunia patris cõmercia cõtraxerit, quicquid hinc lucri obuenit, peculium profectitium est[d]. Sic & dos quæ à patre, filię obuenit, licet utriusque esse censeatur[e], tamen cùm profectitia sit, proprietatem soluto matrimonio pater sibi uendicat[f]. Ea enim est peculij profectitij natura, ut insolidùm patri acquiratur, quod Imper.[g] annuere uisus est, cùm dixerit, *Ex eius substantia.* Et[h], *Non ex paterna substantia.*

9 .2. ADVENTITIVM † peculium est, quod extra rem patris, ex liberalitate fortunæ, uel laboribus suis, filio obuenit, cuius usus fructus, patri acquiritur, proprietas uerò penes filiũ ma-

a. §. j. Insti. per quas person. cuiq; acqui.
b. l. j. §. adipiscendæ. §. itẽ acquirimus. ff. de acq. pos.
c. §. j. Inst. per quas person. obl. acq.
d. l. acquiritur. ff. de acq. rer. dom.
e. l. acquiritur. §. non solum. ff. de acq. pos.
f. d. §. adipiscimur.
g. d. §. adipiscimur.
h. §. si uir. d. l. j. de acq. poss.
i. §. j. Insti. per quas person. cuique.
k. §. j. Insti. per quas person. nob. ob.
l. l. ea quę. ff. de ac. rer. do.
m. l. si tibi decem. §. si. & ibi. Bar. ff. de pac.
n. d. l. ea quę.
o. l. ex hoc. ff. de iust. et iur.
p. §. j. Inst. per quas perso. nob. ob. acq.
q. d. l. ea. §. j.
r. §. j. inst. de pat. pot.
s. l. si pater fa. ff. de adopt.
t. § item. Inst. de pat. pot. §. illud. de adopt.
u. d. l. si paterfam.
x. §. si quis alij. Inst. de inuti. stip.
y. l. quod seruus ff. de acq. poss.
z. l. j. §. item. ff. de acq. poss.

a. l. iiij ff. de acq. poss.
b. l. per eum. ff. de acq. poss.
c. l. j. uersic. si rem. ff. de procur. Cas.
d. Bart. l. cùm oportet. nu. 3. C. de bo. quæ lib.
e. l. ij. §. quòd si. ff. so. mat.
f. l. j. §. extraneum. C. de rei ux. act. l. ij. §. quod si. ff. sol. mat.
g. l. cùm oportet. in princ. C. de bo. quæ lib.
h. l. cùm non solùm. in prin. eo.

net[i]. Vt quod nepos ab auo consequitur (qua tamen in re amplius deliberandum est[k].) Quod ex linea materna, uel dotis causa filius sibi acquirit[l]. Bar.[m] cõtrà, ait enim nihil eo nomine patri acquiri. Sed Vlp.[n] cuius autoritate nititur, hoc non dicit, quin potius dotem patri & filiæ acquiri probauerit[o]. Suum quoque Pap.[p] respons. nihil ad propositũ. Tamẽ pro ipso Bar. facere mihi uidetur quod ad Imp.[q] rescriptũ est. Sed cùm probat nullatenus patri acquiri, quicquid uel uxor marito non emancipato, uel maritus uxori in potestate positæ contulerit: in hanc sententiam, eius respons. trahendum est, ut intelligamus, nullatenus, quantùm ad proprietatẽ duntaxat, non quò ad usumfructum. Quandoque non nisi dimidium ususfructus peculij aduentitij sibi retinet, ut cùm filium emancipauerit[r]. Quandoque integrum usumfructum pater amittit, tametsi filium in potestate retineat, & hoc multis modis, ut sequens Tab. indicabit,

Pater non acquirit usumfructũ aduentitiorũ filij, si
1 Nominatim uetitum sit.
2 Succedat cum filio.
3 Furiosus.
4 Fraus delegatur.
5 Illicitè acquisitum.
6 Filium in potestate non habet.
7 Donatum à principe.
8 Silius Iudæus, religionem Christianam amplexus sit.
9 Animam propemodũ ageret.
10 Acquisitio reuocabilis esset.

Decem igitur modis amittit usumfructum filij, si nominatim uetitũ sit[s], uel filius succedat hæreditati fratris, unà cum patre[t]. Si pater furiosus sit, filius utpote paterfa. cùm hæreditatẽ adire possit[u]: eiusdẽ usumfructum pater furiosus sibi non acquirit[x]. Si pater filium hæreditatem restituere rogauerit, si in potestate esse desijsset, cum hoc fideicõmissum fraudulẽtum esse censeatur, filio tametsi sui iuris, sic hæreditas debetur, ut ex ea pater uiuo filio nullũ ius habeat[y]. Sic rei quam filius illicitè patre ignorante quæsiuit, neque dominium, neque usufructus patri acquiritur[z]. Sic apud eos, qui filios in potestate non habent, ut apud Gallos[a], & alios, apud quos, id moribus uel municipali lege receptũ est[b]. Sic in donatione à principe filiosa. facta[c]. Sic Iudæi Christianam religionem amplexi, Iudęis patribus ipsorũ ne quicquã acquirunt[d]. Idem ubi pater animã propemodum ageret, desinit enim peculij aduentitij filij usumfructũ sibi acquirere[e], quemadmodùm & ultimo uitæ spiritu desinimus posse hæreditatem adire[f], & nobis per confessionem nostram nocere, qua tamen in re amplius deliberandum est[g]. Postremò acquisitio reuocabilis usus fructus, patri
10 non acquiritur[h]. † Aliud constituitur peculium earum rerum, quas in castris filiusfamil. rem militarem exercens, acquirit, quod CASTRENSE appellatur[i]. Cuius neque proprietas, neque usufructus patri acquiri-
11 tur[k]. † Cui proximũ est illud, quod filiusfa. ex publica causa, in ciuitate acquirit, quod, QVASI CASTRENSE, nuncupatur. Vt quod filiusfa. presbyter[l], causarum forẽsium patronus, uel assessor (qui ita dicuntur legibus militare, sicuti milites armis, & magis sunt necessarij reip. quàm milites[m].) Suo nomine quęsierint, sibi ipsis uendicant, neque parẽtibus ipsorum acquirunt[n], neque idipsum cum fratribus conferendum est[o]. Idem quoque de tabellione dicendum est, qui quicquid in foro quæsierit, hoc iure quasi castrensis peculij sibi retinet[p], quod non facilè in procuratoribus & alijs negotiatoribus admittẽdum est. Cæterum qui hoc castrẽsis uel quasi priuilegium sibi uendicant, testari possunt, nec querelæ, ipsorum testamentum subiacet[q]. Hæc de filiusfa. satis.
12 † De seruis idem statuendum est, per quos nobis ignorantibus[r], ciuilem possessionem acquirimus[s], sicuti id quod ex peculio ad eos peruenit[t]. Quod utilitatis causa, iure singulari receptum est, ne cogerentur domini, per momenta, species & causas peculiorum inquirere[u]. Peculium autem dicitur, deducto eo quod domino debetur[x]. Cuius cõditionem meliorem, non deteriorẽ facere potest, sic enim Imper.[y] Seruus creditoris, meliorem causam domini facere potest, in deterius autẽ reformare nouo pacto non potest obligationem rectè constitutam, Vlp. contrà[z], qui dominum etiam

i. l. cũ oportet. in prin. uers. si quis itaq. C. de bo. quæ lib.
k. no. Bar. l. qui in aliena. §. interdũ. nu. 2. cũ add. ff. de acq. hær.
l. d. l. cũ oportet. uers. si tam maternarũ.
m. l. placet. nu. 2. ff. de acqui. hær.
n. l. ij. §. q̃ si. ff. sol. mat.
o. d. §. quòd si.
p. l. pomp. philadelphus. ff. fa. hercisc.
q. l. j. C. de bo. quæ lib.
r. §. hoc quoq. Inst. per quas perso. cuique acq. l. cũ oportet. §. cũ aũt. C. de bo. q̃ lib.
s. §. j. auth. ut lic. mat.
t. §. si uerò. authẽ. de hære. & fal.
u. l. cum hæres. ff. de acq. hæ.
x. Bar. d. l. cum hæres.
y. l. Imp. ff. ad Treb.
z. l. quod seruus. de acq. poss.
a. glo. §. ius aũt. Inst. de pa. po.
b. l. patre. ibi ius patriæ. ff. de ijs qui sunt sui.
c. l. cum multa. C. de bo. quæ lib.
d. xxviij. q. j. Iudæorum.
e. Bal. l. si. ff. de cond. inst. per l. si. C. de bon. quæ lib.
f. glo. l. fin. ff. quãdo dies leg. ced.
g. Bart in l. si quis in graui. § p. cum add. ff. ad Sylan.
h. Bal. d. l. si. & cond. inst. Comens. cons. 88 Alex. in l. poss. § si quo que de acq. poss.
i. l. si castrense. ff. de cast. pe.
k. l. cum oportet. uers. si excepto. C. de bo. quæ lib. §. hoc quoque. inst. per quas pers. cuique acq.
l. § presbyteros auth. de sanc. episc. & presbyteros. C. de epis. & cler.
m. l. aduocati. de aduoc. di. iud.
n. l. fori. l. cum aduocatio C. de aduoc. & indicto.
o. Bar. l. ubi. mus. nu. 3. de silentiar. lib. xij. C.
p. Bal. d. l. fori.
q. l. si C. de in offi. testa.
r. l. j. § item. ff. de acq. poss.
s. § item nobis. Inst. per quas pers. cuique.
l. nam. § j. ff. si cer. pe.
t. l. quod seruus ff. de acquir. poss.
u. l. peregre §. quæsitũ ff. de acq. poss.
x. l. j. ff. de trib. act.
y. l. iij. C. de pac.
z. l. etiam ff. de acq. rer. do.

num etiam inuitum,per seruum obli-
» gari,sic respondet,Etiã inuitis nobis,
» per seruos nostros acquiritur, penę
» ex omnibus causis.Quod procedere
existimo , si quando dominus læsus
diu tacuerit,nam longi temporis taci
nitas,sibi nocet[a],sed nec per ipsos
semper nobis acquirimus,nam si ser-
uus pactus sit,ne à se petatur,domi-
no non proderit,cui tamẽ exceptio-
nem competere satius est[b].

3 LIBEROS homines,qui bona fide
13 nobis seruiunt.† In confesso est,per
liberos homines,quos neque nostro
iuri subiectos habemus,neque bona
fide nobis seruiũt,nulla ex causa ac-
quiri nobis posse[c],ueluti per stipula-
tionem,alteri enim nemo stipulari po
14 test[d].† Per illos uerò homines,qui bo
na fide nobis seruiunt,nobis acquire
re possumus[e].Per quos tamen faci-
lius nostrum uetus ius retinemus ac
conseruamus,quàm nouum acquiri-
» mus[f].Quod Paul.[g] sic docet,Per pro
» curatorem non semper acquirimus
» actiones,sed retinemus, ueluti si reũ
» conueniat intra legitimum tempus,
» uel si ꝓhibeat opus nouũ fieri.Hinc
est quòd ex stipulatione mei procu-
ratoris,uel ex sentẽtia pro eo lata,mi-
hi utilis actio cõpetit , adeò ut idem
procurator ex eadẽ stipulatione tan-
dem me inuito agere nõ possit[h],tam
etsi dominus inuito procuratore age
re possit,maximè quãdo ex re domi-
ni, procurator stipulatur[i]. Certissi-
ma enim est Iuris regula,per liberos
homines , qui bona fide nobis ser-
uiũt,ex duabus tantùm causis,id est,
si quid ex operis suis,uel ex re nostra
acquirant,nobis acquiri posse[k].Hinc
est,quòd si liber homo,qui bona fide
mihi seruiebat,propter me hæres in-
stitutus sit,hæreditatem iussu meo a-
dire poterit:ut intelligatur non ope-
ra sua mihi acquirere,sed ex re mea
stipulando,& per traditionem acci-
piendo,ex re mea mihi acquiri[l]. Per
ipsum igitur ciuilem possessionem[m],
& per hanc dominium nobis acqui-
ritur,sic enim Vlp.[n] in procuratore re
» spondet,Si ego & Titius rem emeri-
» mus,eaque Titio quasi meo procu-
» ratori tradita sit:puto mihi quoque
» quæsitum dominiũ:quia placet per
» liberam personam,omniũ rerum pos
» sessionẽ quæri posse,& per hanc do-
» minium[o].Paul.[p] uerò contra annue-
» re uisus est,Si ego,inquit, hac mente
» pecuniam procuratori dem,ut ea ip-
» sa creditoris fieret,proprietas quidẽ
per procuratorẽ non acquiritur.Po-
test tamen creditor,etiam inuito me
ratum habendo,pecuniam suam fa-
cere.Igitur secundum Paul. non an-
tè mihi dominium per procurato-
rem acquiritur, quàm ratum habue-
rim. Bar.[q] cum Accurs. circa hanc
antinomiam uehementer anxius est,
neque sese extricare queunt , mihi
tamen ex præcedentibus iactis fun-
damentis sic dissoluenda uidetur,ut
rei nostræ dominium per procurato-
rem nobis acquiratur. Sic enim Vlp.
respons.[r] interpretandum est. At ue-
rò (dicet quis) res quæ semel nostra
est, amplius per procuratorẽ nostra
fieri non potest. Sed intellige,ius ad
rem ex cõtractu,puta,emptionis,per
emptorem acquisitum esse:nondum
tamen erat dominus,ob rem non tra
ditam.Quare si procuratori meo tra-
dita fuerit , statim per ipsum mi-
hi nanciscor dominium.Quia ex re
mea per procuratorem mihi acquire
15 re possum,ut antè diximus.† Ita tamẽ
ut non erret is qui tradidit , nam ut
» Paul.[s] ait,Si procurator meus,uel tu-
» tor pupilli,rem suam,quasi meam,uel
» pupilli alij tradiderit , non recessit
» ab eis dominium,& nulla est aliena-
» tio,quia nemo errans,rem suam amit
» tit. Sic si in possessionem fundi, puta
Corneliani,me immitti putarem , in
possessionẽ fundi Tusculani me im-
miseris,error iste in corpore dominij
acquisitionẽ impedit[t].Quia iuris er-
ror,ne fœminis quidem in compen-
dijs prodest[u].Supina enim facti,uel
iuris ignorãtia,cùm æquiparentur[x],
in acquirendis nemini prosunt.Quo
fit ut etiam hæreditatis aditio erro-
nea,omnino uitietur[y].Sic,si iusto er-
rore ductus,quem procuratorẽ, uel
filiũ meũ,& in mea potestate esse exi-
stimẽ,neque possessio, neque domi-
nium,neque quicquam aliud,per ip-
sum mihi acquiritur[z],tametsi existen
tiam sui hæredis,ignorantia non im-
pediat[a].Sic si quis rem alterius,quasi
rem suam propriam tradat, dominiũ
non trãsfert[b],quamuis si in nomine

a. l. fi. §. fin au tem. C. de acqui. poss.
b. l. & heredi. §. 1. ff. de pac.
c. §. ex ijs. Inst. per quas pso. cuiq. acquir.
d. §. alteri. Inst. de inut. stip.
e. §. 1. Inst. per quas pers.
f. l. si quis seru. ff. de sol. Bar. d. l. falsus.
g. l. per procu. ff. de procur.
h. l. si procurator. ff. de procura.
i. l. quod procurator. & ibi no. Bar. ff. de procur.
k. §. item per liberos. Insti. per quas pso. nob. ob. acq. l. liber homo. l. qui bona. ff. de acq. re. do.
l. l. aditio. ff. de acq. hær.
m. l. 1. §. per procur. ff de acq. poss.
n. l. traditio. §. fin. ff. de acq. rer. domi.
o. l. qui mihi. in fi. ff. de donat.
p. l. si ego hac mente. ff. de neg. gest.
q. d. l. si ego.
r. d. § fi. l. traditio.
s. l. si procurator. ff. de acqui. rer. dom. adde Bar. l. 1. nu. 3. uer pro quorũ. ff. de off. proc. Cæs.
t. l. si me in uacuam. ff. de acqui. poss.
u. l. error. ff. de iur. & fac. ig.
x. Bar. l. qui in aliena. §. si is qui. ff. de acquir. hære.
y. Bar. l. is potest. cũ nu. 28. eum præced. & seq. l. qui hered. l. qui putat. l. is q. ubi eum no. ff. de acq. hæ.
z. l. per eum. ff. de acq poss.
a. l. illud. si pars hered. peta. l. si quis mihi. §. sed quid. ubi Bar. et in l. eum quidã. §. suum herede. ff. de acq. hered.
b. l. 1 uer. si rẽ. ff. de off. pro. Cæsar.

tantùm erratum esset, non item [c].

16 †Videamus tamen, ne per procuratorem, dominium etiam ignoranti acquiratur [d]. Imp. [e] enim per liberã personam ignoranti quoque acquiri possessionem rescripsit. Vt si rem illius, cuius negotia gerebat, esse existimãs, cùm sua esset, in alium transtulerit, dominiũ transfert [f]. Cui sententiæ Paul. [g] quoque adstipulari uisus est. Quæ sententia defendi posse uidetur, quando procurator rem suam ignoranter, pro re alterius tradidit, nihilominus enim eiusdem rei dominium transfert: quòd si rem alterius tanquam suam tradat, non item, ut ex Vlp. respons. [h] colligimus. Curator furiosi, inquit, rem quidem suam quasi furiosi tradere, & dominium trãsferre poterit. Rem uerò furiosi, si quasi suã tradat, dicendum est, ut non transferat dominium, quasi non furiosi negotium gerẽs, tradidit. Sic hæres qui cùm se necessariũ putaret, cùm sit uoluntarius, hæreditatem adiuerit, eam repudiare non potest, secundũ Vlp. [i] cuius axioma à Bart. corruptum animaduertimus. Sic qui adita hæreditate non ualere testamentum, uel falsum esse putat, repudiare non potest, secũdum eundem Vlp. [k] tametsi ab eodem Bar. & Alex. eius quoque responsum subuersum sit. Sic si quis in propria ætate erret, cùm hæreditatem adiret, nõ impedit aditionem [l]. Vel conditionem sub qua institutus est, ignorauerit, hæredi non nocet, quò minus hæreditatem adire possit [m]. Ita tamen ut conditionem sub qua hæres institutus est, non ignoret [n]. Quæ tamen si eo inscio extiterit, hæreditatis aditionem non uitiat, quemadmodùm si ignoret, an cohæredis, cui substitutus est, repudiatione, portio ei delata sit [o], uel eius hæreditatem repudiauerit, de cuius morte dubitabatur, non enim sibi nocet [p], quemadmodùm & qui adijt ex posteriore testamento inualido per iuris errorem [q], quæ non satis animaduertit Bar. [r] tametsi ante aditam hæreditatem, si de uiribus testamenti dubitetur, hæreditas adiri non possit [s]. His tamen obstat Bart. [t] Nam, ut ait, si tibi mandauero, ut aliquid à Titio recipias, & Titius mandatum ignorans, tibi soluerit, non mihi, sed tibi acquiritur. Quod licet hoc subtile notandum esse admoneat, tamen contra suam subtilitatem expressè facit Vlp. respons. [u] Notantur simili uitio plerique leguleì, in tacitos uirili & elato animo prædìti, qui uel iura profitẽtes, cum suis subtilitatibus auditores in fraudem passim ducũt, uel causa cadant, in foro agentes, ut tandem causarũ desperatarũ patroni nomen, ex accidenti capiant. Ex se meipso quoque eundem ipsum conuinciemus. Nam si per falsum procuratorem nobis acquiramus, quemadmodùm & ipse ait [x] (tametsi contrarium uerius mihi uideatur [y].) Itemq́ si debitor falso procuratori soluendo liberetur, & dominium eiusdem pecuniæ domino acquiratur [z]. Idem quoque dicendum erit, si uero procuratori solutum sit, tametsi is qui soluerit, eum procuratorem esse ignoret. Sed ut Barr. [a] nobis letale uulnus incutit, sic pharmacum quoque præstantissimum exhibet [b]. Nam admirabilem peneq́ue diuinam, ad hæc iuris antra lucem adfert, ut nos miseris uinculis liberet, quam ut facilè cuique intuenti colligere liceat, in tabulam sequentem redegimus.

c. d. l. si me.
d. §. sed si. d. l. si me.
e. l. j. C. de acq. poß.
f. l. seruũ. uersi. cum ignoraret. uersi. & puto. ff. mãd.
g. l. possessio. ij. §. fin. ff. de acq. poss.
h. l. Iul. §. curator. ff. de cur. furio.
i. l. Is qui putat. ff. de acq. hæ.
k. l. nec is. eod. Bart. l. xlvj. nu. 2. eo.
l. l. xcv. ff. de acq. hær.
m. l. si quis extraneus. §. si quis partem. ff. eo. ubi Bar. not.
n. l. heres. ff. de acq. hær.
o. d. §. si quis.
p. Bald. l. j. C. de pac. & ibi Bar.
q. l. Cornelius. ff. de acq. he.
r. d. l. hæres. ubi ad ipsum annot.
s. l. eum qui l. uentre. ff. de acq. hær.
t. Bar. l. si sponsus. §. si maritus. nu. 4. ff. de don. inter uir. & uxo.
u. l. si me. §. sed si. ff. de acq. poß.
x. Bar. l. falsus. num. 9. C. de fur.
y. l. per eum. ff. de acq. poß.
z. l. si quis seruo. ff. de solu. Bart. d. l. falsus.
a. d. §. si maritus.
b. Bar. l. j. ff. de off. proc. Cæsar.

Vtrum

Vtrum error impediat dominij translationem? Respond. Error versatur circa quinque, uidelicet, Aut circa

- 1 *Substantiam personæ, & dominium non transfertur.*
- 2 Causam traditionis dominij, Aut ambo contrahentium, in eadem causa
  - *Consenserunt, dum tamen errent, & non impeditur dominij translatio, sed condicitur.*
  - Non conueniunt, Aut
    - *Vtraque est habilis ad dominiū transferendum, aut*
      - *Apparet quòd tradens ex una causa tantùm, uolebat transferre dominium, & non ex alia, & impeditur dominij translatio.*
      - *Non apparet, quòd noluerit tātùm ex una causa tradere, tunc talis error in causa traditionis, non impedit dominij translationem.*
    - *Altera tantùm est habilis, ad dominium trāsferendum, & non transfertur dominium.*
- 3 Qualitatem, ut si putem
  - 1 Liberum, cùm sit seruus.
  - 2 Patremfamiliâs cùm sit filiusfam.
  - 3 Diuitem, cùm sit pauper.
  - 4 Sanæ mentis, cùm sit furiosus.
    - (1–4) Et dominium non transfertur.
  - 5 Te Procuratorem T. cùm non esses, Aut
    - 1 *Habuisti mandatum, sed fuit reuocatum, & furtum non committitur.*
    - 2 *Nunquàm habuisti, & furtum committitur.*
- 4 Rem, Aut in
  - 1 Corpore, ut si cùm uellem dare equum, hominem dedero, dominium non transfertur.
  - 2 *Substantia. Vt uolens dare massam argenteam, ipsa sit æris, & dominium non transfertur, nec contractus ualet, tametsi stipulatio ualeat.*
  - 3 Nomine rei,
    - 1 Proprio, & transfertur, si de corpore constet.
    - 2 Appellatiuo. Et dominium non transfertur, nisi illa nomina maximè conueniant. l. si quis in fundi uocabulo. de leg. j.
  - 4 *Mensura rei, & impeditur dominij translatio, in eo in quo erratum est.*
- 5 Dominij, Aut errans tradit, ut
  - 1 Suam, Aut
    - 1 *Scit suam esse, sed tradit tanquam alienam, & dominium non transfertur.*
    - 2 *Scit suam esse, sed erratur in causa dominij: ut credo me dominum ex una causa, & sum ex alia, & tunc impeditur translatio dominij.*
    - 3 Ignorat suam esse, aut
      - 1 *Tradit eam utpote si eius esset, cui tradidit, & impeditur dominij translatio, Nisi autoritate rei iudicatæ traderetur.*
      - 2 Tradit rem tanquam eius, cui tradit, aut
        - 1 *Tanquam alterius, à quo causam habet. Et* NON, *(sic enim restituendus est hic corruptus locus Bar.) impedit translationem dominij.*
        - 2 *Tanquam alterius, à quo causam non habet, & impedit translationem dominij.*
  - 2 Alienam. Aut tradit ut
    - 1 *Suam, & dominium non transfert. Nec à domino rei, hæc translatio rata haberi potest, Nisi in subsidium, perempta re, uel præscripta.*
    - 2 *Tanquam domini. Aut*
      - 1 *Non habet mandatum, & dominium non transfertur.*
      - 2 *Mandatum*
        - 1 *Speciale,*
        - 2 *Generale, cum libera.*
        - 3 *In rem suam procurator.*
          - (1–3) *Dominium transfertur.*

Ex ijs facilè colligere licet, quando
per alterum, nobis tametsi ignoranti-
17 bus acquiratur.† Multò magis si idē
procurator, mandato, uel iussu meo,
rem emerit, dominium & proprieta-
tem mihi soli acquirit[c]. Maximè si
meo nomine illi tradita sit[d]. Intelligo
mihi tametsi ignoranti rem sibi tradi
tam, dominiū acquisitum esse[e]. Non
enim sibi acquirerē uidetur is, qui
præcedente alterius mandato, uel ius
su, aliquid acquisiuerit[f]. Quo nomi-
ne dominus qui mandauit, habet a-
ctionem mandati contra facientem,
& faciens contra eum, non contra il-
lum cum quo contrahitur, nisi hoc
sciuerit[g]. Sic quoque si de contraria
facientis uoluntate apertè cōstiterit,
tunc sibi, nō domino mandāti acqui-
ritur[h]. Vt si sciat iussum tacitè uel ex-
pressè, reuocatum esse, tunc enim sibi
acquirere uidebitur[i]. Cęterùm quod
diximus, dominium etiam ignoranti
acquiri posse, nequaquam ad usuca-
18 pionem trahendum est.† Nam usuca
piendi cōdictio, non nisi scienti ac-
quiritur, secundum Paul.[k] Pomp.[l] &
Imper.[m] Paul.[n] tamē sibi & alijs ob-
stare uidetur. Cùm me absente, in-
quit, negotia mea gereres, imprudēs
rem meam emisti, & ignorans usuce-
pisti, mihi negociorum gestorum iu-
dicio ut restituas, obligatus non es.
Sed intelligit ipse Paul. emptorem
ignorare rem alienam esse, quod in
usucapione desideramus, nempe bo
nam fidem, quæ ex ignorantia rei a-
lienæ præsumitur. Non uerò intelli-
git Paul. emptorem ignorare, rem à
se, uel à procuratore suo emptam, aut
alio titulo sibi acquisitam esse: nam si
hoc ignoraret, usucapiendi condi-
ctionem impediret, ut antè diximus.
Atque ita Imp. respons.[o] interpretan
dum est. Placet, inquit, nō solùm scie-
tibus, sed & ignorantibus uobis, ac-
quiri possessionem, etiam dominiū,
si dominus fuerit qui tradidit[p]. Vel
usucapionē, aut longi temporis præ-
scriptionem, si dominus nō sit. Ita ta-
mē, intellige, si sciuerit dominus rem
procuratori traditam esse. In hancq;
sentētiam Caij respons.[q] trahendum
esse censeo. Cuiuscunque, inquit, rei
possessionem adepti fuerint (de ijs
quos in potestate habemus, loqui-

c. l. qui in alie na. §. si is q. ff. de acquir. here.
d. l. si procuratori. j. ff. de acq. rer. dom. l. per procuratorē. C. de acq. poss. l. si qui. §. si ab ignoto. ff. de manu.
e. d. l. si procuratori.
f. l. qui seruum. ff. de interroga. act. l. si pupilli. §. j. in glo. mag. ff. de nego. gest. l. si ita quis. §. Seia. de uerb. obli. l. res ex mandato. de acq. rer. do.
g. l. sed Iul. § j. ff mand.
h. d. § si is qui.
i. d. §. si is. ij. re spons.
k. l. si possessio. ij. § etsi. ff de acq. possess. l. nunquam. ij. ff. de usuc.
l. l. si fur. §. j. ff. de usuc.
m. l. j. C. de acq. poss.
n. l. at qui. §. cum me. ff. de neg. gest.
o. §. ex ijs. Inst. per quas pf. nob. acq.
p. l. traditio. ff. de acq. re. do.
q. l. acquiritur. §. non solum. de acq. re. do.

tur, quod etiam ad liberas personas,
quæ bona fide nobis seruiūt, referri
potest) id nos possidere uidemur (tam
etsi ignorantes) Vnde etiam per eo-
rum longam possessionē, dominium
nobis acquiritur (si sciuerimus) Tam
etsi non incommodè dici posse ui-
deatur, nobis etiam ignorantibus,
usucapiendi condictionem ex per-
sona filij, acquiri posse. Nam si illius
usuceperit, ex persona ipsius, mihi
19 ignorāti dominium acquiritur.† Cæ-
terùm si mihi ignoranti, possessio &
dominium rei, procuratori meo tra-
ditæ, acquiratur, multò magis si ius-
sus præcesserit, uel ratihabitio sequa
tur[r]. Vt si emptor uenditorem pro-
curatori rem tradere, uel apud ipsum
deponere iusserit, ipsi emptori tradi-
ta censetur[s]. Idem si uenditor empto
rem alteri precium tradere iusserit[t].
Sic & per eum qui cōstituit se nostro
nomine possidere, possessio nobis
acquiritur, & per eundē in nos trans
fertur dominium[u]. Extat in hanc sen
tentiam præclarissimum Celsi[x] re-
spōs. Quod meo, inquit, nomine pos
sideo, possum & alieno nomine pos-
sidere. Nec enim muto mihi causam
possessionis, sed desino possidere, &
aliū possessorē ministerio meo facio,
nam is possidet, cuius nomine possi-
detur[y]. Obserues igitur diligenter, cū
tibi dominiū rei alicui⁹ acquirere uis,
ut is q prius possidebat, in contractu
asserat, se tuo nomine possidere, sic
enim protinus nācisci possessionem
uideris[z]. Sic si pcurator, mandāte do
mino rem emerit, eiq; domini nomi-
ne tradita sit, protinus illi acquirit pos
sessionē[a]. Calistr. cōtrà[b], Res, inquit,
ex mandato meo empta, non prius
mea fiet, quàm si ille tradiderit mihi,
qui emerit. Respōd. non omnia per
quamlibet liberam personam nobis
20 acquiruntur.† Puta, adoptionis con-
tractus, & solennitates eiusdem, per
alium peragi non possunt[c]. Sic pos-
sessio, utpote facti[d], per liberam per-
sonam statim domino acquiritur[e].
Dominium uerò quod iuris est, non
potest nisi re tradita nobis acquiri[f].
Et hoc ipsum uelle uisus est Imper.[g]
Excepta, inquit, possessionis causa,
per liberam personam, quæ alte-
rius iuri subdita non est, nihil acqui-
ri posse,

r. glo. l. si quis negotia. ff. de neg. gest.
s. l. j. §. si iusserim. l. quod uendito. § si uenditor. ff de acquir. poss.
t. d. §. si iusserim. & l. ij. ff de sol.
u. l. quæ tam. ff. de rei uendic.
x. l. quod meo. ff. de acq. pos.
y. l. interdū. eo.
z. Bar. l. si ager. num. 2. ff. de rei uendic.
a. l. j. §. si procuratorem. l. si procurator. & l. si cōmunis. §. j. ff. de acq. poss.
b. l. res ff. de acq. rer. do.
c. l. post. mfi. ff. de adop.
d. l. j. §. si uir. ff. de acq. pos.
e. l. cōmunis. §. j. ff. de acq. poss.
f. l. res.
g. l. j. C. per quas pers.

ri posse, indubitati iuris est. Hoc est, ut ego interpretor, possessio per quemlibet nobis acquiri potest, dominium uerò non, nisi re nobis tradita. Et Paul.[h] Si ego hac mente pecuniā procuratori dem, ut ea ipsa creditoris fieret, proprietas quidem per procuratorem non acquiritur. Addas rationem, quòd proprietas sine traditione à procuratore non acquiratur[i]. Sic Iul.[k] Sicut, inquit, seruus communis stipulādo nominatim alteri ex dominis, ita per traditionem accipiēdo, soli ei acquirit (possessionem, non dominiū, ante rem sibi traditam.) Sic paulò pòst, Fructuarius seruus, si dixerit se domino proprietatis per traditionem accipere ex re fructuarij, id totum (quòd ad possessionem, non uerò dominium, ante rem traditam) domino acquirit. Sic Vlp.[l] Si procuratori meo hoc animo rem tradiderit, ut mihi acquirat, ille quasi sibi acquisiturus acceperit, nihil agit in sua persona, sed mihi acquiritur. (Possessio, non dominium.) Si tamen proprietas à possessione separari non possit, dominium quoque per procuratorē acquiri potest[m]. Hæc de

21 possessione & dominio satis. † De obligationibus uerò quæ ex cōtractibus proficiscuntur, de quibus hoc secūdo libro agimus, hoc in uniuersum nobis statuēdū est, eas nisi specialiter domini mandatū præcesserit[n], ei'que cessa actio fuerit[o], domino per procuratorē non acquiri. Maximè si de pacto obligatorio ageretur, non enim nisi facta cessione, domino per procuratorē actio acquiritur. In pactis uerò liberatorijs nō est opus cessione[p]. In iudicijs præterea procurator omnium eorū quæ gessit, acquirit actionem utilem domino sine cessione[q]. Sed iam de ijs quæ nobis per procu-

22 ratorem acquiruntur, satis. † Superest uidendum, an per ipsos alteri obligemur. Et uulgò receptum est, nos per ipsos minimè obligari, ut si iudicatū solui satisdederint[r]. Iul.[s] contrà, probat enim dominum, non procuratorem obligatum esse. Si procuratori, inquit, tuo, mutuam pecuniam dedero, tui contemplatione, ut creditorem tuum, uel pignus tuum liberet, aduersus te negotiorum gestorū actionem

h. l. si ego. ff. de nego. gest.
i. l. res. ff. de acqui. rer. do.
k. l. per seruū. §. sicut. ff. de acq. rer. do.
l. l. qui mihi. in fi. ff. de donat.
m. l. per procuratorē. ff. de acq. poss.
n. l. Iul. §. si procur. ff. de act. emp.
o. l. possessio. ij §. fin. ff. de acq. poss.
p. Bar. l. rescriptum. §. plerunq. nu. 2. ff. de pact.
q. l. ut causæ. in fi. ff. de procur. l. in omnibus. de præ tor. stip. l. nj. §. ex conuentione. glo. fi. ff. de iud.
r. l. & si procur. §. fi. ff. de procur.
s. l. si pupilli. §. j. ff. de neg. gest.

habeo, aduersus eum cum quo contraxi, nullam. Admonendi sumus, tres ad quæstionem propositā iure Ciuili pugnātes sententias esse, prima quam proximè retulimus, quòd solus procurator, non dominus teneatur. Cuius hæc ratio est, quòd sententia lata, finitū sit mādatum ad agendum (nisi procurator generalis esset.[t]) Tum etiam quòd procurator, ad quod dominus nō tenebatur, se obligauerit[u]. Hæ sunt causæ, quamobrem aduersus dominum, ex satisdatione procuratoris, iudicatum solui actio non detur. Hanc priorem sententiam, etiam eo casu receptam esse existimo, dum procuratori simpliciter pecunia creditur, ut eo nomine dominus nō conueniatur, sic enim Imper.[x] rescripsit, Sancimus, ut qui seruo colono, conductori, procuratori, actori'ue possessionis, pecuniam mutuam dat, sciat dominos possessionum, cultores'ue terrarum obligari non posse. Idem in curatore minorum, cui si suo non minoris nomine pecunia credita est, aduersus minores nulla actio competit[y]. Sic si domus proditoris, lenonis uel alterius malefici demolienda sit, illa'que fuerit domini procuratoris rei, domus non demolietur[z]. Altera & opposita sententia est, quòd dominus tantùm, & non procurator conueniendus sit, hæc primò procēdit, quando iussu domini, procuratori solutum est. Nam, si patris iussu, mutuam pecuniam filiusfa. accepit, seq; eius hæreditate abstinet, à creditoribus conueniri non possit[a]: eadem in procuratore, cui iussu uel mandato domini solutum est, obseruabimus[b]. Idem & in eo receptū est, qui aliquē negotio præfecerit, cuius nomine æs alienum specialiter cōtractum sit, in dominum enim actio competit[c]. Sic cùm pro debitore, etiā eo inuito constituere[d], etiam per nuncium[e], permissum sit non in procuratorem, sed in dominum actio datur[f]. Tertia & utrique opposita sententia est, quòd aduersus utrunque actio comperat, Imper.[g] sic rescripsit, Si literas eius sequutus, qui pecuniæ actor fuerat, ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti: tam condictio aduersus eum, qui à te mutuam sumpsit pecuniam,

t. Bar. d. l. si procurator. nu. 2. & l. hoc iure ff. de sol.
u. §. sed hodie. Inst. de satisd.
x. l. fi. C. quod cum eo.
y. l. si creditor. C. si tutor, ul' curat.
z. Bar. l. j. de defenso. nu. 2. lib. xij. C.
a. l. si ex contrac. C. quod cum eo.
b. l. fi. ff. quod iussu. l. liberto. ff. de neg. gest.
c. l. fi. ff. quod cum eo.
d. l. utrum. ff. de const. pe.
e. l. qui autem. in fi. eo.
f. d. §. j. l. si pupu.
g. d. l. si libertas. C. mand.

" quàm aduersus eum cuius manda" tum sequutus es, mandati actio tibi " competit. Quod non tantùm in mandato, uerùm etiam in institoria actione receptum est[b]. Hanc posteriorem sententiam, cum duabus prioribus sic cõfero, ut primò cum autore contractus, hoc est, qui causam contractus dedit, experiendũ sit, in subsidiũ aduersus alterũ. Puta, secundùm primam sententiam, in dominum actio non datur, sed in procuratorem tantùm. Intelligo principaliter, in subsidium uerò & ex causa, aduersus dominum. Vt si procurator utiliter gessisset, tamen si negotiũ effectum non sortiatur, utiliter in dominum aget[i]. Nam in negotio necessario casus superueniens non nocet gestori[k]. Multò magis si in domini utilitatem res uersa sit[l]. Atque ita Imper. responsi.[m] " interpretabimur. Eum qui, inquit, mu" tuam sumpsit pecuniam, licet in res " alienas (creditore non cõtemplatio" ne domini rerum eam fœneri dante) " principaliter obligatum, obnoxium " remanere oportet. Ex quo elicimus, primò competere actionem aduersus eum, qui contractui causam dederit. Salua tamen competenti actione aduersus eum, hæredes'ue suos, cuius res ex illo præcedenti contractu utiliter gesta est[n]. Hinc est, quòd licet minor ex contractu curatoris non teneatur[o]. Tamen si in rem minoris pecunia profecta sit, personalis in eundem minorem actio cõpetit[p]. Eadem de Ecclesia[q], uel Ciuitate[r] dicemus, ut ita demũ ex contractu procuratoris sui obligentur, si in rem suã fuerit. In hanc'que sententiam illud Imp. responsi[s] quod ad quæstionem propositam, nobis plurimum facescit negotij, trahendum esse censeo. Nempe quòd gratia utriusque, tam domini, quàm procuratoris, pecunia credita, uel in rem procuratoris uersa fuisset. Quæ licet ex eodem non eliciantur, tamen æquitate suadente diuinare potius, quàm legem emendare licet. Quartam sententiam addamus, ex Imper. responsi[t] quòd dominus teneatur ex contumacia procuratoris, si conscius fuerit. Atque ita " Vlp. responsi.[u] interpretabimur. Si " procurator tuus inquit, uel tutor, uel

b. l. si mutuam. C. de inst. act.
i. l. sed an ultro. §. j. ff. de neg. gest.
k. l. siue hereditaria. eod.
l. l. iij. §. j. ff. de in rẽ uers.
m. l. eum qui. si cer. pet.
n. l. ei qui. C. quod cũ eo.
o. d. l. si creditor.
p. l. si in rem. C. quãdo ex fac. tut.
q. authen. hoc ius. C. de sac. ecc.
r. l. ciuitas. ff. si cer. pet.
s. d. l. si literas.
t. l. ij. de exceptione. libro xij. C.
u. l. j. §. si procur. ff. si quis ius dicen.

" curator ius dicenti non obtempera" uerit, hoc edicto ipse punitur, non " dominus, uel pupillus. Nisi, ut antè " diximus, conscius fuerit. Cæterùm eùm non per quamlibet personã nobis acquiratur, uideamus quibus nominibus designẽtur ij, per quos nobis acquirere possumus, & quæ ab
23 ijs nobis acquiri possunt. Sunt quibus nominatim onus aliquod iniungitur, qui procuratores nuncupãtur. Quorum usus perquàm necessarius est, ut qui rebus suis superesse non possunt, ut si absentes, saltem per alios uel agere, uel cõueniri possint[x]. Per quos nobis scientibus, uel ignorantibus rectè acquirere possumus[y]. Per quos quicquid in domini utilitatem gestum est, perinde ualet, ac si à domino gestum esset[z]. Qui tamen simpliciter constitutus liberam administrationem non consequitur, excepto procuratore principis[a]. Generalis uerò procurator, omnia potest, quæ nominatim iure prohibita non
24 sunt. Prohibitum † autem est, ut antè diximus, ne pro ijs qui adoptionem cõtrahunt, intercedere possint[b]. Eodem arg. dicendũ uidetur, per procuratorẽ, filium emãcipare permissum nõ esse, quod annuere uidetur Imp.[c] " dum ait, Neq; mulierem per maritũ, " neque alium per procuratorem ma" numittere posse[d]. Qua tamen in re, amplius deliberandum est[e], Imper. enim Honorius ait[f], non referre, per quem preces oblatæ fuerint. Secundùm priorem sententiam, filius per[g] procuratorẽ legitimari non poterit[g]. Sic per liberam personam, pignoris obligatio nõ acquiritur, adeò ut nec per procuratorem plerunque, uel tutorem constituatur[h]. Sic per procuratorem hæreditas acquiri, uel repudiari non potest[i]. Nam cùm per procuratorem ex re nostra, uel ex operis suis tãtùm, nobis acquiratur[k], & aditio hæreditatis non sit opera[l], meritò per ipsum hæreditatem nobis acquirere nõ possumus. Procuratore principis excepto, qui eius iussu hæreditatem adire potest[m]. Sic queadmodùm quæstor per procuratorem stipendia soluere non potest: ita stipẽdiarij non possunt constituere procuratorem, ad suum recipiendum[n]. Sic procurator in

x. l. j. in fi. ff. de procur.
y. §. ex ijs inst. per quas perso. cuiq. acq.
z. l. j. §. fi. ff. de procur. Cæs.
a. Bar. d. l. j. in prin.
b. l. post. in fi. ff. de adop.
c. l. nec mulierem. C. de man. uic. lib.
d. l. iubemus. uersi. à semet ipso. C. de emanc. lib.
e. Bar. l. gallus. §. forsitan. de lib. & posth.
f. uniuersis. C. de precibus. Imp offer.
g. Nic. de Neapol. ad Bart. de excus. tut. l. xxviij num. 1 Bar. l. Gallus. §. forsitan. num. 1. 2. ff. de lib. & posthum. al.
h. l. solutum §. pe. ff. de pig. act.
i. l. per procur. ff. de acq. her. Bar. l. ij. ff. de offi. procur. Cæsar.
k. l. qui bona ff. de acquir. dom.
l. l. aditio. Vbi Bar. ff. de acquir. her.
m. l. j. ff. de off. procu. Cæs.
n. Bar. l. iubemus. nu. 1. 2. de erog. milit. ann. libro xij. C.

rator in criminalibus causis non con
stituitur[o]. Et per procuratorem, tu-
25 tor suspectus non accusatur[p]. † Sunt
& alia nomina eorum, per quos alte-
ri acquiri potest. Vt Tutores, qui pu-
pillis[q]. Curatores, qui furiosis, prodi
gis, & similibus[r]. Serui publici, quos
Tabelliones, uel Notarios, seu Scri-
bas nũcupamus, qui Reip.[s] & pupil-
lis[t], utilem actionem acquirũt[u]. Sed
& cuilibet indistinctè, modò tamen
ut quod per ipsos gestum fuerit, ra-
tum habeatur[x]. Sed iam de personis,
per quas acquiratur, nunc de rebus
quæ per ipsas personas acquiruntur,
uidendum est.


o. Bart.l.ij.ff. de offi.proc. Cæs.
p. Neapol.ed Bar.de exen. tut.l.xxxij.
q. l.j.§.exigere ff.de mag. conue.
r. l.j.ff de bo. poss. furio.
s. l.Catu.ff.de usur.
t. l. ij. ff. rem pup.
u. l.iiij.eo.
x. Dec.cõs.226. Salt. rubr.de uerb.ob.

Loci communes, earum personarum, per quas nobis acquiritur.
1 Per quas personas nobis acquiratur. C.
2 Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur. C. & Instit.
3 Per quas personas cuiq; acquiritur. Instit.
4 Per quas personas obligatio acquiritur. Eo.

CAPVT III.

DE RERVM APPELLATIONE.

1 Rei uerba quæ ueniant.
2 De differentia iudicij uniuersalis & particularis.
3 Iura & actiones, inter res mobiles, & immobiles, mistæ sunt.
4 Annui redditus, inter immobilia connumerantur.



2 REI † uerbum generale[a], & la-
tior quàm pecuniæ appellatio
est[b], omnes enim res tam corporales,
quàm incorporales continet. Cor-
porales sunt, ut Paul.[c] ait, quæ tan-
gi possunt, ueluti fundus, homo, ue-
stis, aurum, argentum, & denique a-
liæ res innumerabiles: Incorporales
sunt, quæ tangi non possunt, quales
sunt quæ in iure consistunt, sicuti
hæreditas, siue testamentũ[d], usufru-
ctus, obligatiões, quoquo modo cõ-
tractæ, sic & ius uendicationis, usus,

a l.j.§.j.ff.si cert.pet.
b l.rei appel.ff. de uerbo. sign.
c l.j.§.quædã. ff.de rer.diui.
d incorpora les.§.fin.Inst. de reb.corp.
e Bar.l.j.nu.7. ff. de te.

usufructus[e], dos[f], reditus, ea quę ex-
tra cõputationem patrimonij nostri
sunt[g], denique tam mobiles, seu se mo-
uentes, quã immobiles[h], causæ item-
que & iura[i], rei appell. continentur.
Videtur tamen, rei appel. non genus
sed speciem significari, Pau.[k] enim sic
» scribit, Si in rem aliquis agat, debet
» designare rem, & utrùm totã, an par-
» tem & quotã petat, Appellatio enim
» rei, non genus, sed speciẽ significat.
3 Respõ. † Licet in particulari iudicio,
ea quę tempore iudicij cœpti insunt,
tametsi expressa non fuerint, tacitè in
esse intelligantur[l]. Non tamen ea quę
post acceptũ iudicium acciderint[m].
Meritò rem actor designare debet, &
utrùm totã an partem, uel quotam[n],
generi enim per speciem derogatur[o].
In iudicio uerò uniuersali secus est,
puta in petitione hęreditatis, quæ cũ
sit successio in uniuersum ius, meri-
tò actor qui petit se pronũciari hære
dem, in executione ueniũt omnia bo
na hęreditaria, etiam illa quæ post lit.
contest. possideri cœpta sunt[p]. Hinc
est quòd in particularibus iudicijs, a-
lienatio nisi post litis contest. prohibi
ta non censetur[q], in iudicijs uniuersa-
libus secus est[r], tametsi hodie idẽ sit
in particularibus[s]. Sic iudicia particu
laria, uniuersali præiudicium non pa
riunt, quæ nimirùm in aliud tempus
protrahẽda sunt: ut si iudiciũ particu
lare, petitioni hæreditatis præiudiciũ
faceret, dilatandum esset, quò ad iudi
cium uniuersale finẽ acciperet[t]. Vni
uersalia uerò iudicia, propter particu
lare iudiciũ non remorantur[u]. In qui
bus particularibus iudicijs, illa causa
potior est, quæ prius intẽtatur, si sint
inuicẽ præiudiciales[x]. Si uerò uniuer
salis causa cõcurrat, præferenda est[y].
præterea iudicia particularia ita de-
mum se impediunt, si sint ad inuicem
adeò præiudicialia, ut absolutoria la-
ta in prima parte, pariat exceptionem
rei iudicatę in secũda[z], aliàs minimè[a].
Sed in uniuersali est hoc speciale, q
differãt alia iudicia, ob uel minimum
præiudiciũ[b]. In illis quoque iudicijs
particularibus, cõsiderant causæ præ
iudiciales inter easdem personas tan
tùm[c]. In iudicijs uerò uniuersalibus,
inter diuersas personas[d], quæ tamen
hodie non adeò attendẽda sunt[e], ma
ximè quan-

e. l.fi. C. de præscr. long. tẽp.
f. Bar.sol.mat. in rub nu.17.
c. extra. da uerb.sig.
22.l.v.nu.1.
g. ff. de impẽs. in rebus do.fac.
g. d.l.rei.
h. l.mouentiũ. de uerb.sig.
i. l.rei ij. de uerbo.sig.
k. l.si in rem.ff. de rei uend.
l. l.fi. in fi. C. de ann.excep
m. l.nõ potest. ff.de re iud.
n. d.l.si in rem.
o. reg.generi. in vj.dixit li. uij q. c.j. cũ seq.
p. l.si hæredi. tatẽ.l.si quo tempore. ff. de pet.hære.
Bart.l.xx. l. non.in fi sol. mat.
q. l.ij.C.com. diu.l.j.de lit.
r. l.diuus.ff.de pet.here.l.si post motam. C.de transa.
s. l.litigiosa. C. de litig.
t. l.si quis liber tatem. ff. de pet.her.
u. d.l.si quis.
x l qui prior, ff de iud.
y. d.l.si quis,
z. l.fundi.l.fun dum. de ex cep rei iud.
a. l.sed si amẽ. eo.
b. d.l.si quis.
c. d.l.fund.
d. d.l.si quis. cũ gl.quæ ra tionẽ reddit.
e. l.fi. C.de pet. hæred.

ximè quādo petitor uel possessor cōuenitur à tertio. Sed si conueniunt se inuicē aliquo iudicio particulari, secus est[f]. Aliæ præterea inter res uniuersales & particulares, differētiæ singulares statuendæ sunt. Nam quādo quis rem uniuersalem, puta, hæreditatem emit, à creditoribus hæreditarijs conueniri potest[g]. Et sic hæreditaria actio, quæ utpote personalis, in hæredē tantùm datur[h], quādoque & in particularē successorē competit[i]. Actio uerò rei particularis, in particularem successorem non transit[k]. Qui tamen hæreditatis particularis successor, iure hæreditario, non tantùm iura, uel corpora, siue apud defunctū pertinerent iure dominij, siue possessionis, sine detētionis[l], uerùm etiam accessiones consequit. nā cùm hæreditas augeatur accessionib⁹, meritò eius accessiones, in hæreditatis petitione ueniūt[m]. Accedat etiam ꝙ in uniuersalib⁹ iudicijs, preciū succedit loco rei[n]: in particularibus, secus est[o]. In quibus etiā in materia probationū, indefinita non æquipollet uniuersali[p]. Iis tamen obstat, quòd in iudicio famil. erciſc. non ueniant nisi ea, quæ erāt tempore mortis testatoris[q]. Respon. Quod à testatore ablatū est, cùm protinus eius possessionē amittat[r], id amplius in bonis eiusdem esse non censetur, quò fit ut in famil. erciſc. iudicio non ueniat[s]. Ea uerò quę sunt in bonis testatoris tempore mortis, citra controuersiā ueniunt[t]. Vnde si ad reum aliquid peruenerit, pendēte iudicio, hoc natura actionis accedit[u]. Hæc de rebus uniuersalibus & particularibus satis, quarū quędā mobiles, alię immobiles, alię porrò mistę.
4 Vt † iura & actiones, siue debitorum nomina, quæ secundū Cel.[x] mobiliū appel. non ueniūt[y]. Imp.[z] cont. annuere uisus est, Mobiles, inquit, res, uel se

f. d. l. si quis. uersi. nam cū quidam. & l. nō distingue mus. §. si is. de arbit. Bar. d. l. si quis. numero 12.
g. l. etiam. §. 4. si. ff. de peti. hær.
h. l. j. §. si hæres. ff. ad tre.
i. d. §. quòd si.
k. l. si. ff. de cōtrahen. emp. l. sed si lege. § item si rei. ff. de pet. hæ.
l. l. litē uidedū. §. nunc. ff. de pet. hær.
m. l. litē ueniūt. §. item nō solùm. ff. eo.
n. l. sed & rē. ff. de pet. hæ. l. Imp. de legat. iij.
o. l. qui uas. in fi. C. de fur.
p. Add. ad Bar. iiij. C. un. legit.
q. l. & puto. §. & ideo. ff. fa. hercisc.
r. l. si rem. ff. de acq. poss.
s. d. §. & ideò.
t. l. si hæreditatem. ff. de pe. hæred.
u. Bar. l. edita. in prin. uers. contra. C. de eden. & l. v. in fi. de iuris. om. iud.
x. l. si chor⁹. §. j. de legat. iij.
y. Bar. §. j. nu. 5. auth. de non alie.
y. Bar. l. xv. nu. 28. ff. de uulg.
z. l. ij. uer. mobiles. quando & qb. quar. pars lib. x. C. & Bar. d. §. j. nu. 5.

mouentes, uel instrumenta. Dy.[a] sic distinguit, aut actio cōtinet mobilia, & tūc mobilis erit, & c. Hāc sol. sequitur Bar.[b] quæ non prorsus ratione caret, mobile enim immobili cohęrens, immobile cēsetur[c]. Mihi tamē uidet, debitorū nomina, mediū quoddā inter mobilia & immobilia, genus esse, ut satis Vlp.[d] indicat, & Bart.[e] ea fuisse sentētia uidetur. Hinc ait[f], si ubi bona mea mobilia & immobilia cedā, non tamē iura & actiones uenire, quia est tertium quoddā genus per se, quod
5 alicui extremorū non cōuenit. † Vectigalia autem, tributa, census & emphyteusis, quo in genere constituamus, incertū ex Imp. const.[g] uidetur. Sed idem apertius indicat[h], colonos, mancipia rustica, ciuiles annonas, annuos deniq; redditus, inter immobilia referendos esse. Qua in re, animo Bar.[i] ntubante, in posterū eandē sententiam sequutus est[k], de quibus, capite sequēti, eò dicendū mihi uisum fuit, ut nobis tandem earum rerum aperta sit uia, de quibus obligatio cōtrahitur.

CAPVT IIII.

DE SERVITVTIBVS.

1 *Rerum incorporalium summa diuisio.*
2 *Seruitutis definitio, & diuisio.*
3 *Seruitutum actiones. 4.*
4 *Alueum quis reficere teneatur.*
5 *Vsus & usufructus differentia.*
6 *Seruitutum realium & personaliū differentia.*
7 *Vsufructuarius quos sibi fructus acquirat.*
8 *Vsufructuarij & bo. fi. possessoris differentia.*
9 *Vsusfructus quomodo finiatur.*
10 *Vsusfruc. filiofa. relictus, morte ipsius non extinguitur, sed in patrem transit.*
11 *Seruitus quibus modis acquiratur.*
12 *Seruitutis urbanæ & rusticæ differentia.*
13 *Seruitutes quomodo præscribantur.*
14 *In præsc. seruitutis, tit. non attendimus.*
15 *In præscriptione seruitutis, scientiam domini desideramus.*
16 *Seruitutes quanto tempore præscribantur.*
17 *Seruitus ex partium conuentione acquiritur.*

a. l. potest. de auto. tut.
b. l. mouentiū. de uerb. sig. l. vlt. le cura. fur. l. j. nu. 4. si ad uers. trā. fac. Bart §. j. nu. 5. auth. de non alie. & l. ij. nu. 9. C. ubi in rē act.
c. l. eum. ff. de usuc. Ang. §. j. auth. de nō alien.
d. l. à diuo pio. §. in uenditione. ff. de re iud.
e. d. l. mouētiū. & l. j. nu 4. C. si aduers. trāsa. l. xviij. ff. de act. [illegible]
f. Bar. l. j. nu. 5. C. si aduers. trāsac. l. sciendum. nu. 10. ff. qui satisd. cog.
g. auth. de alie. & emphyt. in prin. uers. rem & uers. neque.
h. §. ult. auth. de non alie.
i. l. sciendum. nu. 10. ā olil. ff qui satisd. cog.
k. Bar. auth. de non alie. §. j. nu. 1.

1 Res † incorporales.
- 1 *Hæreditas.*
- 2 *Seruitus.*
  - 1 *Negatiua.*
  - 2 *Adfirmatiua.*
  - } *Quædam*
    - 1. *Personalis*
      - 1 *Vsus.*
      - 2 *Vsusfructus.*
    - 2. *Realis,*
      - 1 *Vrbana.*
      - 2 *Rustica. In*
        - 1 *Solo.*
        - 2 *Superficie.*
- 3 *Vel quasi.*
- 4 *Obligatio.*

AD summā illam rerum diuisionem, quam superiore capite edidimus, addendū superest, ꝙ quædā corporales sint, aliæ incorporales. Quarū ex Paul.[a] à nobis tria hęc exēpla proposita sunt, hæreditas, seruit⁹, & obli-

a. l. j. §. quædā. ff. de [illegible] diu.

& obligatio, de qua posteà dicturi sumus. Verùm cùm hæc ad rem aliquã corporalem uel incorporalem præstandam pertineat[b], pauca de rebus incorporalibus, prius nobis dicenda sunt, quarum summa hæc diuisio est, quòd quædam à persona, personæ debeantur[c], quædam à re personæ, ut usufructus, usus, & habitatio[d], de qua licet separatũ quoddam genus, ab usu & usufructu Imp.[e] cõstituat, tamen locus ille ab Imper.[f] tandem corrigitur. Nam qui ius habitationis haber, usumfructum duntaxat eiusdem habere censerur, qui nimirùm alteri locare poterit[g]. Igitur quædam sunt personales, aliæ reales, aliæ porrò quasi seruitutes sunt, cuius Vlp.[h] meminit, De aqua, inquit, per rotam tollẽda ex flumine, uel haurienda, uel si quis seruitutem castello imposuerit, quidam dubitauerunt, ne hæ seruitutes nõ essent. Sed rescripto Imper. Ant. ad Iul. adijcitur, licet seruitus iure non ualuit, si tamen hac lege comparauit, tuendum esse eum, qui hoc ius posſidet. Cæterùm personales sunt Vsus, usufructus fundi, uel ædium[i]. Reales porrò aut sunt
2 urbanæ, aut rusticæ[k], † quas sic Bar.[l] definit, Seruitus est ius quoddam prædio inhærens, ipsius utilitatem respiciens, & alterius libertatem, seu ius diminuens. Quarum quædam in solo, aliæ in superficie consistunt[m], & perpetuò rei affixæ sunt, personales uerò cum persona extingũtur.
3 Pro † quibus duæ actiones introductæ sunt, confessoria, & negatoria. Qui dicit seruitutẽ sibi deberi & prædium haber[n], & intendit cõfessoriã[o]. Vt is qui petit sibi licere, ire agere, aquã ducere, & similia, proponit principaliter seruitutẽ sibi deberi, secundariò uerò se dominum dominantis fundi[p]. Et acquiritur ista quasi possessio per primum actum, quando usus non potest esse per modum facultatis, ut si quis ducat aquam per fundũ tuum[q]. Quãdo uerò usus esse potest per modũ facultatis cuiusdam, ut ire per fundũ tuũ, tũc non acquirit̃ quasi possesſio per primũ actum, nisi post triginta dies[r]. Cùm enim nemo seruitutem sibi acquirere posſit, nisi qui prædium habet[s], consequens est, ut

b. l. ij. ff. de act. & oblig.
c. l. ex hoc. ff. de iust. et iur.
d. Inst. de usu et habita.
e. §. sed si cui. Inst. de usu et habita.
f. l. eum anti- quitas. C. de usu et habita.
g. l. si quis. §. j. ff. loc.
h. l. ij. ff. com. præd.
i. §. constitui- tur. instit. de usufr.
k. l. j. ff. de ser uit.
l. l. j. nu. 2. ff. de seruit.
m. l. iij. eod.
n. l. j. ff. com. præd.
o. l. ij. ff. si ser. uendi.
p. l. j. ff. com. præd.
q. l. j. in prin. §. quod autem. ff. de aq quo. & æsti.
r. l. j. §. j. ff. de itine. actusq; priua.
s. l. j. ff. cõ. præd.

etiam confessoria, quæ pro seruitutibus introducta est, nulli alij quam domino fundi competat[t]. Porrò domino qui inficiatur seruitutem alteri deberi, competit negatoria[u]: per quam acquiritur quasi possesſio, prohibendo[x]. Nemo autem seruitutem debere potest, nisi qui prædium habet[y]. Sed cùm nemo posſit seruitutem acquirere, nisi prædiũ habeat: neque quisquam debere posſit, nisi qui prædium habet: si quæratur quis possessoris, uel petitoris partes sustineat, sciendum est eum possessoris partes sustinere, qui seruitutem sibi deberi ait, si tigna immissa sint[z], uel ius eundi agendi per fundum uicini, in fundum suum habeat. Nam si impediatur, uel in itinere ædificium fiat, competit sibi ius agendi, ut demoliatur opus, quod seruitutem sibi acquisitam impedit[a], cui nimirùm competit utile interdictum aduersus impedientem[b]. Sic & in eo, qui ius ducendi aquam habet, si impeditur, utili interdicto sibi subueniendum est[c].
4 Idem † tamen alueum reficere & munire tenebitur[d]. Nam qui seruitutem debet, cùm cogatur pati, non agere[e], meritò in omnibus seruitutibus, refectio ad eum pertinebit, qui sibi seruitutem asserit, non ad eum, cuius res seruit. In munitione uiarum & aggerum publicorum, secus receptum est. Nam ut Imper.[f] rescripsit, possessores in reparatione publici aggeris, & cæteris huiusmodi muneribus, pro iugerum numero, uel capitum quæ posſidere noscuntur, dare cogantur. Sic & in aquæductu publico, is enim reficere tenetur, per cuius prædium aqua publica transit, qui eo nomine immunitatem ab extraordinarijs muneribus consequitur[g]. Porrò alteri agenti, aduersarium non habere ius eundi agendi, exceptio tantùm negatoria datur. Puta cùm omnes res præsumantur esse liberæ[h], si ex cœnaculo meo uelim immittere fumum in superiori ædificio: uicinus qui negat seruitutem debere, utile interdictum habet, sed non semper in eodem ge-
5 nere. Nam † licet usufructuarius, in quemliber ius utendi fruendi transferre posſit[i], non tamen is qui usum habet, ipse enim solus cum sua familia uti

t. l. ij. ff. si seru. uendi.
u. d. l. ij. ff. si ser. uendi. l. uti- frui si usufr. pet.
x. Bar. l. j. nu. 1. C. de seruit.
y. l. j. ff. com. præd.
z. l. sicuti §. sed si. ff. si usufr. uendi.
a. l. sed eo. ff. si ser. uend. l. in rem. ff. de rei uendica.
b. l. j. §. Aristo. de aq. quoti. & æsti.
c. l. j. §. idẽ ait. ff. de aq. quo tid & æsti.
d. l. refectionis. §. si per tuũ. ff. com. præd. l. j. §. aquæ. ff. de riuis. Bar. l. xiij. ff. de im pens. in reb. dot. fact.
e. l. quoties. §. seruitutẽ. ff. de seruit. Vbi Bart.
f. l. ij. de immu. nemi. conced. lib. x. C. Vbi Bar.
g. l. j. ubi Bar. de aquæduc. lib. xj. C.
h. l. aquam. de ser. & aq.
i. l. si quis. §. j. ff. loca.

h. l. plenum. §. si usus. ff. de usu & habit.
l. l. ergo. in fi. ff. de ser. rust.
m. l. ex meo,
n. l. in cōceden do. cum l. seq. ff. de aq. plu. arc.
o. l. Lucio. de aq. quoti. & esti.
p. §. minus. i. de usu & ha.

lia uti poterit[h]. Præterea qui usum habet ducendi aquam per fundum uicini, in fundum suum, non plus ducere poterit quàm fundo opus sit[l], adeò ut ex eadem aqua uicino suo dare non possit[m]. Quemadmodùm nec is qui seruitutem patitur, huius aquæ partē aliquā, sine consensu eius qui seruitutem habet, constituere potest[n]. Meritò nisi initio ius aquæ ducendæ pluribus datum sit, non poterit tandem is qui seruitutem patitur, alteri concedere[o]. Ex ijs apparet, plus iuris esse in usu, quàm in usufructu[p], tametsi utrunque ius, personale sit, aliæ uerò seruitutis species, reales, quarum differentias, sequens tabula indicabit,

DIFFERVNT SERVITVTES

Personales,	Reales,
1 *Consistunt in dando.*	1 *Consistunt in patiendo.*
2 *Diuisionem admittunt.*	2 *Non diuiduntur.*
	3 *Rem perpetuò comitantur.*

3 Extinguitur
- 1 *Morte.*
- 2 *Maxima, uel media capitis diminutione.*
- 3 *Non utendo spacio longi temporis.*
- 4 *Proprietate perempta.*
- 5 *Si cedatur.*

q. l. ij. ff. de uer obli. ob. glo. l. corruptionem. C. de usufruc.
r. l. quoties. ff. de seruit.
s. l. pen. ff. de seruit.
t. l. si aquam. C. de ser.
u. l. si. C. de præscr lontēpo.
x. d. l. corruptionem. cum glo.
y. l. cum usufructum. ff. de usufr. leg.
z. l. & an. §. actiones. ff. de excep. rei iu.
a. l. non solū ij. §. tale. in fi. de lib. leg. l. stipulatio ista. §. si qs ita. de uer. oblig.
b. l. j. §. permittitur. de aqua quot. et esti.
c. d. §. pmittitur.
d. l. usus aquæ. ff. de usu & habi. l. stipulatio ista habere licere § si

Constituere igitur realem seruitutem, ad dandum[q], hoc est, pati alium possidere tenetur. Possessio enim acquirentis seruitutem, patientia aduersarij est[r]. Ista enim iura incorporalia non dicuntur possideri, sed quasi possideri, quæ quasi possessio, ex patientia aduersarij nascitur[s]. Verùm cùm nemo pati dicatur nisi sciat[t] meritò si aduersarius nesciat, nemo in quasi possessione seruitutis esse potest, tametsi in præscriptione proprietatis, aliud dicendum sit, in qua scientiam domini non desideramus[u]. Qui uerò tenetur ad usumfructum, tenetur ad dandum, & etiam ad faciendum, quatenus tenetur pati usufructuarium uti frui[x]. Præterea ususfructus diuisionem admittit, seruitus nequaquam[y]. Hinc est, quòd si quis usumfructū petat, & succumbat pro parte, alterā persequi poterit. Quòd si quis ius seruitutis petat, non potest, nisi in totum succumbere[z]. Tertiò, ius seruitutis realis comitatur rem, ius seruitutis personalis, ut usus & ususfructus, extinguitur cum persona[a]. Puta, cùm non liceat sine principis uenia, ex loco publico aquam ducere[b]. Si quis aquæ usum obtinuerit, cum persona extinguitur[c], nec ad hæredem trāsit[d], nec hæredi actio competit[e]. Est enim ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est[f].

7 †Adeò ut licet ad fructuarium pertineant fructus, à quolibet sati[g], non tamen aliter eorum dominus efficitur, quàm si eos perceperit[h]. Meritò si maturis fructibus, nondum tamen perceptis decesserit usufructuarius, ad suos non transmittit[i]. Sufficit tamen si alius suo nomine eos perceperit[k]. Videtur tamen sufficere, fructus à fundo separatos esse, tametsi usufructuarius, uel alius nomine suo, eos nō perceperit. Paul.[l] enim sic scribit, "Bonæfidei emptor non dubiè percipiē"do fructus, ex aliena re, suos interim "facit, etiā prius quàm perceperit, sta"tim ubi à solo separati sunt, bonæfi"dei emptoris fiunt. Respon. Loqui-
8 tur † Paul. de bo. fi. poss.[m] in usufructuario secus est, ad quē fructus non aliter pertinent, quàm si eos perceperit[n]. Contrà dominium rei alienæ à non domino non acquiritur, multò minus igitur fructus[o]. Respon. quando actor & successor sunt in mala fide, tunc neuter fructus sibi acquirit[p]. Quòd si is qui emit, sit bonæfidei, fructus quatenus locupletior non efficitur, ad ipsum pertinent[q]. † Cæterùm quod dicimus usumfructū extingui morte, intelligimus extingui morte usufructuarij[r], non proprietarij[s].

9 † Duabus quoq; capitis diminutionibus ususfructus finitur maxima & media[t], aut etiam lōgo tempore non utendo[u], uel si in totū perempta fuerit proprietas, non enim pro parte perempta, ususfructus extinguitur[x]. Vt si ædes, quarum ususfructus relictus est incēdio, uel uicio suo corruerint[y]. Postremò si cedatur, per hanc consolidationem, ususfructus extinguitur. Vt si usufructuarius domino proprietatis nō extraneo usumfructū cesserit, uel ecōtrà[z], aut si usufructuarius æstimationem consequutus sit[a].

Atque

quis ita stipulatus. de uer. oblig.
e. d. l. si q. §. §.
f. l. ij. ff. de usuf.
g. l. qui sc. §. præterea. ff. de usufr.
h. §. is uerò. Inst. de rer. diu. l. §. si fer. ff. de usuf. l. ar. l. jn. de an. cal. l. 3. xj. C.
i. l. in singulos. ff. de annu. leg.
k. l. defuncta. ff. de usufruc.
l. l. bo. fi. ff. de acq. rer. do.
m. d. § præterea.
n. d. §. is uerò.
o. l. quintum. uers. & multò magis. de acq. rer. do.
p. d. uers. & multò cū ut sic.
q. l. sed & si. §. consuluit. ff. de pe. her.
r. l. usus aquæ. ff. de usu & habit. Franc. consil. 71. in prin.
s. l. si pater. § dominus. ff. usufr.
t. l. sicut ff. §. b. mod usufr. amitt. § fi. Instit. de usuf.
u. l. corruptionem in prin. C. de usu & habita.
x. l. si cui insu la. ff. de usuf. quemadmodum. l. excepta quib. mod. usufr. amit.
y. §. eo amplius. Inst. de us. f.
z. §. finitur. Insti. de usufr.
a. l. si usu fructus ff. de usu fruc.

b. l. iij. in fi. ff. de usufr. Atque ita Caium[b] interpretabimur. "Ne tamen, inquit, inutiles essent in "uniuersum proprietates, semper ab"scendente usufructu, placuit certis "modis extingui usumfructum, & ad "proprietatem reuerti. Et Imp.[c] Cùm "autem finitus fuerit usus fructus, ad "proprietatem reuertitur. Quemadmodùm autem finiatur, proximè retulimus. Videtur tamen hæredē cogendum præstare usumfructum, uel æstimationem, Afric.[d] enim sic scribit, Vsusfructus serui Titio legatus "est, & cùm per hæredem staret, quò "minus præstaretur, seruus mortuus "est: aliud dici non posse ait, quàm in "id obligatum esse hæredem, quanti "legatarij interfit, morā factam non "esse, ut scilicet ex eo tempore in diē, "in quo seruus sit mortuus, usus fru"ctus æstimetur. Sed facilè ex ipso colligere licet, hoc locum habere, quando hæres negligens est, usumfructum, puta serui præstare, nam si interim seruus decesserit, post moram, æstimationem præstare tenebitur[e]. Idem in re promissa[f], deposita[g], legata[h], uel quam quis possidere confessus est[i]. Si tamen res deposita apud dominum eodem modo peritura esset, depositarius non tenebitur[k]. Cæterùm quod diximus, usumfructum morte usufructuarij extingui, hæc sententia perpetuò 10 uera non est, † nam si filiofamil. usufructus relictus sit, ipso mortuo nihilominus in patrem continuatur, secundum Imp. singularem const.[l] Placent. contrà[m], cuius opinio nequaquàm recepta est[n]. At uerò Africa[o], Iurisconsulta demum Imper. constitutioni adstipulari uisus est, si patris contemplatione filiofamil. relinqueretur, ut in mortis causa donatione respondet, Esto, cùm in dubio patris contemplatione, filiofa. relictum censeatur[p], ut sic in dubio semper usumfructum aduentitiorum filij, pater filio mortuo sibi retineat[q]. Quò fit ut qui ad patrē peruenire nolit, nominatim hoc cauere debeat[r]. Non tamen semper ipso iure sibi acquirit, ut cùm pater succedit filio unà cum filijs, partis filiorum usumfructum non consequitur[s]. Sic & de ijs quę soluto fine cau

c. §. fi. Inst. de usuf.

d. l. qui usumfruct. §. fi. ff. de usufr.

e. d. §. fi.

f. l. nemo. §. j. cum l. seq. §. pen. de uerb. oblig.

g. l. si in Asia. §. fin. ff. depositi.

i. quod te. si cert. pet.

h. l. si eum ser uum. si cert. pet.

i. l. qui stichū. ff. confess.

k. l. si plures. in fi. ff. deposi.

l. l. fi. C. de usu & habit. ubi not. Bar.

m. glo. l. iij. C. de usuf.

n. Bar. §. j. nu. 3. auth. de ba red. & falc.

o. l. si filiof. iij. ff. de do. cau. mor.

p. not. ff. add. Bart. l. iiij. C. de sac. ecc.

q. l. quod scitis. in fi. C. de bo. quæ lib. glo. l. j. C. de bo. mat.

r. auth. excipitur. C. de bo. quæ lib.

s. auth. item eo. Bar. §. j. nu. 1. auth. de hær. & falc.

sa à patre matrimonio, liberis acquiruntur[t]. Idem si pater monasterium ingrediatur, qua tamen in re qui am plius deliberare uoluerint, adeant Bar.[u] Nos interim ea quæ principaliter ad rem propositam pertinēt, quæ initio dicenda erant, prosequamur. Nempe, quemadmodùm seruitutes acquirantur,

11 Seruitus † *acquiritur, ex*
- 1 *Testamento.*
- 2 *Natura loci.*
- 3 *Præscriptione.*
- 4 *Conuentione.*

Nobis igitur competit ius seruitutis, ex testamento: ut si testator hæredi iniunxerit, ne altius tollat ædes suas, ne luminibus ædium uicini officiant[x]. Prætereà natura loci[y]. Quēadmodùm in duobus prædijs quorum inferius, inseruit superiori[z]. Quòd incommodum natura præscribit, nam ut Pomp.[a] ait, Seruitus naturaliter non manu facto opere lædere potest fundū seruiētem. Sed natura etiam hoc incommodum, alio commodo compensat. Nam omnem pinguedinem fundi superioris, in inferiorem deducit[b]. Con- 12 trà, † uicinum enim arcere potero, ne aqua fluuialis mihi noceat[c]. Respon. multùm refert, utrùm aqua ex agro meo, an ex ædificio noceat. Si aqua sit ex agro, non potero arceri: si ex ædificio, potero[d]. Meos quoque fructus, qui in uicini fundum ceciderunt, eo inuito in suo fundo colligere potero[e]. Quam singularem seruitutum rusticorum & ur- banorum prædiorum differentiam 13 diligenter obseruabimus. † Tertiò acquiruntur seruitutes præscriptione. Hinc Paul.[f] tria refert, per quæ, inferior locus, superiori seruit, legem, naturam, loci uetustatem. Sic igitur præscriptione, nobis ius seruitutis acquiritur. In qua bonam fidem desideramus[g], maximè quādo de seruitute urbanorum prędiorum agitur, in præscriptione uerò libertatis seruitutum rusticorum prædiorum, non requiritur bona fides præscribentis[h]. Quia nullum factum præscribentis in ea requiri-

t. auth. idem eo.

u. Bar. auth. ingressi. nu 3. & in re pet. eiusdem nu. 42. 43. C. de sac. eccle. & auth. si: est. C. de bo. quæ lib.

x. § j. Inst. de seruit.

y. l. in summa. ff. de aq. plu. arc.

z. l. j. §. denique. nersic. si tamen lex. ff. de aqua plu. arc.

a. l. si mihi. § j. ff. de seruitu. rust. præd.

b. d. uersi. si tamen.

c. l. j § apud Iabeonē. ff de aq. plu arc.

d. d. §. apud.

e. l. j ff. de glan. legen.

f. l. iij. ff. de aq. plu. arc.

g. l. fi. ff. quemadmo. ser. amit. l. j. § fin. de itinere actuq; priua.

h. l. sequitur. §. si quis uam. ff de usuc. gl. l. fi. ff. quēad. ser. amit.

tur,sed sufficit sola negligentia non
utentis:in alia,factum præscribentis
requiritur,ideò debet bona fide fie-
ri.At uerò in utraque,titulus neces-
14 sarius non est[i], tametsi † in præscri-
ptione rerum corporaliū secus sit[k],
idque propter ius,quod in re acqui-
ritur, & prior dominus, desinit esse
dominus, eiusque nomine plura re-
quiruntur:in præscriptione uerò re-
rum incorporalium, dominus non
15 adeò læditur[l]. † Nemo tamen eas,
ignorante domino præscribere po-
terit[m],quæ receptior sententia est[n],
res uerò corporales,aduersario igno
rante præscribi possunt[o]. Videtur
tamen nullo unquàm tempore, ius
seruitutis acquiri posse. Nam usuca-
pio sine possessione non procedit[p].
Et corporalia tantùm possidentur[q],
non incorporalia[r], meritò usucapi
non poterunt[s].Respon. possessionē
nihil aliud esse,quàm ipsum usum[t],
hoc est,aduersarij patientiam[u].Et sic
non propriè seruitus possidetur,sed
quasi possidetur[x].Et per hanc quasi
possessionem,longo tempore serui-
tus exemplo rerum immobilium ac-
quiritur[y].In qua factū præscriben-
tis requiritur, nam libertas seruitu-
tis urbanæ non præscribitur,si domi
nus prædij dominantis solummodo
non utatur[z]. Atque hinc, cùm pos-
sessio,ipse usus sit[a],& utatur qui ser
uitutem habet[b],meritò seruitus usu
capi poterit.Non obstat quòd cor-
poralia tantùm possideantur. Nam
licet suapte natura seruitutes non
possideantur, & consequenter per
se usucapi non possint:tamen cùm
sint indiuiduæ cum possessione,cui
seruitus imposita est[c],adeò ut serui-
tus,pars possessionis esse dicatur[d].
Meritò seruitus sequitur rem,super
qua imponitur[e],& cōsequenter ser-
uitus usucapi poterit[f].At uerò si ser-
uitus, pars possessionis esse dica-
tur[g].Et is qui utitur, proprietatem
sibi usucapere non possit[h]. Meritò
neque seruitutem sibi usucapere po
terit.Respon.proprietas à possessio-
ne multùm differt[i]. Cæterùm licet
proprietas usucapi non possit[k].Ta-
men possessio,hoc est,usus ipse usu-
» capi poterit.Paul.[l] tamen contrà,Fo
» ramen, inquit, in uno pariete con-

i. glo. l. seruitu-
tes. ff. de ser-
uit.
k. l. diuturna.
C. de præscr.
long. temp.
l. Bar. l. serui-
tutes. nu. 5 ff.
de seruit.
m. l. ij. C. de
præscr. long.
temp. l. ij. C.
de ser. & aq.
n. Bar. d. l. ser
uitutes. nu. 6.
& l. quoties.
eo.
o. l. fi. in fi. C.
de præsc. lōg.
temp.
p. l. sine poss.
ff. de usuc.
q. l. iij in prin.
de acq. poss.
r. l. si ædes. §. j.
ff de ser. urb.
præd.
s. l. seruitut. §.
incorpora-
les. de acqui.
rer. do. l. usu-
cap onem. ff.
de usucap.
t. l. quæstio. ff.
de uerb. sign.
l. ab executo
re. §. quòd si.
C. quomodo
appell.
u. l. quoties. ff.
de seruit. ubi
Bar. & in l.
ex ff. de petit.
here.
x. l. si quis diu
turno. ff. si
ser. uēd. Bar.
l. j nu. 5 C de
ser. & aq.
y. l. ij. de ser. &
aq. C.
z. l. hæc autem.
ubi Bar ff. de
ser. urb. præ.
a. d. l. quæstio.
b. d. l. si quis.
c. arg. l. solum.
ff. de rei uēd.
d. l. & in pro-
uinciali. C. de
ser. & aq.
e. l. si ædes. §.

» clauis, quod esset proluendi paui-
» menti causa, id neque flumen es-
» se, neque tempore acquiri placuit.
Ex cuius respons. colligimus, neque
proprietatem,neque usum præscri-
bi posse. Respon. seruitutes, quæ
causam cōtinuam non habent,non
præscribuntur[m]. Videamus tamen,
ne seruitutes omnes discontinuæ
sint,cùm natura sui intermissionem
habeant[n].Respon.ea quæ ex natu-
rali causa fiunt, interpretatione le-
gis, perpetuò fieri intelliguntur[o].
Vt quod ex cœlo cadit, nam licet
non assiduè fiat, tamen quia ex na-
turali causa fit,perpetuò fieri intel-
16 ligitur. † Quæ nimirùm exemplo
rerum immobilium, decem annis
inter præsentes,& uiginti inter ab-
sentes,præscriptione acquiruntur[p].
Sed acquisitæ quibus finibus amit-
tātur,ambiguū est,Vlp.[q] quæstionē
attigit,diem tamen non præscribit,
» dum dicat, Si cùm tibi seruitutem
» deberem,ne mihi(puta)liceret altius
» ædificare,per statutū tempus altius
» ædificatum habuero,sublata erit ser
» uitus. Iul.[r] probat, eisdem temporū
finibus amitti, quibus & acquiri nrt.
» Qui usumfructum,inquit,traditum
» sibi ex causa fideicommissi desiit in
» usu habere, tanto tempore,quāto si
» legitimè eius factus esset, amissurus
» eum fuerit,actionem ad restituendū
» eum habere non debet. Sed quanto
tempore acquiratur, uel omittatur,
non explicat.Nos dicemus ad instar
rerum immobilium,lōgo tempore,
hoc est,decennio inter præsentes,&
uiginti inter absentes[s], definiendū
esse.Imp.[t] enim sic rescripsit,Sicut u-
» sumfructū qui non utendo per bien
» niū,in soli rebus,per annale spatium
» in mobilibus uel se mouentib. dimi-
» nuebat,non passi sumus huiusmodi
» sustinere compēdiosum interitum,
» sed ei decēnij, uel uiginti annorum
» dedimus spaciū:ita & in cæteris ser-
» uitutibus obtinendū esse cēsuimus,
» ut omnes seruitutes non utēdo amit
» tantur(non biennio,quia tātummo-
» dò soli rebus annexæ sunt) sed de-
» cennio contra pręsentes,uel uiginti
» annorum spacio contra absentes.
Multò tamen ab ijs diuersa fuisse,
Paul.[u] sententia uidetur, spectādum
enim

libertas ff. de
ser. urb. præ.
f. l. si aliena res.
§. j.
g. d. l. et in pro
uinciali.
h. l. neque. C. de
usuf. & hab.
i. d. l. quæstio.
l. naturaliter.
§. j ff. de acq.
poss.
k. d. l. neque.
l. l. foramen.
ff. de ser. rust.
præd.
m. d. l. foramē.
ubi Bar. & l.
ij nu. 2. 3. C.
de ser. & aq.
n. l. cum usuf-
fructus ff. de
usuf. legat. l.
uiij. ubi Bar.
ff de seruit.
o. l neque d. l.
foramē. Bar.
l. xij. C. de le-
gi. hær
p l ij. C. de ser
uit.
q. l. uij in fin.
ff. de usuc.
r. l. iiij. ff. si usuf.
pet.
s. §. j. Insti. de
usuc.
t. l. pe. C. de ser.
& aq.
u. l. si sic ff. quē
admod. ser.
amitt.

enim esse censet, an alternis diebus, uel annis, aut mensibus seruitus con stituta esset. Et si quidē alternis diebus, aut die tantùm, aut nocte tantùm, cùm statuto tempore amitti respondeat, longum tempus (de quo antè diximus) interpretabimur. Si uerò alternis annis, uel mensibus seruitus cōstituta sit, duplicato, inquit, constituto tempore amittitur. Ambiguū est Paul. respōs. Quid enim si uno tantùm die, alternis puta annis, seruitus aquæ ducendæ, uel itineris faciendi constituta sit, utrùm longo uel duplicato tempore non utendo amittatur? Et est Imper. const.[x] quæ probat, duplicato cōstituto tēpore amitti. Videamus tamen ne seruitutes, nisi loci uetustate[y], quæ semper pro lege habetur[z], hoc est diuturno & ueteri usu, longo dominio constituto[a], nobis non acquiritur. Quam loci uetustatem, ad id tempus referemus, cuius origo memoriam excessit[b]. Respon. si quis iustū seruitutis titulum habeat, exemplo rerum immobiliū, decem annis inter præsentes, & uiginti inter absentes, ius seruitutis sibi acquirit[c]. Modò non ui, non precario, non clam possederit[d], & de seruitute cōtinua agatur. Cæterùm si deficiat titulus, licet dominij acquisitio prohibeatur[e], tamen diuturno & longo usu acqui ri poterit[f], & tūc necesse non est do cere de iure suo[g]. Igitur qui sine titu lo possidet, ui, clam, uel precario pos sidere dicitur[h], qui nimirùm usucapiendi condictionem non habet[i]. Tamen propter temporis diuturnitatem, quasi semper legis autoritate possedisset defenditur. Quod tempus, centum annorum finibus concludendum est[k]. Cuius initij proba tio, si directè fieri nequeat, præsumptiuè tamen fieri poterit[l]. In quibus factis antiquis, multùm operatur fa ma[m], idemq; legis & priuilegij uicē
17 obtinet[n]. † Postremò acquiritur ius seruitutis, ex partium conuentione, puta, ex cōtractu emptionis, & alijs pactionibus, uel stipulationibus[p], de quibus cùm tandem dicendum nobis sit, ad obligationum diuisionem aggrediemur, quarū summam, sequens Tab. indicabit, explicationem uerò hoc libro secundo prosequemur.

x. l. fi. C. de ser uit.
y. l. j. §. fi. ff. de aq. plu. arcen.
z. l. in summa. ff. de aq. plu. arcen.
a. l. usum. ff. de aquæduc. lib. xj. C.
b. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æsti.
c. l. j. & seq. C. de ser. & aq. l. si quis. de præscr. xxx. ann.
d. d. l. j.
e. l. nulla. C. de rei uendic.
f. l. si quis diuturno. ff. si ser uit. uend.
g. d. l. si quis.
h. l. j. ff. uti pos sid.
i. d. l. nulla.
k. Monta. §. ubi tempus. Inst. de serui. Guid. Pap. q. 573.
l. Guid. Pap. q. 357.
m. Inno. c. ueniens. de uer bo. sig.
n. l. j. §. fi. de leg. iij. l. antep. de aq. plu. arcē. Alex. consi. viij. xvj.
o. l. iij. C. de ser uit. & aq.
p. §. si quis. Inst. de seruit.

Obligatio
- 1 *Naturalis, tantùm.*
- 2 *Ciuilis, tantùm.*

Quædam
- 1 *Neutra.*
- 2 *Mista.*

Loci *communes seruitutum*
- 1 *Personalium, de*
  - 1 *Rebus corporalibus & incorporalibus. Inst.*
  - 2 *Vsufructu & quemadmodū quis utatur fruatur. ff. & Inst.*
  - 3 *Vsufructu accrescendo. ff.*
  - 4 *Quando dies usufructus legati cedat eo.*
  - 5 *Quibus modis usufructus & usus amittatur. eo.*
  - 6 *Vsufructu earum rerum quæ usu consumuntur.*
  - 7 *Si usufructus petatur, uel ad alium pertinere negetur. eo.*
  - 8 *Operis seruorum. eo.*
  - 9 *Vsu & habitatione. eo. & C. & Inst.*
  - 10 *Vsufructu & quemadmodum caueat. ff.*
- 2 *Realium, de*
  - 1 *Seruitutibus. ff. & C.*
  - 2 *Seruitutibus urbanorum prædiorum ff. & Inst.*
  - 3 *Seruitutibus rusticorum prædiorum. eo.*
  - 4 *Communia prædiorum tam urbanorum, quàm rusticorum. eo.*
  - 5 *Si seruitus uendicetur. eo.*
  - 6 *Quemadmodum seruitus amittatur. eo.*

CAPVT V.

DE NATVRALI TANTVM OBLIGATIONE.

1 *Obligationis naturalis effectus.*
2 *Obligatio naturalis quæ sit. nu. 4. cum seq.*
3 *Obligatio naturalis actionem non parit. nu. 4. cum seq.*
5 *Pollicitatio quid.*
6 *Pactum nudum quid.*
7 *Obligatio naturalis actionem parit Reip.*
8 *Aduocatus utrùm ex clientuli pollicitatione agere possit.*
9 *Fideiussor naturali obligationi accedere potest.*
10 *Solutum ex præcedente naturali obligatione non repetitur.*
11 *Obligatio naturalis quibus modis tollatur.*

tantùm erratum esset, non item [c].

16 † Videamus tamen, ne per procuratorem, dominium etiam ignoranti acquiratur [d]. Imp. [e] enim per liberã personam ignoranti quoque acquiri possessionem rescripsit. Vt si rem illius, cuius negotia gerebat, esse existimãs, cùm sua esset, in alium transtulerit, dominiũ transfert [f]. Cui sententię Paul. [g] quoque adstipulari uisus est. Quæ sententia defendi posse uidetur, quando procurator rem suam ignoranter, pro re alterius tradidit, nihilominus enim eiusdem rei dominium transfert: quòd si rem alterius tanquam suam tradat, non item, ut ex Vlp. responsi. [h] colligimus. Curator furiosi, inquit, rem quidem suam quasi furiosi tradere, & dominium trãsferre poterit. Rem uerò furiosi, si quasi suã tradat, dicendum est, ut non transferat dominium, quasi non furiosi negotium gerẽs, tradidit. Sic hæres qui cùm se necessariũ putaret, cùm sit uoluntarius, hæreditatem adiuerit, eam repudiare non potest, secundũ Vlp. [i] cuius axioma à Bart. corruptum animaduertimus. Sic qui adita hæreditate non ualere testamentum, uel falsum esse putat, repudiare non potest, secũdum eundem Vlp. [k] tametsi ab eodem Bar. & Alex. eius quoque responsum subuersum sit. Sic si quis in propria ætate erret, cùm hæreditatem adiret, nõ impedit aditionem [l]. Vel conditionem sub qua institutus est, ignorauerit, hæredi non nocet, quò minus hæreditatem adire possit [m]. Ita tamen ut conditionem sub qua hæres institutus est, non ignoret [n]. Quæ tamen si eo inscio extiterit, hæreditatis aditionem non uitiat, quemadmodùm si ignoret, an cohæredis, cui substitutus est, repudiatione, portio ei delata sit [o], uel eius hæreditatem repudiauerit, de cuius morte dubitabatur, non enim sibi nocet [p], quemadmodùm & qui adijt ex posteriore testamento inualido per iuris errorem [q], quæ non satis animaduertit Bar. [r] tametsi ante aditam hæreditatem, si de uiribus testamenti dubitetur, hæreditas adiri non possit [s]. His tamen obstat Bart. [t] Nam, ut ait, si tibi mandauero, ut aliquid à Titio recipias, & Titius mandatum ignorans, tibi soluerit, non mihi, sed tibi acquiritur. Quod licet hoc subtile notandum esse admoneat, tamen contra suam subtilitatem expresse facit Vlp. respons. [u] Notantur simili uitio plerique leguli, in tacitos uirili & elato animo præditi, qui uel iura profitẽtes, cum suis subtilitatibus auditores in fraudem passim ducũt, uel causa cadant, in foro agentes, ut tandem causarũ desperatarũ patroni nomen, ex accidenti capiant. Ex semetipso quoque eundem ipsum conuinciemus. Nam si per falsum procuratorem nobis acquiramus, quemadmodùm & ipse ait [x] (tametsi contrarium uerius mihi uideatur [y].) Itemq; si debitor falso procuratori soluendo liberetur, & dominium eiusdem pecuniæ domino acquiratur [z]. Idem quoque dicendum erit, si uero procuratori solutum sit, tametsi is qui soluerit, eum procuratorem esse ignoret. Sed ut Bart. [a] nobis letale uulnus incutit, sic pharmacum quoque præstantissimum exhibet [b]. Nam admirabilem peneque diuinam, ad hæc iuris antra lucem adfert, ut nos miseris uinculis liberet, quam ut facilè cuique intuenti colligere liceat, in tabulam sequentem redegimus.

c d. l. si me.
d. § sed si. d. l. si me.
e. l. j. C. de acq. poss.
f. l. seruũ. uersi. cum ignorauet. uersi. & puto. ff. mãd.
g. l. possessio. ij. §. fin. ff. de acq poss.
h. l. Iul. §. curatorr. ff. de cur. furio.
i. l. is qui putat. ff. de acq hæ.
k. l. nec is. eod. Bart. l. xlvj. nu. 2. eo.
l. l. xcv. ff. de acq. hær.
m. l. si quis extraneus. §. si quis partem. ff. eo. ubi Bar. not.
n. l. heres. ff. de acq. hær.
o. d. §. si quis.
p. Bald. l. j. C. de pac. & ibi Bar.
q. l. Cornelius. ff. de acq. hæ.
r. d. l. hæres. ubi ad ipsum annot.
s. l. eum qui. l. uentre. ff. de acq. hær.
t. Bar. l. si sponsus. §. si merito. nu. 4. ff. de don. inter uir. & uxo.
u. l. si me. §. sed si. ff. de acq. poss.
x. Bar. l. falsum. num. 9. C. de fur.
y l. per eum. ff. de acq. poss.
z. l. si qui seruo. ff. de solu. Bart. d. l. falsus.
a. d. §. si maritus.
b. Bar. l. j. ff. de off. proc. Cæsar.

Vtrum

Vtrum error impediat dominij translationem? Respond. Error versatur circa quinque, uidelicet, Aut circa

- 1 *Substantiam personæ, & dominium non transfertur.*
- 2 Causam traditionis dominij. Aut ambo contrahentium, in eadem causa
  - *Consenserunt, cum tamen errent, & non impeditur dominij translatio sed condicitur.*
  - *Non conueniunt, Aut*
    - *Vtraque est habilis ad dominiū transferendum, aut*
      - *Apparet quòd tradens ex una causa tantùm, uolebat transferre dominium, & non ex alia, & impeditur dominij translatio.*
      - *Non apparet, quòd uoluerit tātùm ex una causa tradere, tunc talis error in causa traditionis, non impedit dominij translationem.*
    - *Altera tantùm est habilis, ad dominium trāsferendum, & non transfertur dominium.*
- 3 Qualitatem, ut si putem
  - 1 Liberum, cùm sit seruus.
  - 2 Patremfamiliâs cùm sit filiusfam.
  - 3 Diuitem, cùm sit pauper.
  - 4 Sanæ mentis, cùm sit furiosus.
  - (1–4:) *Et dominium non transfertur.*
  - 5 Te Procuratorem T. cùm non esses, Aut
    - 1 *Habuisti mandatum, sed fuit reuocatum, & furtum non committitur.*
    - 2 *Nunquàm habuisti, & furtum committitur.*
- 4 Rem, Aut in
  - 1 Corpore, ut si cùm uellem dare equum, hominem dedero, dominium non transfertur.
  - 2 *Substantia. Vt uolens dare massam argenteam, ipsa sit æris, & dominium non transfertur, nec contractus ualet, tametsi stipulatio ualeat.*
  - 3 Nomine rei,
    - 1 Proprio, & transfertur, si de corpore constet.
    - 2 Appellatiuo. Et dominium non transfertur, nisi illa nomina maximè conueniant. l. si quis in fundi uocabulo. de leg. j.
  - 4 *Mensura rei, & impeditur dominij translatio, in eo in quo erratum est.*
- 5 Dominiū, Aut errans tradit, ut
  - 1 Suam, Aut
    - 1 *Scit suam esse, sed tradit tanquam alienam, & dominium non transfertur.*
    - 2 *Scit suam esse, sed erratur in causa dominij: ut credo me dominum ex una causa, & sum ex alia, & tunc impeditur translatio dominij.*
    - 3 Ignorat suam esse, aut
      - 1 *Tradit eam utpote si eius esset, cui tradidit, & impeditur dominij translatio, Nisi autoritate rei iudicatæ traderetur.*
      - 2 Tradit rem tanquam eius, cui tradit, aut
        - 1 *Tanquam alterius, à quo causam habet. Et NON, (sic enim restituendus est hic corruptus locus Bar.) impedit translationem dominij.*
        - 2 *Tanquam alterius, à quo causam non habet, & impedit translationem dominij.*
  - 2 Alienam. Aut tradit ut
    - 1 *Suam, & dominium non transfert. Nec à domino rei, hæc translatio rata haberi potest, Nisi in subsidium, perempta re, uel præscripta.*
    - 2 Tanquam domini. Aut
      - 1 Non habet mandatum, & dominium non transfertur.
      - 2 Mandatum
        - 1 Speciale.
        - 2 Generale, cum libera.
        - 3 In rem suam procurator.
        - (1–3:) Dominium transfertur.

Ex ijs facilè colligere licet, quando
per alterum, nobis tametsi ignoranti
17 bus acquiratur.† Multò magis si idē
procurator, mandato, uel iussu meo,
rem emerit, dominium & propterea=
tem mihi soli acquirit[c]. Maximè si
meo nomine illi tradita sit[d]. Intelligo
mihi tametsi ignoranti rem sibi tradi
tam, dominiū acquisitum esse[e]. Non
enim sibi acquirere uidetur is, qui
praecedente alterius mandato, uel ius
su, aliquid acquisiuerit[f]. Quo nomi=
ne dominus qui mandauit, habet a=
ctionem mandati contra facientem,
& faciens contra eum, non contra il=
lum cum quo contrahitur, nisi hoc
sciuerit[g]. Sic quoque si de contraria
facientis uoluntate apertè cōstiterit,
tunc sibi, nō domino mandāti acqui=
ritur[h]. Vt si sciat iussum tacitè uel ex-
pressè, reuocatum esse, tunc enim sibi
acquirere uidebitur[i]. Cęterùm quod
diximus, dominium etiam ignoranti
acquiri posse, nequaquam ad usuca=
18 pionem trahendum est.† Nam usuca
piendi conditio, non nisi scienti ac=
quiritur, secundum Paul.[k] Pomp.[l] &
Imper.[m] Paul.[n] tamē sibi & alijs ob=
stare uidetur. Cùm me absente, in=
quit, negotia mea gereres, imprudēs
rem meam emisti, & ignorans usuce=
pisti, mihi negociorum gestorum iu-
dicio ut restituas, obligatus non es.
Sed intelligit ipse Paul. emptorem
ignorare rem alienam esse, quod in
usucapione desideramus, nempe bo
nam fidem, quæ ex ignorantia rei a=
lienæ præsumitur. Non uerò intelli=
git Paul. emptorem ignorare, rem à
se, uel à procuratore suo emptam, aut
alio titulo sibi acquisitam esse: nam si
hoc ignoraret, usucapiendi condi=
ctionem impediret, ut antè diximus.
Atque ita Imp. respons.[o] interpretan
dum est. Placet, inquit, nō solùm sciē
tibus, sed & ignorantibus uobis, ac-
quiri possessionem, etiam dominiū,
si dominus fuerit qui tradidit[p]. Vel
usucapionē, aut longi temporis præ=
scriptionem, si dominus nō sit. Ita ta=
mē, intellige, si sciuerit dominus rem
procuratori traditam esse. In hanc&
sententiam Caij respons.[q] trahendum
esse censeo. Cuiuscunque, inquit, rei
possessionem adepti fuerint (de ijs
quos in potestate habemus, loqui=
tur, quod etiam ad liberas personas,
quæ bona fide nobis seruiūt, referri
potest) id nos possidere uidemur (tam
etsi ignorantes) Vnde etiam per eo=
rum longam possessionē, dominium
nobis acquiritur (si sciuerimus) Tam
etsi non incommodè dici posse ui=
deatur, nobis etiam ignorantibus,
usucapiendi condictionem ex per=
sona filij, acquiri posse. Nam si filius
usuceperit, ex persona ipsius, mihi
19 ignorāti dominium acquiritur.† Cæ=
terùm si mihi ignoranti, possessio &
dominium rei, procuratori meo tra=
ditæ, acquiratur, multò magis si ius=
sus præcesserit, uel ratihabitio sequa
tur[r]. Vt si emptor uenditorem pro-
curatori rem tradere, uel apud ipsum
deponere iusserit, ipsi emptori tradi=
ta censetur[s]. Idem si uenditor empto
rem alteri precium tradere iusserit[t].
Sic & per eum qui cōstituit se nostro
nomine possidere, possessio nobis
acquiritur, & per eundē in nos trans
fertur dominium[u]. Extat in hanc sen
tentiam præclarissimum Celsi[x] re=
spōs. Quod meo, inquit, nomine pos
sideo, possum & alieno nomine pos=
sidere. Nec enim muto mihi causam
possessionis, sed desino possidere, &
aliū possessorē ministerio meo facio,
nam is possidet, cuius nomine possi=
detur[y]. Obserues igitur diligenter, cū
tibi dominiū rei alicui[a] acquirere uis,
ut is q prius possidebat, in contractu
asserat, se tuo nomine possidere, sic
enim protinus nācisci possessionem
uideris[z]. Sic si pcurator, mandāte do
mino rem emerit, eiq domini nomi=
ne tradita sit, protinus illi acquirit pos
sessionē[a]. Calistr. cōtrà[b], Res, inquit,
ex mandato meo empta, non prius
mea fiet, quàm si ille tradiderit mihi,
qui emerit. Respōd. non omnia per
quamlibet liberam personam nobis
20 acquiruntur.† Puta adoptionis con-
tractus, & solennitates eiusdem, per
alium peragi non possunt[c]. Sic pos=
sessio, utpote facti[d], per liberam per-
sonam statim domino acquiritur[e].
Dominium uerò quod iuris est, non
potest nisi re tradita nobis acquiri[f].
Et hoc ipsum uelle uisus est Imper.[g]
Excepta, inquit, possessionis causa,
per liberam personam, quæ alte=
rius iuri subdita non est, nihil acqui=
ri posse.

c. l. qui in alie na. §. si is q. ff. de acquir. here.
d. l. si procuratori. j. ff. de acq. rer. dom. l. per procuratorē. C. de acq. poss. l. si quis. §. si ab ignoto. ff. de manu.
e. d. l. si procuratori.
f. l. qui seruum. ff. de interroga. act. l. si pupilli. §. j. in glo. mag. ff. de nego. gest. l. si ita quis. §. Seia. de uerb. obli. l. res ex mandato. de acq. rer. do.
g. l. sed Iul. § j. ff mand.
h. d. § si is qui.
i. d. §. si is. ij. responſ.
k. l. si possessio. ij. §. etsi. ff de acq. possess. l. nunquam. ij. ff. de usuc.
l. l. si fur. §. j. ff. de usuc.
m. l. j. C. de acq. poss.
n. l. at qui. §. cum me. ff. de neg. gest.
o. §. ex ijs. Inst. per quas p. nob. acq.
p. l. traditio. ff. de acq. re. do.
q. l. acquiritur. §. non solùm. de acq. re. do.

r. glo. l. si quis negotia. ff. de neg. gest.
s. l. j. §. si iusserim. l. quod meo. §. si uenditor. ff. de acquir. poss.
t. d. §. si iusserim. & l. ij ff. de sol.
u. l. quæ lam. ff. de rei uēdit.
x. l. quod meo. ff. de acq. pos.
y. l. interdū. eo.
z. Bar. l. si ager. num. 2. ff. de rei uendit.
a. l. j. §. si procuratorem. l. si procurator. & l. si cōmunis. §. j. ff. de acq. poss.
b. l. res ff. de acq. rer. do.
c. l. post. in fi. ff. de adop.
d. l. j. §. si uir. ff. de acq. pos.
e. l. cōmunis. §. j. ff. de acqui. poss.
f. d. l. res.
g. l. j. C. per quas pers.

ri posse, indubitati iuris est. Hoc est, ut ego interpretor, possessio per quemlibet nobis acquiri potest, dominium uerò non, nisi re nobis tradita. Et Paul.[h] Si ego hac mente pecuniã procuratori dem, ut ea ipsa creditoris fieret, proprietas quidem per procuratorem non acquiritur. Addas rationem, quòd proprietas sine traditione à procuratore non acquiratur[i]. Sic Iul.[k] Sicut, inquit, seruus communis stipulãdo nominatim alteri ex dominis, ita per traditionem accipiẽdo, soli ei acquirit (possessionem, non dominiũ, ante rem sibi traditam.) Sic paulò pòst, Fructuarius seruus, si dixerit se domino proprietatis per traditionem accipere ex re fructuarij, id totum (quòd ad possessionem, non uerò dominium, ante rem traditam) domino acquirit. Sic Vlp.[l] Si procuratori meo hoc animo rem tradiderit, ut mihi acquirat, ille quasi sibi acquisiturus acceperit, nihil agit in sua persona, sed mihi acquiritur. (Possessio, non dominium.) Si tamen proprietas à possessione separari non posit, dominium quoque per procuratorẽ acquiri potest[m]. Hæc de
21 possessione & dominio satis. † De obligationibus uerò quæ ex cõtractibus proficiscuntur, de quibus hoc secũdo libro agimus, hoc in uniuersum nobis statuẽdũ est, eas nisi specialiter domini mandatũ præcesserit[n], ei'que cessa actio fuerit[o], domino per procuratorẽ non acquiri. Maximè si de pacto obligatorio ageretur, non enim nisi facta cessione, domino per procuratorẽ actio acquiritur. In pactis uerò liberatorijs nõ est opus cessione[p]. In iudicijs præterea procurator omnium eorũ quæ gessit, acquirit actionem utilem domino sine cessione[q]. Sed iam de ijs quæ nobis per procu-
22 ratorem acquiruntur, satis.† Superest uidendum, an per ipsos alteri obligemur. Et uulgò receptum est, nos per ipsos minimè obligari: ut si iudicatũ solui satisdederint[r]. Iul.[s] contrà, probat enim dominum, non procuratorem obligatum esse. Si procuratori, inquit, tuo, mutuam pecuniam dedero, tui contemplatione, ut creditorem tuum, uel pignus tuum liberet, aduersus te negotiorum gestorũ actionem

h. l. si ego. ff. de nego. gest.
i. l. res. ff. de acquirer. do.
k. l. per seruũ. §. sicut. ff. de acq. rer. do.
l. l. qui mihi. in fi. ff. de donat.
m. l. per procuratorẽ. ff. de acq. poss.
n. l. Iul. §. si procur. ff. de act. emp.
o. l. possessio. ij §. fin. ff. de acq. poss.
p. Bar. l. rescriptum. §. plerunq. nu. 2. ff. de pact.
q. l. in causæ. in fi. ff. de procur. l. in omnibus. de præ tor. stip. l. in. §. ex conuentione. glo. fi. ff. de iud.
r. l. & si procur. §. fi. ff. de procur.
s. l. si pupilli. §. j. ff. de neg. gest.

habeo, aduersus eum cum quo contraxi, nullam. Admonendi sumus, tres ad quæstionem propositã iure Ciuili pugnãtes sentẽtias esse, prima quam proximè retulimus, quòd solus procurator, non dominus teneatur. Cuius hæc ratio est, quòd sententia lata, finitũ sit mãdatum ad agendum (nisi procurator generalis esset.[t]) Tum etiam quòd procurator, ad quod dominus nõ tenebatur, se obligauerit[u]. Hæ sunt causæ, quamobrem aduersus dominum, ex satisdatione procuratoris, iudicatum solui actio non detur. Hanc priorem sententiam, etiam eo casu receptam esse existimo, dum procuratori simpliciter pecunia creditur, ut eo nomine dominus nõ conueniatur, sic enim Imper.[x] rescripsit, Sancimus, ut qui seruo colono, conductori, procuratori, actori'ue possessionis, pecuniam mutuam dat, sciat dominos possessionum, cultores'ue terrarum obligari non posse. Idem in curatore minorum, cui si suo non minoris nomine pecunia credita est, aduersus minores nulla actio competit[y]. Sic si domus proditoris, lenonis uel alterius malefici demolienda sit, illa'que fuerit domini procuratoris rei, domus non demolietur[z]. Altera & opposita sententia est, quòd dominus tantùm, & non procurator conueniendus sit, hæc primò procedit, quando iussu domini, procuratori solutum est. Nam, si patris iussu, mutuam pecuniam filiusfa. accepit, se[que] eius hæreditate abstinet, à creditoribus conueniri non posit[a]: eadem in procuratore, cui iussu uel mandato domini solutum est, obseruabimus[b]. Idem & in eo receptũ est, qui aliquẽ negotio præfecerit, cuius nomine æs alienum specialiter cõtractum sit, in dominum enim actio competit[c]. Sic cùm pro debitore, etiã eo inuito constituere[d], etiam per nuncium[e], permissum sit: non in procuratorem, sed in dominum actio datur[f]. Tertia & utrique opposita sententia est, quòd aduersus utrunque actio competat, Imper.[g] sic rescripsit, Si literas eius secutus, qui pecuniæ actor fuerat, ei qui tibi literas tradidit, pecunias credidisti: tam condictio aduersus eum, qui à te mutuam sumpsit pecuniam,

t. Bar. d. l. si procurator. nu. 2. & l. hoc iure ff. de sol.
u. §. sed hodie. Inst. de satisd.
x. l. fi. C. quod cum eo.
y. l. si creditor. C. si tutor, uel curat.
z. Bar. l. j. de defens. nu. 2. lib. xij. C.
a. l. si ex contrac. C. quod cum eo.
b. l. fi. ff. quod iussu. l. liberto. ff. de neg. gest.
c. l. fi. ff. quod cum eo.
d. l. utrum. ff. de const. pe.
e. l. qui autem. in fi. eo.
f. d. §. j. l. si p[r]opin.
g. d. l. si libertus. C. mand.

» quàm aduersus eum cuius manda»
» tum sequutus es, mandati actio tibi
» competit. Quod non tantùm in man
dato, uerùm etiam in institoria actio»
ne receptum est[h]. Hanc posteriorem
sententiam, cum duabus prioribus
sic cõfero, ut primò cum autore con»
tractus, hoc est, qui causam contra»
ctus dedit, experiendũ sit, in subsidiũ
aduersus alterũ. Puta, secundùm pri»
mam sententiam, in dominum actio
non datur, sed in procuratorem tan»
tùm. Intelligo principaliter, in subsi»
dium uerò & ex causa, aduersus do»
minum. Vt si procurator utiliter ges»
serit, tamen si negotiũ effectum non
sortiatur, utiliter in dominum agetur[i].
Nam in negotio necessario casus su»
perueniens non nocet gestori[k]. Mul
tò magis si in domini utilitatem res
uersa sit[l]. Atque ita Imper. respons.[m]
» interpretabimur. Eum qui, inquit, mu
» tuam sumpsit pecuniam, licet in res
» alienas (creditore non cõtemplatio»
» ne domini rerum eam fœneri dante)
» principaliter obligatum, obnoxium
» remanere oportet. Ex quo elicimus,
primò competere actionem aduer»
sus eum, qui contractui causam de»
derit. Salua tamen competenti actio»
ne aduersus eum, hæredes'ue suos,
cuius res ex illo præcedenti contra»
ctu utiliter gesta est[n]. Hinc est, quòd
licet minor ex contractu curatoris
non teneatur[o]. Tamen si in rem mi»
noris pecunia profecta sit, personalis
in eundem minorem actio cõpetit[p].
Eadem de Ecclesia[q], uel Ciuitate[r] di»
cemus, ut ita demũ ex contractu pro»
curatoris sui obligentur, si in rem suã
fuerit. In hanc'que sententiam illud
Imp. respons.[s] quod ad quæstionem
propositam, nobis plurimum face»
scit negotij, trahendum esse censeo.
Nempe quòd gratia utriusque, tam
domini, quàm procuratoris, pecunia
credita, uel in rem procuratoris uersa
fuisset. Quæ licet ex eodem non eli»
ciantur, tamen æquitate suadente di»
uinare potius, quàm legem emenda»
re licet. Quartam sententiam adda»
mus, ex Imper. respons.[t] quòd domi»
nus teneatur ex contumacia procu»
ratoris, si conscius fuerit. Atque ita
» Vlp. respons.[u] interpretabimur. Si
» procurator tuus inquit, uel tutor, uel

h. l. si mutuam. C. de inst. act.
i. l. sed an ultro. §. j. ff. de neg. gest.
k. l. siue hæreditaria. eod.
l. l. iij. §. j. ff. de in rẽ uers.
m. l. eum qui. si cer. pet.
n. l. ei qui. C. quod cũ eo.
o. d. l. si creditor.
p. l. si in rem. C. quãdo ex fac. tut.
q. authen. hoc ius. C. de sac. ecc.
r. l. ciuitas. ff. si cer. pet.
s. d. l. si literas.
t. l. ij. de exceptione. libro xij. C.
u. l. j. §. si procur. ff. si quis ius dicen.

» curator ius dicenti non obtempera»
» uerit, hoc edicto ipse punitur, non
» dominus, uel pupillus. Nisi, ut antè
» diximus, conscius fuerit. Cæterùm
cùm non per quamlibet personã no»
bis acquiratur, uideamus quibus no»
minibus designẽtur ij, per quos no»
bis acquirere possumus, & quæ ab
23 ijs nobis acquiri possunt.† Sunt qui»
bus nominatim onus aliquod iniun»
gitur, qui procuratores nuncupãtur.
Quorum usus perquàm necessarius
est, ut qui rebus suis superesse non
possunt, ut si absentes, saltem per a»
lios uel agere, uel cõueniri possint[x].
Per quos nobis scientibus, uel igno»
rantibus rectè acquirere possumus[y].
Per quos quicquid in domini utilita»
tem gestum est, perinde ualet, ac si à
domino gestum esset[z]. Qui tamen
simpliciter constitutus liberam admi
nistrationem non consequitur, exce»
pto procuratore principis[a]. Genera»
lis uerò procurator, omnia potest,
quæ nominatim iure prohibita non
24 sunt. Prohibitum † autem est, ut antè
diximus, ne pro ijs qui adoptionem
cõtrahunt, intercedere possint[b]. Eo»
dem arg. dicendũ uidetur, per procu»
ratorẽ, filium emãcipare permissum
nõ esse, quod annuere uidetur Imp.[c]
» dum ait, Neque mulierem per maritũ,
» neque alium per procuratorem ma»
» numittere posse[d]. Qua tamen in re,
amplius deliberandum est[e], Imper.
enim Honorius ait[f], non referre, per
quem preces oblatæ fuerint. Secun»
dùm priorem sententiam, filius per
procuratorẽ legitimari non poterit[g].
Sic per liberam personam, pignoris
obligatio nõ acquiritur, adeò ut nec
per procuratorem plerunque, uel tu»
torem constituatur[h]. Sic per procu»
ratorem hæreditas acquiri, uel repu»
diari non potest[i]. Nam cùm per pro»
curatorem ex re nostra, uel ex operis
suis tãtùm, nobis acquiratur[k], & adi»
tio hæreditatis non sit opera[l], meritò
per ipsum hæreditatem nobis acqui»
rere nõ possumus. Procuratore prin»
cipis excepto, qui eius iussu hæredita
tem adire potest[m]. Sic queadmodùm
quæstor per procuratorem stipendia
soluere non potest, ita stipẽdiarij non
possunt constituere procuratorem,
ad suum recipiendum[n]. Sic procu»
rator in

x. l. j. in pr. ff. de procur.
y. §. ex ijs inst. per quas perso. cuiq. acq.
z. l. j. §. fi. ff. de procur. Cas.
a. Bar. d. l. j. in prin.
b. l. post. in fi. ff. de adop.
c. l. nec mulierem. C. de man. lib.
d. l. uberem. uers. à semet ipso. C. de emanc. lib.
e. Bar. l. gallus. §. forsitan. de lib. & posth.
f. uniuersis. C. de precibus imp. offer.
g. Nic. de Neapol. ad Bart. de excus. tut. l. xxviij. nu. 3. Bar. l. Gallus. §. forsitan. num. 1. 2. ff de lib. & posth. cum all.
h. l. solutum §. pe. ff. de pig. act.
i. l. per procur. ff. de acq. hær. Bar. l. ij. ff. de offi. procur. Cæsar.
k. l. qui bona. ff. de acq. rer. dom.
l. l. aditio. ubi Bar. ff. de acquir. hær.
m. l. j. ff. de off. procu. Cæs.
n. Bar. l. iubemus. nu. 1. 2. de erog. milit. ann. libro xij. C.

rator in criminalibus causis non constituitur[o]. Et per procuratorem, tu-
25 tor suspectus non accusatur[p]. † Sunt & alia nomina eorum, per quos alteri acquiri potest. Vt Tutores, qui pupillis[q]. Curatores, qui furiosis, prodigis, & similibus[r]. Serui publici, quos Tabelliones, uel Notarios, seu Scribas nũcupamus, qui Reip.[s] & pupillis[t], utilem actionem acquirũt[u]. Sed & cuilibet indistinctè, modò tamen ut quod per ipsos gestum fuerit, ratum habeatur[x]. Sed iam de personis, per quas acquiratur, nunc de rebus quæ per ipsas personas acquiruntur, uidendum est.

o. Bart. l. ij ff. de offi. proc. Cæs.
p. Neapol. ad Bar. de excu. tut. l. xxxij.
q. l. j §. exigere ff. de mag. conue.
r. l. j ff de bo. poss. furio.
s. l. Catius ff. de usur.
t. l. ij. ff. rem pup.
u. l. iij. eo.
x Dec. cõs. 326. Sali. rubr. de uerb. ob.

Loci communes, earum personarum, per quas nobis acquiritur.
1 Per quas personas nobis acquiratur. C.
2 Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur. C. & Instit.
3 Per quas personas cuiq; acquiritur. Instit.
4 Per quas personas obligatio acquiritur. Eo.

CAPVT III.

DE RERVM APPELLATIONE.

1 *Rei uerbo quæ ueniant.*
2 *De differentia iudicij uniuersalis & particularis.*
3 *Iura & actiones, inter res mobiles, & immobiles, mistæ sunt.*
4 *Annui redditus, inter immobilia connumerantur.*

1 † RES
1 Mobiles.
2 Immobiles.
3 Mistæ.
Quædam
1 Corporales.
2 Incorporales.

2 REI † uerbum generale[a], & latior quàm pecuniæ appellatio est[b], omnes enim res tam corporales, quàm incorporales continet. Corporales sunt, ut Paul.[c] ait, quæ tangi possunt, ueluti fundus, homo, uestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles: Incorporales sunt, quæ tangi non possunt, quales sunt quæ in iure consistunt, sicuti hæreditas, siue testamentũ[d], usus fructus, obligatiões, quoquo modo cõtractæ, sic & ius uendicationis, usus, usus fructus[e], dos[f], reditus, ea quę extra cõputationem patrimonij nostri sunt[g], deniq; tam mobiles, seu se mouentes, quã immobiles[h], causæ itemq; & iura[i], rei appell. continentur. Videtur tamen, rei appel. non genus sed speciem significari, Pau.[k] enim sic scribit, Si in rem aliquis agat, debet designare rem, & utrùm totã, an partem & quotã petat, Appellatio enim rei, non genus, sed speciẽ significat.
3 Respõ. † Licet in particulari iudicio, ea quę tempore iudicij cœpti insunt, tametsi expressa non fuerint, tacitè inesse intelligantur[l]. Non tamen ea quę post acceptũ iudicium acciderint[m]. Meritò rem actor designare debet, & utrùm totã an partem, uel quotam[n], generi enim per speciem derogatur[o]. In iudicio uerò uniuersali secus est, puta in petitione hęreditatis, quæ cũ sit successio in uniuersum ius, meritò actor qui petit se pronũciari hæredem, in executione ueniũt omnia bona hęreditaria, etiam illa quæ post lit. contest. possideri cœpta sunt[p]. Hinc est quòd in particularibus iudicijs, alienatio nisi post litis contest. prohibita non censetur[q], in iudicijs uniuersalibus secus est[r], tametsi hodie idẽ sit in particularibus[s]. Sic iudicia particularia, uniuersali præiudicium non pariunt, quæ nimirùm in aliud tempus protrahẽda sunt: ut si iudiciũ particulare, petitioni hæreditatis præiudiciũ faceret, dilatandum esset, quò ad iudicium uniuersale finẽ acciperet[t]. Vniuersalia uerò iudicia, propter particulare iudiciũ non remorantur[u]. In quibus particularibus iudicijs, illa causa potior est, quæ prius inchoatur, si sint inuicẽ præiudiciales[x]. Si uerò uniuersalis causa cõcurrat, præferenda est[y]. præthereà iudicia particularia ita demum se impediunt, si sint ad inuicem adeò præiudicialia, ut absolutoria lata in prima parte, pariat exceptionem rei iudicatę in secũda[z], aliàs minimè[a]. Sed in uniuersali est hoc speciale, quod differãt alia iudicia, ob uel minimum præiudiciũ[b]. In illis quoque iudicijs particularibus, cõsiderantur causæ præiudiciales inter easdem personas tantùm[c]. In iudicijs uerò uniuersalibus, inter diuersas personas[d], quæ tamen hodie non adeò attendẽda sunt[e], maximè quan-

a. l. j §. j. ff. si certi pet.
b. l rei appel. §. ff. de uerbo. sign.
c. l. j §. quedã. ff. de rer. diui. §. incorporales. §. fin. Inst. de reb. corp.
d. Bar. l. j nu. 7. ... ff. de testam.
e. l. fi. C. de præscr. long. tëp.
e. l. exitus. de uerb. sig.
f. Bar. sol. mat. in rub nu. 17.
g. l. v. nu. 3. & 8 ff. de impẽs. in rebus do. fac.
g. d. l. rei.
h. l. mouentiũ. de uerb. sig.
i l. rei ij. de uerbo. sig.
k. l. si in rem. ff. de rei uend.
l. l. fi. in fi. C. de ann. excep
m. l. nõ potest. ff. de re iud.
n. d. l. si in rem.
o. reg. generi. in vj. dixi li. iij q. c. j. cũ seq.
p. l. si hæreditatẽ. l. si quo tempore. ff. de pet. hære. Bart. l. xx. l. non. in fi sol. mat.
q. l. ij. C. com. diu. l j. de lui.
r. l. diuus. ff. de pet. hære l. si post motam. C. de transf.
s. l. litigiosa. C. de litig.
t. l. si quis libertatem. ff. de pet. hær.
u. d. l. si quis.
x l qui prior. ff de iud.
y. d. l. si quis.
z. l. fundi. l. fundum. de excep rei iud.
a. l. sed si ante. eo.
b. d. l si quis.
c. d l. fund.
d. d. l. si quis. cũ gl. quæ ratione reddit.
e. l fi. C. de pet. hered.

ximè quãdo petitor uel possessor cõuenitur à tertio. Sed si conueniunt se inuicẽ aliquo iudicio particulari, secus est[f]. Aliæ præterea inter res uniuersales & particulares, differẽuç singulares statuendæ sunt. Nam quãdo quis rem uniuersalem, puta, hæreditatem emit, à creditoribus hæreditarijs conueniri potest[g]. Et sic hæreditaria actio, quæ utpote personalis, in hæredẽ tantùm datur[h], quãdoque & in particularẽ successorẽ competit[i]. Actio uerò rei particularis, in particularem successorem non transit[k]. Qui tamen hæreditatis particularis successor, iure hæreditario, non tantùm iura, uel corpora, siue apud defunctũ pertinerent iure dominij, siue possessionis, sine detẽtionis[l], uerùm etiam accessiones consequit. nã eùm hæreditas augeatur accessionib[9], meritò eius accessiones, in hæreditatis petitione ueniũt[m]. Accedat etiam ꝙ in uniuersalib[9] iudicijs, preciũ succedit loco rei[n]: in particularibus, secus est[o]. In quibus etiã in materia probationũ, indefinita non æquipollet uniuersali[p]. Iis tamen obstat, quòd in iudicio famil. ercisc. non ueniant nisi ea, quæ erãt tempore mortis testatoris[q]. Respon. Quod à testatore ablatũ est, eùm protinus eius possessionẽ amittat[r], id amplius in bonis eiusdem esse non censetur, quò fit ut in famil. ercisc. iudicio non ueniat[s]. Ea uerò quę sunt in bonis testatoris tempore mortis, citra controuersiã ueniunt[t]. Vnde si ad reum aliquid peruenerit, pendẽte iudicio, hoc natura actionis accedit[u]. Hæc de rebus uniuersalibus & particularibus satis, quarũ quędã mobiles, alię immobiles, alię porrò mistę.

4 Vt † iura & actiones, siue debitorum nomina, quæ secundũ Cel.[x] mobiliũ appel. non ueniũt[y] Imp.[z] cont. annuere uisus est, Mobiles, inquit, res, uel se mouentes, uel instrumenta. Dy.[a] sic distinguit, aut actio cõtinet mobilia, & tũc mobilis erit, &c. Hãc sol. sequitur Bar.[b] quæ non prorsus ratione caret, mobile enim immobili cohęrens, immobile cẽsetur[c]. Mihi tamẽ uidet, debitorũ nomina, mediũ quoddã inter mobilia & immobilia, genus esse, ut satis Vlp.[d] indicat, & Bart.[e] ea fuisse sentẽtia uidetur. Hinc ait[f], si tibi bona mea mobilia & immobilia cedã, non tamẽ iura & actiones uenire, quia est tertium quoddã genus per se, quod alicui extremorũ non cõuenit.

5 † Vectigalia autem, tributa, census & emphyteusis, quo in genere constituamus, incertũ ex Imp. const.[g] uidetur. Sed idem apertius indicat[h], colonos, mancipia rustica, ciuiles annonas, annuos denicꝫ redditus, inter immobilia referendos esse. Qua in re, animo Bar.[i] titubante, in posterũ eandẽ sententiam sequutus est[k], de quibus, capite sequẽti, eò dicendũ mihi uisum fuit, ut nobis tandem earum rerùm aperta sit uia, de quibus obligatio cõtrahitur.

f. d. l. si quis. uersi. nam cũ quidam. & l. nõ distingue mus. §. si is. de arbit. Bar. d. l. si quis. numero 12.
g. l. etiam. §. 4. fi. ff. de peti. hær.
h. l. j. §. si hæres. ff. ad tre.
i. d. §. quód si.
k. l. fi. ff. de cõtrahen. emp. l. sed si lege. § item si rei. ff. de pet. hæ.
l. l. itẽ uidedũ. §. nunc. ff. de pet. hær.
m. l. itẽ ueniũt. §. item nõ solum. ff. eo.
n. l. sed & rẽ. ff. de pet. hæ. l. Imp. de legat. iij.
o. l. qui uas. in fi. C. de fur.
p. Add. ad Bar. iij. C. un. legit.
q. l. & puto. §. & ideo. ff fa. hercisc.
r. l. si rem. ff. de acq. poss.
s. d. §. & ideò.
t. l. si hæreditatem. ff. de pe. hæred.
u. Bar. l. edita. in prin. uers. contra. C. de eden. & l. v. in fi. de iuris. om. iud.
x. l. si chorꝰ. §. j. de legat. iij.
y. Bar. §. j. nu. 5. auth. de non alie.
y. Bar. l. xv. nu. 28. ff. de uulg.
z. l. ij. uer. mobiles. quando & qb. quar. pars. lib. x. C. & Bar. d. §. j. nu. 5.

a. l. potest. de auto. tut.
b. l. mouentiũ. de uerb. sig. l. vt. de cura. fur. l. j. nu. 4. si ad uers. trã sac. Bart. §. j. nu. 5. auth. de non alie. & l. ij. nu. 9. C. ubi in rẽ act.
c. l. eium. ff. de usuc. Ang. §. j auth. de nõ alien.
d. l. à diuo pio. §. in uẽditione. ff. de re iud.
e. d. l. mouẽtiũ. & l. j. nu 4. C. si aduers. trãs. l. xvij. ff. de aut. tu.
f. Bar. l. j. nu. 5. C. si aduers. trãsac. l. sciẽdum. nu. 10. ff qui satisd. cog.
g. auth. de ale. & emphyt. in prin. uers. rem & uers. neque.
h. §. ult. auth. de non ale.
i. l. sciendum. nu. 10. cũ add. ff qui satisd. cog.
k Bar. auth. de non alie §. j. nu. 2.

CAPVT IIII.

DE SERVITVTIBVS.

1 *Rerum incorporalium summa diuisio.*
2 *Seruitutis definitio, & diuisio.*
3 *Seruitutum actiones. 4.*
4 *Alueum quis reficere teneatur.*
5 *Vsus & usufructus differentia.*
6 *Seruitutum realium & personaliũ differentia.*
7 *Vsufructuarius quos sibi fructus acquirat.*
8 *Vsufructuarij & bo. fi. possessoris differentia.*
9 *Vsusfructus quomodo finiatur.*
10 *Vsusfruc. filiofa. relictus, morte ipsius non extinguitur, sed in patrem transit.*
11 *Seruitus quibus modis acquiratur.*
12 *Seruitutis urbanæ & rusticæ differentia.*
13 *Seruitutes quomodo præscribantur.*
14 *In præsc. seruitutis, tit. non attendimus.*
15 *In præscriptione seruitutis, scientiam domini desideramus.*
16 *Seruitutes quanto tempore præscribantur.*
17 *Seruitus ex partium conuentione acquiritur.*

1 Res † incorporales.
- 1 *Hereditas.*
- 2 *Seruitus.*
  - 1 *Negatiua.*
  - 2 *Adfirmatiua.*
  - } Quędam
    - 1. *Personalis*
      - 1 *Vsus.*
      - 2 *Vsusfructus.*
    - 2. *Realis,*
      - 1 *Vrbana.*
      - 2 *Rustica. In*
        - 1 *Solo.*
        - 2 *Superficie.*
- 3 *Vel quasi.*
- 4 *Obligatio.*

AD summã illam rerum diuisionem, quam superiore capite edidimus, addendũ superest, ꝙ quædã corporales sint, aliæ incorporales. Quarũ ex Paul.[a] à nobis tria hęc exẽpla proposita sunt, hæreditas, seruit[9], & obli-

a. l. j §. quædã. ff. de er diu.

& obligatio, de qua posteà dicturi sumus. Verùm cùm hæc ad rem aliquã corporalem uel incorporalem præstandam pertineat [b], pauca de rebus incorporalibus, prius nobis dicenda sunt, quarum summa hæc diuisio est, quòd quædam à persona, personæ debeantur [c], quædam à re personæ, ut ususfructus, usus, & habitatio [d], de qua licet separatũ quoddam genus, ab usu & usufructu Imp. [e] cõstituat, tamen locus ille ab Imper. [f] tandem corrigitur. Nam qui ius habitationis habet, usumfructum duntaxat eiusdem habere censetur, qui nimirùm alteri locare poterit [g]. Igitur quædam sunt personales, aliæ reales, aliæ porrò quasi seruitutes sunt, cuius Vlp. [h] meminit, De aqua, inquit, per rotam tollẽda ex flumine, uel hauriẽda, uel si quis seruitutem castello imposuerit, quidam dubitauerunt, ne hæ seruitutes nõ essent. Sed rescripto Imper. Ant. ad Iul. adijcitur, licet seruitus iure non ualuit, si tamen hac lege comparauit, tuendum esse eum, qui hoc ius possidet. Cæterùm personales sunt Vsus, usus fructus fundi, uel ædium [i]. Reales porrò aut sunt

2 urbanæ, aut rusticæ [k], † quas sic Bar. [l] definit, Seruitus est ius quoddam prædio inhærens, ipsius utilitatem respiciens, & alterius libertatem, seu ius diminuens. Quarum quædam in solo, aliæ in superficie consistunt [m], & perpetuò rei affixæ sunt, personales uerò cum persona extingũtur.

3 Pro † quibus duæ actiones introductæ sunt, confessoria, & negatoria. Qui dicit seruitutẽ sibi deberi & prædium habet [n], & intendit cõfessoriã [o]. Vt is qui petit sibi licere, ire agere, aquã ducere, & similia, proponit principaliter seruitutẽ sibi deberi, secundariò uerò se dominum dominantis fundi [p]. Et acquiritur ista quasi possessio per primum actum, quando usus non potest esse per modum facultatis, ut si quis ducat aquam per fundũ tuum [q]. Quãdo uerò usus esse potest per modũ facultatis cuiusdam, ut ire per fundũ tuũ, tũc non acquirit̃ quasi possessio per primũ actum, nisi post triginta dies [r]. Cùm enim nemo seruitutem sibi acquirere possit, nisi qui prædium habet [s], consequens est, ut etiam confessoria, quæ pro seruitutibus introducta est, nulli alij quam domino fundi competat [t]. Porrò domino qui inficiatur seruitutem alteri deberi, competit negatoria [u]: per quam acquiritur quasi possessio, prohibendo [x]. Nemo autem seruitutem debere potest, nisi qui prædium habet [y]. Sed cùm nemo possit seruitutem acquirere, nisi prædiũ habeat: neque quisquam debere possit, nisi qui prædium habet: si quæratur quis possessoris, uel petitoris partes sustineat, sciendum est eum possessoris partes sustinere, qui seruitutem sibi deberi ait, si tigna immissa sint [z], uel ius eundi agendi per fundum uicini, in fundum suum habeat. Nam si impediatur, uel in itinere ædificium fiat, competit sibi ius agendi, ut demoliatur opus, quod seruitutem sibi acquisitam impedit [a], cui nimirùm competit utile interdictum aduersus impedientem [b]. Sic & in eo, qui ius ducendi aquam habet, si impeditur, utili interdicto sibi subueniendum est [c].

4 Idem † tamen alueum reficere & munire tenebitur [d]. Nam qui seruitutem debet, cùm cogatur pati, non agere [e], meritò in omnibus seruitutibus, refectio ad eum pertinebit, qui sibi seruitutem asserit, non ad eum, cuius res seruit. In munitione uiarum & aggerum publicorum, secus receptum est. Nam ut Imper. [f] rescripsit, possessores in reparatione publici aggeris, & cæteris huiusmodi muneribus, pro iugerum numero, uel capitum quæ possidere noscuntur, dare cogantur. Sic & in aquæductu publico, is enim reficere tenetur, per cuius prædium aqua publica transit, qui eo nomine immunitatem ab extraordinarijs muneribus consequitur [g]. Porrò alteri agenti, aduersarium non habere ius eundi agendi, exceptio tantùm negatoria datur. Puta cùm omnes res præsumantur esse liberæ [h], si ex cœnaculo meo uelim immittere fumum in superiori ædificio: uicinus qui negat seruitutem debere, utile interdictum habet, sed non semper in eodem ge-

5 nere. Nam † licet usus fructuarius, in quemlibet ius utendi fruendi transferre possit [i], non tamen is qui usum habet, ipse enim solus cum sua familia uti

b. l. iij. ff. de act. & oblig.
c. Lex hoc. ff. de iust. et iur.
d. Inst. de usu et habita.
e. §. sed si cui. Inst. de usu et habita.
f. l. cum antiquitas. C. de usu et habita.
g. l. si quis. §. j. ff. loc.
h. l. ij. ff. com. præd.
i. §. constituitur. instit. de usufr.
k. l. j. ff. de seruit.
l. l. j. nu. 2. ff. de seruit.
m. l. iij. eod.
n. l. j. ff. com. præd.
o. l. ij. ff. si ser. uendi.
p. l. j. ff. com. præd.
q. l. j in prin. §. quod autem. ff. de aq. quo. & æsti.
r. l. j §. j. ff. de itine. actuq. priua.
s. l. j. ff. cõ. præd.

t. l. ij. ff. si seru. uendi.
u. d. l. ij. ff. si ser. uendi. l. uti frui si usus fr. pet.
x. Bar. l. j. nu. 1. C. de seruit.
y. l. j. ff. com. præd.
z. l. sicuti §. sed si. ff. si usufr. uendi.
a. l. sed eo. ff. si ser. uend. l. in rem. ff. de rei uendicã.
b. l. j. §. Aristo. de aq. quoti. & æsti.
c. l. j. §. idẽ ait. ff. de aq. quotid. & æsti.
d. l. refectionis. §. si per tuũ. ff. com. præd. l. j §. aquæ. ff. de riuis. Bar. l. xiij. ff. de impens. in reb. dot. fact.
e. l. quoties. §. seruitutẽ. ff. de seruit. Vbi Bar.
f. l. ij. de immunemi. conced. lib. x. C. Vbi Bar.
g. l. j. ubi Bar. de aquæduc. lib. xj. C.
h. l. aquam. de ser. & aq.
i. l. si quis. §. j. ff. loca.

lia uti poterit[h]. Præterea qui usum habet ducendi aquam per fundum uicini, in fundum suum, non plus ducere poterit quàm fundo opus sit[l], adeò ut ex eadem aqua uicino suo dare non posit[m]. Quemadmodùm nec is qui seruitutem patitur, huius aquæ partē aliquā, sine consensu eius qui seruitutem habet, constituere potest[n]. Meritò nisi initio ius aquæ ducendæ pluribus datum sit, non poterit tandem is qui seruitutem patitur, alteri concedere[o]. Ex ijs apparet, plus iuris esse in usu, quàm in usufructu[p], tametsi utrunque ius, personale sit, aliæ uerò seruitutis species, reales, quarum differentias, sequens tabula indicabit,

DIFFERVNT SERVITVTES

Personales,
1 Consistunt in dando.
2 Diuisionem admittunt.

Reales,
1 Consistunt in patiendo.
2 Non diuiduntur.
3 Rem perpetuò comitantur.

5 Extinguitur
1 Morte.
2 Maxima, uel media capitis diminutione.
3 Non utendo spacio longi temporis.
4 Proprietate perempta.
5 Si cedatur.

Constituere igitur realem seruitutem, ad dandum[q], hoc est, pati alium posidere tenetur. Possesio enim acquirentis seruitutem, patientia aduersarij est[r]. Ista enim iura incorporalia non dicuntur posideri, sed quasi posideri, quæ quasi possesio, ex patientia aduersarij nascitur[s]. Verùm cùm nemo pati dicatur nisi sciat[t] meritò si aduersarius nesciat, nemo in quasi possesione seruitutis esse potest, tametsi in præscriptione proprietatis, aliud dicendum sit, in qua scientiam domini non desideramus[u]. Qui uerò tenetur ad usumfructum, tenetur ad dandum, & etiam ad faciendum, quatenus tenetur pati usufructuarium uti frui[x]. Præterea usus fructus diuisionem admittit, seruitus nequaquam[y]. Hinc est, quòd si quis usumfructū petat, & succumbat pro parte, alterā persequi poterit. Quòd si quis ius seruitutis petat, non potest, nisi in totum succumbere[z]. Tertiò, ius seruitutis realis comitatur rem, ius seruitutis personalis, ut usus & usus fructus, extinguitur cum persona[a]. Puta, cùm non liceat sine principis uenia, ex loco publico aquam ducere[b]. Si quis aquæ usum obtinuerit, cum persona extinguitur[c], nec ad hæredem trāsit[d], nec hæredi actio competit[e]. Est enim ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est[f].

7 †Adeò ut licet ad fructuarium pertineant fructus, à quolibet sati[g], non tamen aliter eorum dominus efficitur, quàm si eos perceperit[h]. Meritò si maturis fructibus, nondum tamen perceptis decesserit usus fructuarius, ad suos non transmittit[i]. Sufficit tamen si alius suo nomine eos perceperit[k]. Videtur tamen sufficere, fructus à fundo separatos esse, tametsi usus fructuarius, uel alius nomine suo, eos nō perceperit. Paul.[l] enim sic scribit, „Bonæfidei emptor non dubiè percipiēdo fructus, ex aliena re, suos interim facit, etiā prius quàm perceperit, statim ubi à solo separati sunt, bonæfidei emptoris fiunt. Respon. Loquitur
8 † Paul. de bo. fi. poss.[m] in usufructuario secus est, ad quē fructus non aliter pertinent, quàm si eos perceperit[n]. Contrà dominium rei alienæ à non domino non acquiritur, multò minus igitur fructus[o]. Respon. quando actor & successor sunt in mala fide, tunc neuter fructus sibi acquirit[p]. Quòd si is qui emit, sit bonæfidei, fructus quatenus locupletior non efficitur, ad ipsum pertinent[q]. † Cæterùm quod dicimus usumfructū extingui morte, intelligimus extingui morte usufructuarij[r], non proprietarij[s].
9 †Duabus quoq; capitis diminutionibus usus fructus finitur maxima & media[t], aut etiam lōgo tempore non utendo[u], uel si in totū perempta fuerit proprietas, non enim pro parte perempta, usus fructus extinguitur[x]. Vt si ædes, quarum usus fructus relictus est incēdio, uel uicio suo corruerint[y]. Postremò si cedatur, per hanc consolidationem, usus fructus extinguitur. Vt si usufructuarius domino proprietatis nō extraneo usumfructū cesserit, uel ecōtrà[z], aut si usufructuarius æstimationem consequutus sit[a].

Atque

h. l. plenum. §. si usus. ff. de usu & habit.
l. l. ergo. in fi. ff. de ser. rust.
m. l. ex meo.
n. l. in cōceden do. cum l. seq. ff. de aq. plu. arc.
o. l. Lucio. de aq. quoti. & esti.
p. §. minus. I. de usu & ha.
q. l. ij. ff. de uer obli. ob. glo. l. corruptionem. C. de usufruc.
r. l. quoties. ff. de seruit.
s. l. pen. ff. de seruit.
t. l. si aquam. C. de ser.
u. l. si. C. de præ scr lon. tēpo.
x. d. l. corruptionem. cum glo.
y. l. cùm usus fructum. ff. de usufr. leg.
z. l. & an. §. actiones. ff. de excep. rei iu.
a. l. non solū. ij. §. tale. in fi. de lib. leg. l. stipulatio ista. §. si quis ita. de uer. oblig.
b. l. j. §. permittitur. de aqua quot. et æsti.
c. d. §. pmittitur.
d. l. usus aquæ. ff. de usu & habi. l. stipulatio ista habere licere § si quis ita stipulatum. de uer. oblig.
e. d. l. si qs. §. f. l. ij. ff. de usuf.
g. l. qui scit. §. præterea. ff. de usur.
h. §. is uerò. Inst. de rer. di. l. si [illegible] de usuf. [illegible]
i. l. in singulos. ff. de ann. leg.
k. l. defuncta. ff. de usufruc.
l. l. bo. fi. ff. de acq. rer. do.
m. d. § præterea.
n. d. §. is uerò.
o. l. qui scienter. & multò magis. de acq. rer do.
p. d. uersic. & multò cū uer. sic.
q. l. sed & si §. cōsuluit. [illegible] pet. hær.
r. l. usus aquæ. ff. de usu & habit. Franc. consil. 71. in prin.
s. l. si patri. & domina. C. de usufr.
t. l. sicut ff. qb. mod. usufru. amitt. §. fi. i. tur. ī de usuf.
u. l. corruptionem. in prin. C. de usu & habita.
x. l. si cui insulæ ff. de usuf. quemadmo. tur. l. excepta quib. mod. usufr. amit.
y. §. eo amplius. Inst. de us. f.
z. §. finitur. Insti. de usufr.
a. l. si usu fructus ff. de usu fruc.

Atque ita Caium[b] interpretabimur.
» Ne tamen, inquit, inutiles essent in
» uniuersum proprietates, semper ab-
» scendente usufructu, placuit certis
» modis extingui usumfructum, & ad
» proprietatem reuerti. Et Imp.[c], Cùm
» autem finitus fuerit usus fructus, ad
» proprietatem reuertitur. Quemad-
modùm autem finiatur, proximè re-
tulimus. Videtur tamen hæredē co-
gendum prestare usumfructum, uel
æstimationem, Afric.[d] enim sic scri-
» bit, Vsusfructus serui Titio legatus
» est, & cùm per hæredem staret, quò
» minus præstaretur, seruus mortuus
» est: aliud dici non posse ait, quàm in
» id obligatum esse hæredem, quanti
» legatarij intersit, morā factam non
» esse, ut scilicet ex eo tempore in diē,
» in quo seruus sit mortuus, usus fru-
» ctus æstimetur. Sed facile ex ipso
colligere licet, hoc locum habere,
quando hæres negligens est, usum-
fructum, puta serui præstare, nam si
interim seruus decesserit, post mo-
ram, æstimationem præstare tenebi-
tur[e]. Idem in re promissa[f], deposi-
ta[g], legata[h], uel quam quis possidere
confessus est[i]. Si tamen res deposi-
ta apud dominum eodem modo
peritura esset, depositarius non te-
nebitur[k]. Cæterùm quod diximus,
usumfructum morte usufructuarij
extingui, hæc sententia perpetuò
10 uera non est, † nam si filiofamil. usus-
fructus relictus sit, ipso mortuo ni-
hilominus in patrem continuatur,
secundum Imp. singularem const.[l]
Placent. contrà[m], cuius opinio ne-
quaquàm recepta est[n]. At uerò Af-
frica[o]. Iurisconsl. ita demum Imper.
constitutioni adstipulari uisus est, si
patris contemplatione filiofamil. re-
linqueretur, ut in mortis causa do-
natione respondet, Esto, cùm in du-
bio patris contemplatione, filiofa.
relictum censeatur[p], ut sic in dubio
semper usumfructum aduentitio-
rum filij, pater filio mortuo sibi reti-
neat[q]. Quò fit ut qui ad patrē per-
uenire nolit, nominatim hoc cauere
debeat[r]. Non tamen semper ipso
iure sibi acquirit, ut cùm pater suc-
cedit filio unà cum filijs, partis filio-
rum usumfructum non consequi-
tur[s]. Sic & de ijs quę soluto sine cau-

b. l. iij. in fi. ff. de usufr.
c. §. fi. Inst. de usuf.
d. l. qui usumfruct. §. fi. ff. de usufr.
e. d. §. fi.
f. l. nemo. §. j. cum l. seq. §. pen. de uerb. oblig.
g. l. si in Asia. §. fin. ff. deposi. l. quod te. si cert. pet.
h. l. si eum seruum. si cert. pet.
i. l. qui stichū. ff. confess.
k. l. si plures. in fi. ff. deposi.
l. l. fi. C. de usu & habit. ubi not. Bar.
m. glo. l. iij. C. de usuf.
n. Bar. §. j. nu. 7. auth. de hæred. & falc.
o. l. si filiofa. ij. ff. de do. cau. mor.
p. not. fi. add. Bart. l. iij. C. de sac. ecc.
q. l. quod scitis. in fi. C. de bo. quæ lib. glo. l. j. C. de bo. mat.
r. auth. excipitur. C. de bo. quæ lib.
s. auth. item eo. Bar. §. j. nu. 1. auth. de hær. & falc.

sa à patre matrimonio, liberis acqui-
runtur[t]. Idem si pater monasterium
ingrediatur, qua tamen in re qui am-
plius deliberare uoluerint, adeant
Bar.[u] Nos interim ea quæ princi-
paliter ad rem propositam pertinēt,
quæ initio dicenda erant, prose-
quamur. Nempe, quemadmodùm
seruitutes acquirantur,

11 Seruitus † *acquiritur, ex*
- 1 *Testamento.*
- 2 *Natura loci.*
- 3 *Præscriptione.*
- 4 *Conuentione.*

Nobis igitur competit ius seruitu-
tis, ex testamento: ut si testator hæ-
redi iniunxerit, ne altius tollat ædes
suas, ne luminibus ædium uicini of-
ficiant[x]. Prætereà natura loci[y]. Quē-
admodùm in duobus prædijs quo-
rum inferius, inseruit superiori[z].
Quòd incommodum natura præ-
scribit, nam ut Pomp.[a] ait, Seruitus
naturaliter non manu facto opere
lædere potest fundū seruiētem. Sed
natura etiam hoc incommodum, a-
lio commodo compensat. Nam o-
mnem pinguedinem fundi supe-
rioris, in inferiorem deducit[b]. Con-
12 trá, † uicinum enim arcere potero,
ne aqua fluuialis mihi noceat[c]. Re-
spon. multùm refert, utrùm aqua ex
agro meo, an ex ædificio noceat. Si
aqua sit ex agro, non potero arcere:
si ex ædificio, potero[d]. Meos quo-
que fructus, qui in uicini fundum
ceciderunt, eo inuito in suo fundo
colligere potero[e]. Quam singula-
rem seruitutum rusticorum & ur-
banorum prædiorum differentiam
13 diligenter obseruabimus. † Tertiò
acquiruntur seruitutes præscriptio-
ne. Hinc Paul.[f] tria refert, per quæ,
inferior locus, superiori seruit, le-
gem, naturam, loci uetustatem. Sic
igitur præscriptione, nobis ius ser-
uitutis acquiritur. In qua bonam
fidem desideramus[g], maximè quā-
do de seruitute urbanorum prędio-
rum agitur, in præscriptione uerò
libertatis seruitutum rusticorum
prædiorum, non requiritur bona
fides præscribentis[h]. Quia nullum
factum præscribentis in ea requiri-

t. auth. idem. eo.
u. Bar. auth. ingressi. nu. 20. 21. & in repet. eiusdem nu. 42. 43. C. de sac. eccle. & authē. ingressi. C. de bo. quæ lib.
x. § j. Inst. de seruit.
y. l. in summa. ff. de aq. plu. arc.
z. l. j. §. denique. uersic. si tamen lex. ff. de aqua plu. arc.
a. l. si mihi. § j. ff. de seruitu. rust. præd.
b. d. uersi. si tamen.
c. l. j. § apud Labeonē. ff de aq. plu. arc.
d. d. §. apud.
e. l. j. ff. de glan. legen.
f. l. ij. ff. de aq. plu. arc.
g. l. si ff. quemadmo. ser. amit. l. j. § fin. de ui. actuq; priua.
h. l. sequitur. §. si quis uiam. ff de usuc. gl. l. fi. ff. quēad. ser. amit.

d

tur, sed sufficit sola negligentia non
utentis: in alia, factum præscribentis
requiritur, ideò debet bona fide fie-
ri. At uerò in utraque, titulus neces-
14 sarius non est[i], tametsi † in præscri-
ptione rerum corporaliū secus sit[k],
idque propter ius, quod in re acqui-
ritur, & prior dominus, desinit esse
dominus, eoque nomine plura re-
quiruntur: in præscriptione uerò re-
rum incorporalium, dominus non
15 adeò læditur[l]. † Nemo tamen eas,
ignorante domino præscribere po-
terit[m], quæ receptior sententia est[n],
res uerò corporales, aduersario igno
rante præscribi possunt[o]. Videtur
tamen nullo unquàm tempore, ius
seruitutis acquiri posse. Nam usuca-
pio sine possessione non procedit[p].
Et corporalia tantùm posside ntur[q],
non incorporalia[r], meritò usucapi
non poterunt[s]. Respon. possessionē
nihil aliud esse, quàm ipsum usum[t],
hoc est, aduersarij patientiam[u]. Et sic
non propriè seruitus possidetur, sed
quasi possidetur[x]. Et per hanc quasi
possessionem, longo tempore serui-
tus exemplo rerum immobilium ac-
quiritur[y]. In qua factū præscriben-
tis requiritur, nam libertas seruitu-
tis urbanæ non præscribitur, si domi
nus prædij dominantis solummodo
non utatur[z]. Atque hinc, cùm pos-
sessio, ipse usus sit[a], & utatur qui ser
uitutem habet[b], meritò seruitus usu
capi poterit. Non obstat quòd cor-
poralia tantùm possideantur. Nam
licet suapte natura seruitutes non
possideantur, & consequenter per
se usucapi non possint: tamen cùm
sint indiuiduæ cum possessione, cui
seruitus imposita est[c], adeò ut serui-
tus, pars possessionis esse dicatur[d].
Meritò seruitus sequitur rem, super
qua imponitur[e], & cōsequenter ser-
uitus usucapi poterit[f]. At uerò si ser-
uitus, pars possessionis esse dica-
tur[g]. Et is qui utitur, proprietatem
sibi usucapere non possit[h]. Meritò
neque seruitutem sibi usucapere po
terit. Respon. proprietas à possessio-
ne multùm differt[i]. Cæterùm licet
proprietas usucapi non possit[k]. Ta-
men possessio, hoc est, usus ipse usu-
capi poterit. Paul.[l] tamen contrà, Fo
ramen, inquit, in uno pariete con-
clauis, quod esset proluendi paui-
menti causa, id neque flumen es-
se, neque tempore acquiri placuit.
Ex cuius respons. colligimus, neque
proprietatem, neque usum præscri-
bi posse. Respon. seruitutes, quæ
causam cōtinuam non habent, non
præscribuntur[m]. Videamus tamen,
ne seruitutes omnes discontinuæ
sint, cùm natura sui intermissionem
habeant[n]. Respon. ea quæ ex natu-
rali causa fiunt, interpretatione le-
gis, perpetuò fieri intelliguntur[o].
Vt quod ex cœlo cadit, nam licet
non assiduè fiat, tamen quia ex na-
turali causa fit, perpetuò fieri intel-
16 ligitur. † Quæ nimirùm exemplo
rerum immobilium, decem annis
inter præsentes, & uiginti inter ab-
sentes, præscriptione acquiruntur[p].
Sed acquisitæ quibus finibus amit-
tātur, ambiguū est, Vlp.[q] quæstionē
attigit, diem tamen non præscribit,
dum dicat, Si cùm tibi seruitutem
deberem, ne mihi (puta) liceret altius
ædificare, per statutū tempus altius
ædificatum habuero, sublata erit ser
uitus. Iul.[r] probat, eisdem temporū
finibus amitti, quibus & acquiruntur.
Qui usumfructum, inquit, traditum
sibi ex causa fideicommissi desiit in
usu habere, tanto tempore, quāto si
legitimè eius factus esset, amissurus
eum fuerit, actionem ad restituendū
eum habere non debet. Sed quanto
tempore acquiratur, uel omittatur,
non explicat. Nos dicemus ad instar
rerum immobilium, lōgo tempore,
hoc est, decennio inter præsentes, &
uiginti inter absentes[s], definiendū
esse. Imp.[t] enim sic rescripsit, Sicut u-
sumfructū qui non utendo per bien
niū, in soli rebus, per annale spatium
in mobilibus uel se mouentib. dimi-
nuebat, non passi sumus huiusmodi
sustinere compēdiosum interitum,
sed ei decēnij, uel uiginti annorum
dedimus spaciū: ita & in cæteris ser-
uitutibus obtinendū esse cēsuimus,
ut omnes seruitutes non utēdo amit
tantur (non biennio, quia tātummo-
dò soli rebus annexæ sunt) sed de-
cennio contra pręsentes, uel uiginti
annorum spacio contra absentes.
Multò tamen ab ijs diuersa fuisse,
Paul.[u] sententia uidetur, spectādum
enim

i. glo. l. seruitutes. ff. de seruit.
k. l. diuturna. C. de præscr. long. temp.
l. Bar. l. seruitutes. nu. 5 ff. de seruit.
m. l. ij. C. de præscr. long. temp. l. ij. C. de ser. & aq.
n. Bar. d. l. seruitutes. nu. 6. & l. quoties. eo.
o. l. fi. in fi. C. de præsc. log. temp.
p. l. sine poss. ff. de usuc.
q. l. iij in prin. de acq. poss.
r. l. si ædes. §. j. ff de ser. urb. præd.
s. l. seruitus. §. incorporales. de acqui. uer. de l. usucap. onem. ff. de usucap.
t. l. quæstio. ff. de uerb. sign.
l. ab executore §. quòd si. C. quomodo appell.
u. l. quoties. ff. de seruit ubi Bar. & in l. ix ff. de petit. hære.
x. l. si quis diuturno. ff. si ser. uēd. Bar. l. j. nu. 5 C de ser. & aq.
y. l. ij. de ser. & aq. C.
z. l. hoc autem. ubi Bar. ff. de ser. urb. præ.
a. d. l. quæstio.
b. d. l. si quis.
c. arg. l. solum. ff. de rei uēd.
d. l. & in prouinciali. C. de ser. & aq.
e. l. si ædes. §.

libertas ff de ser. urb. præ.
f. l. si aliena res. §. j.
g. d. l. et in prouinciali.
h. l. neque. C. de usuf. & hab.
i. d. l. quæstio. l. naturaliter. §. j ff. de acq. poss.
k. d. l. neque.
l. l. foramen. ff. de ser. rust. præd.
m. d. l. foramē, ubi Bar. & l. ij nu. 2. 3. C. de ser. & aq.
n. l. cùm usufructus. ff. de usuf. legat. l. xiij. ubi Bar. ff de seruit.
o. l. neque d. foramē. Bar. l. xij. C de legi. hær.
p. l. ij. C. de ser uit.
q. l. iiij in fin. ff. de usuc.
r. l. ij. ff. si usuf. pet.
s. §. j. Insti. de usuc.
t. l. pe. C. de ser. & aq.
u. l. si sic. ff. quēadmod. ser. amitt.

enim esse censet, an alternis diebus, uel annis, aut mensibus seruitus constituta esset. Et si quidē alternis diebus, aut die tantùm, aut nocte tantùm, cùm statuto tempore amitti respondeat, longum tempus (de quo antè diximus) interpretabimur. Si uerò alternis annis, uel mensibus seruitus cōstituta sit, duplicato, inquit, constituto tempore amittitur. Ambiguū est Paul. respōs. Quid enim si uno tantùm die, alternis puta annis, seruitus aquæ ducendæ, uel itineris faciendi constituta sit, utrùm longo uel duplicato tempore non utendo amittatur? Et est Imper. const.[x] quæ probat, duplicato cōstituto tēpore amitti. Videamus tamen ne seruitutes, nisi loci uetustate[y], quæ semper pro lege habetur[z], hoc est diuturno & ueteri usu, longo dominio constituto[a], nobis non acquiritur. Quam loci uetustatem, ad id tempus referemus, cuius origo memoriam excesßit[b]. Respon. si quis iustū seruitutis titulum habeat, exemplo rerum immobiliū, decem annis inter præsentes, & uiginti inter absentes, ius seruitutis sibi acquirit[c]. Modò non ui, non precario, non clam possederit[d], & de seruitute cōtinua agatur. Cæterùm si deficiat titulus, licet dominij acquisitio ꝓhibeatur[e], tamen diuturno & longo usu acquiri poterit[f], & tūc necesse non est docere de iure suo[g]. Igitur qui sine titulo posside, ui, clam, uel precario possidere dicitur[h], qui nimirùm usucapiendi condictionem non habet[i]. Tamen propter temporis diuturnitatem, quasi semper legis autoritate possedisset defenditur. Quod tempus, centum annorum finibus concludendum est[k]. Cuius initij probatio, si directè fieri nequeat, præsumptiuè tamen fieri poterit[l]. In quibus factis antiquis, multùm operatur fama[m], idemq; legis & priuilegij uicē

17 obtinet[n]. † Postremò acquiritur ius seruitutis, ex partium conuentione, puta, ex cōtractu emptionis, & alijs pactionibus, uel stipulationibus[p], de quibus cùm tandem dicendum nobis sit, ad obligationum diuisionem aggrediemur, quarū summam, sequens Tab. indicabit, explicationem uerò hoc libro secundo prosequemur.

x. l. fi. C. de seruit.

y. l. j. §. fi. ff. de aq. plu. arcen.

z. l. in summa. ff. de aq. plu. arcen.

a. l. usum. ff. de aquæduc. lib. xj. C.

b. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æsti.

c. l. j. & seq. C. de ser. & aq. l. si quis. de præscr. xxx. ann.

d. d. l. j.

e. l. nulla. C. de rei uendic.

f. l. si quis diuturno. ff. si seruit. uend.

g. d. l. si quis.

h. l. j. ff. uti possid.

i. d. l. nulla.

k. Monta. §. ubi tempus. Inst. de serui. Guid. Pap. q. 573.

l. Guid. Pap. q. 357.

m. Inno. c. ueniens. de uerbo. sig.

n. l. j. §. fi. de leg. iij. l. antep. de aq. plu. arcē. Alex. const. viij. xvj.

o. l. iij. C. de seruit. & aq.

p. §. si quis. Inst. de seruit.

Obligatio
- 1 *Naturalis, tantùm.*
- 2 *Ciuilis, tantùm.*

} Quedam
- 1 *Neutra.*
- 2 *Mista.*

Loci communes seruitutum
- 1 *Personalium, de*
  - 1 *Rebus corporalibus & incorporalibus. Inst.*
  - 2 *Vsufructu & quemadmodū quis utatur fruatur. ff. & Inst.*
  - 3 *Vsufructu accrescendo. ff.*
  - 4 *Quando dies usufructus legati cedat eo.*
  - 5 *Quibus modis usufructus & usus amittatur. eo.*
  - 6 *Vsufructu earum rerum quæ usu consumuntur.*
  - 7 *Si usufructus petatur, uel ad alium pertinere negetur. eo.*
  - 8 *Operis seruorum. eo.*
  - 9 *Vsu & habitatione. eo. & C. & Inst.*
  - 10 *Vsufructu & quemadmodum caueat. ff.*
- 2 *Realium, de*
  - 1 *Seruitutibus. ff. & C.*
  - 2 *Seruitutibus urbanorum prædiorum. ff. & Inst.*
  - 3 *Seruitutibus rusticorum prædiorum. eo.*
  - 4 *Communia prædiorum tam urbanorum, quàm rusticorum. eo.*
  - 5 *Si seruitus uendicetur. eo.*
  - 6 *Quemadmodum seruitus amittatur. eo.*

CAPVT V.

DE NATVRALI TANTVM OBLIGATIONE.

1 *Obligationis naturalis effectus.*
2 *Obligatio naturalis quæ sit. nu. 4. cum seq.*
3 *Obligatio naturalis actionem non parit. nu. 4. cum seq.*
5 *Pollicitatio quid.*
6 *Pactum nudum quid.*
7 *Obligatio naturalis actionem parit Reip.*
8 *Aduocatus utrùm ex clientuli pollicitatione agere poßit.*
9 *Fideiussor naturali obligationi accedere potest.*
10 *Solutum ex præcedente naturali obligatione non repetitur.*
11 *Obligatio naturalis quibus modis tollatur.*

- 2 Obligatio naturalis
  - 1 *Actionem non parit,*
    - 1 *Si minori credatur.*
    - 2 *Si sine causa promittitur.*
    - 3 *Ex pollicitatione.*
    - 4 *Nudo pacto.*
    - 5 *Nuda uoluntate.*
  - 2 *Actionem parit,*
    - 1 *Reipublicæ, uel Ecclesiæ.*
    - 2 *Patrono forensi.*
    - 3 *Si per scripturam redigatur.*
    - 4 *Rei traditioni interposita.*
    - 5 *Ex stipulatu.*
    - 6 *In fideiussorem.*
  - 3 *Soluti exceptionem non parit, si*
    - 1 *Promissum sit.*
    - 2 *Inutiliter relictum fuerit.*
    - 3 *Debitum ante diem uel sine causa.*
    - 4 *Indebitum præstari cœptum sit.*
    - 5 *Pater filio, uel seruus domino obligatus fuerit.*
    - 6 *Promittens pro altero, si soluerit.*
    - 7 *Debitor, à quo inuito debitum repositum est, soluerit.*
    - 8 *Debitor ignorans fideiussorem soluisse, soluerit.*
    - 9 *Malè absolutus, soluerit.*
    - 10 *Solutum ante sententiam.*
  - 4 *Tollitur*
    - 1 *Solutione.*
    - 2 *Iusto pacto.*
    - 3 *Iureiurando.*
    - 4 *Per sententiam.*
  - 5 *Compensatur.*
  - 6 *Deducitur.*

1. ACTIONEM NON PARIT.

2 NATVRALIS† tantùm obligatio ea dicitur, quæ non Iuris Ciuilis, uel prætorij, sed iurisgent. tantùm autoritate comprobata est. Sic enim Paul.[a] intelligimus: Is natura debet, inquit, quē iuregē. dare oporter, cuius fidem sequuti sumus.

3 † Quæ cùm etiam citra consensum oriatur[b], actio uerò sine mutuo consensu non subsistat[c], meritò naturalis obligatio ad producēdam actionem inefficax est[d]. Cæterùm licet citra consensum, naturalis obligatio nascatur, ut cùm quis absentis negotia gerit[e], tamen inuitus naturaliter non obligabitur. Puta, qui non appellat à sententia, consentit[f]. Sed ex consensu, oritur naturalis[g], ergo, &c. Si tamen quis semel atque iterum appellauerit, & succubuit, iam tacet inuitus, quo nomine naturaliter non obligatur[h]. Verùm cùm per sententiam non tollatur naturalis[i], multò minus eam inducere poterit: quia facilius tollitur, quàm inducatur[k]. Sed ut ex hoc diuerticulo ad uiam redeamus,

4 † naturalem eam obligationem dicimus, quæ iuris Ciuilis adminiculo comprobata non est. Veluti cùm ultra dodrātem legare permissum non sit[l]: si testator plus legauerit, licet non debeatur, tamen naturalis non remanet[m]. Sic quod in testamento minus solenni relinquitur, naturale debitum est[n]. Sic minor, cui pecunia creditur, naturaliter, tantùm obligatus manet, nam sine tutoris autoritate, iure Ciuili non obligatur[o]. Sic si sine causa obligatio facta sit[p].

5 Idem † ex pollicitatione[q], quæ est solius offerentis promissum[r]: ut cùm nulla præcedente interrogatione promittitur[s]. Sic cùm nudo pacto usuræ promittuntur[t].

6 † Nudum autem pactū appello, quod ficta & simulata traditione præcedente, paciscitur. Vt, trado tibi hanc rem, hoc pacto ut hoc facias. Si interim res non tradatur, pactum nudū est: quòd si tradatur, uestitur rei traditione. Ex nuda quoq; uel imaginaria uolūtate, puta ex nuda uenditione[u], ut si res & precium non intercedat[x], uel ex nuda donatione[y], denique quibus natura debetur, cùm non sint loco creditorum, actio ipsis non cōpetit[z]. Vlp.[a] contrà. Respō. ipsum conditionaliter loqui. Si actio aliqua, inquit, earū nomine cōpetat, ut plerunq; cōpetit.

2. ACTIONEM PARIT.

7 1. REIPVB. uel Ecclesiæ.† Si quis ultro Reip. mille puta, promiserit, pro eiusdem Reip. domo instruenda, uel ornāda, uel ob aliam iustam causam, ex pollicitatione tenebitur[b]. Multò magis, pro cōseruando & retinendo uerbo DEI, ministro & concionatori, promissa eo nomine habita, dependenda erunt, quod ad totius Christianæ Reip. commodum spectet.

2. PATRONO forensi. Et si salariū incerta pollicitatiōe aduocato pro-
8 missum peti non possit[c]. † Tamen si certā rem mobilē spopōderit, tenebitur, maximè si optata cōsequutus fuerit[d]: quòd si de re immobili agatur, non aliter actio eo nomine danda est, q̃ si per scripturam placitum redigatur[e]. Cōtrà, qui certam quantitatem aduocato se daturum cauit, & quasi mutuam pecuniam accepisset, eam se redditurum promiserit, non numeratæ pecuniæ exceptione tutus erit[f]. Quia pendente lite, promissum patrono à clientulo, præstare nemo cogitur, tametsi licitè accipiat, quod illi offertur[g]. Resp. Imp. respō.[h] procedere, quādo clientulus qui ultro promisit, optata cōsequutus est[i]. Ista solutio non urget, nam in contrario Imper. respon.[k] negotium gestum fuerat, & nihilominus pecuniæ non numeratæ exceptio competere poterat. Respon. Verba illa Imp.[l] *Gesto negocio*, ad proxima, scilicet ad contractum quasi mutui referenda esse. Ac si diceret, Cùm te obligaueris ad quasi mutuum, exceptionem pecuniæ non numeratæ proponere poteris. Occurrebat mihi & alia solutio, quæ cùm longius nos traheret, ad contractum mandati seruabimus. Nempe quòd gestum quidem fuerat negotium, sed interim optata sua consequutus non fuerat, quia fortè non obtinuit. utrùm eò minus promissa sibi depē denda nt. Quod uerius esse puto, modò patroni dolus absit, qua de

a. l. cū amplius. § j. ff. de reg. iuris.
b. Bart. l. cum quis ignorās. num. 10. C. de iur. & fact. igno.
c. l. sicut. C. de act. & ob.
d. Bar. d. l. cùm quis. nu. 14.
e. l. j. ff. de neg. gest.
f. l. ab eo. C. quomodo & quando iud. l. cùm antea. de arbit.
g. l. j. C. de pac.
h. Bar. l. Iul. de condit. indeb. Cy. l. cū quis. C. de iur. & fac. ig.
i. l. Iul. ff. de cō di. indeb.
k. l. si unus. §. pactus. ff. de pac. Bar. l. cū quis. num. 21. 26. C. de iur. & fac. ig.
l. § j. Instit. de leg. falc.
m. Bar. l. cùm quis. nu. 2. in fin. cum seq. & nu. 12. C. de iur. & fac. ign.
n. Bar. d. l. cùm quis. nu. 7. 8.
o. § j. Inst. de auto. tuto. §. nunc admonendi. instit. quib. alie. lic.
p. l. cap. proxi.
q. l. j. §. non semper. § si uerò. de pollic.
r. l. pactū. uers. pollicita. eo.
s. l. pactum. 6. § §. si uerò. ff. de pollic.
t. l. j. l. quamuis. § C. de usur.
u. l. nuda. ff. de cont. empt. l. iurisgē. §. sed cum nuda. ff. de pact. l. legem. C. eo.
x. § precium. Inst. de emp.
y. l. nuda. ff. de donat.
z. l. conditore. de uerb. sig.
a. l. naturale. ff. de act. & oblig. Bart. l. xxv. nu. 3 ff. de act. rerum amot.
b. l. j. ff. de pollic.
c. l. salarium C. mand.
d. l. j. C. de suffrag.
e. d. l. j. §. j.
f. l. iij. C. de postul.
g. l. archiatri. et ibi Bar. nu. 2. de profes. & medi. lib. x. C.
h. d. l. j.
i. d. l. j. uer. que optauerint, cōsequantur.
k. d. l. iij. uersi. gesto negotio.
l. d. l. iij.

re amplius loco suo liberabimus. Summa igitur hæc sit, quòd clientulus, qui aduocato ultro pollicitus est, & causam suam obtinuit, promissa ipsi dependẽda erunt. Modò promissa, legitimam quantitatem non excedant [m]. Obstat secundò, quod aduocatus nullũ cum eo litigatore contractum inire debeat, quem in suam recepit fidem [n]. R. Quidam sunt, aduocati, qui à fisco honoraria recipiunt, & illa gratuita esse debent [o], cum quibus nimirum inutiliter contrahimus [p]. Alij sunt, quibus nulla proponũtur stipendia, qui cùm cliẽtulos cogere posꝭint, ut pẽdente lite honorarium ipsis præstetur [q]: multò magis seruandũ esse cẽseo, quod ultrò ꝑmissum fuerit [r]. Obstat tertiò, cùm enim ex identitate rationis, de similibus ad similia procedendum sit [s]. Et eo nomine prohibeatur patronus cum cliente cõtrahere, ne litis timore omnia sibi daret, secundũ Accurs. [t] meritò indistinctè prohibendum erit. Sed eius ratio non est probabilis, neque me urget Vlp. [u] cuius autoritate nititur, nam de ægroto respon. qui eò rem suam medico distrahere cõpellebatur, quòd alioqui per bona uenena ualetudinem curare negligeret. Cuius respon. non puto posse procedere, ubi magna medicorum non uulgarium copia est, nam alterius opẽ implorare, nõ rem meam distrahere potero. Idem & in aduocato non immeritò obseruabimus, Obijcere quoq; Vlp. respõ. [x] licet: sed in summa dicẽdum est, pactum de quota, uel certa parte litis, secundũ ipsum, non ualere. Sic enim scribit, "Sumptus quidem prorogare litigãti honestum est, pacisci autem ut quantitas eo nomine expẽsa, cum usuris licitis non restituatur, sed pars dimidia eius, quod ex ea lite datum erit, non licet." Videamus tamẽ, ne tota hæc nostra de aduocato & clientulo disputatio, superuacua esse uideatur. Cùm enim alteri, & quantùm possumus, operã nostram locare fas sit. Valere nimirum clientuli quamlibet promisꝭionem, ipsi patrono pro suis operis, etiam cum ultrò detulerit, dicendũ est. Sed in istis, qui suas operas, quæ

m. l. ei qui aduocatorũ. C. de aduoca. di. iud.
n. l. quisquis §. præterea. C. de postul.
o. l. litem. C. de procur.
p. d. §. præterea.
q. l. properandũ. § illo. uersic. honorarijs. & ibi Bar. nu. 2. C. de iud.
r. arg. l. j. §. eodemq;. C. de rei ux. act.
s. l. nõ possunt. ff. de legib.
t. glo. contractũ. d. §. præterea.
u. l. medicum ff. de uar. cog.
x. l. sumptus. ff. de pact.

in artificio, uel in aliqua arte liberali, uel sciẽtia cõsistunt, exhibent, non dicitur locatio, sed potius dicitur præberi opera, beneficij causa [y]. Vt inter patronum & clientulum, medicum & ægrotũ, doctores & scholares [z], inter quos locatio & conductio non est, sed magis operam, beneficij loco præbent, & id quod eis datur, ad remunerandum datur, atque hinc honorarium appellatur [a]. Quo nomine actio locati contra clientulum, aduocato non cõpetit, sed in factum actio [b].

3. SI PER scripturam redigatur) Puta, Ex placito, naturalis tantùm obligatio nascitur [c]. Tamen si per scripturam placitũ redigatur, actionem parit [d], quod Bar. [e] non satis animaduertit. Idem si rei traditioni appositũ sit [f]. Sic si stipulatio interposita fuerit [g]. Hinc est, quòd cùm fideiussoria obligatio, per stipulatio-
9 nem perficiatur [h], † meritò fideiussor super naturali tantùm obligatione interponi potest [i]. Æquum enim est, ut quisq; liberet fidem suam pro se, uel pro alijs datam [k]. Vt si pupillo sine tutoris autoritate pecunia credatur, ex qua locupletior effectus non sit, naturaliter tantùm obligatus est [l]. Fideiussor tamen datus tenebitur [m], nisi res à pupillo, sine tutoris autoritate promissa, antequàm peteretur perierit, fideiussor tunc non tenebitur, non enim in mora uidetur esse pup. cùm res petita non sit [n]. Contrà ex naturali tantùm obligatione nulla actio competit. Sed fideiussor non plus tenetur, quàm reus principalis [o]. Meritò qui pro naturaliter tantùm obligato intercedit, non tenebitur [p]. Respon. quãdo fideiussor naturali & ciuili obligationi accedit, non plus tenetur, quàm reus principalis [q]. Quòd si naturali tantùm accedat, omnino tenebitur [r]. Quia actus præcedens inutilis, per sequentem utilem, nempe per dationem fideiussoris confirmatur, tametsi ignorauerit, ex naturali obligatione nullam actionem competere, partim quòd iuris ignorantia neminem excuset [s], partim etiam quòd omni obligationi fideiussor accedere posꝭit [t]. Nisi is q naturaliter obli-

y. Ias. l. si pecunia. in princip. ff. de cõd. ob cãm. in l. naturalis. §. & cum do. colum. j. ff. de præsc. uerb. Fel. c. dilecte. de app.
z. Bar. l. j. ff. de uar. cog. l. si mens.
a. l. j. si mens.
b glo. d. l. j. Bal. l. j. C. de suffrag.
c. l. si pacto. C. de pact.
d. l. quæ fortuitis. C. de pig. act.
e. l. nuda in fi. C. de cõt. stip.
f. l. j. C. de arbit. d. l. si pacto.
g. l. si certis. eo. l. si dari. ff. de uerb. ob.
h. d. l. blanditur. C. de fideiuss. §. fi. Inst. eo.
i. §. in omnib. Inst. de fideiuss.
k. l. j. ff. de fideiuss.
l. l. eum illud. §. hæres ff. quan. di. leg. ced.
m. l. siliebum §. naturalis. de solut.
n. l. si pup. ff. de uerb. ob.
o. l. Græce. §. illud. ff. de fideiuss.
p. l. hæres. §. seruo. ff. de fideiuss.
q. d. §. illud.
r. l. etsi. ff. de re iud.
s. l. regula. §. si quis. §. item hæc. ff. de iur. & fac. ign.
t. l. j. ff. de fideiuss.

ter obligatus est, simul pro se fideius-
serit[u]. Cõtrà naturalis obligatio quę
ei cui debetur, nullam actionem pa-
rit, neque etiam hæredi suo, partim
quòd ipse in ius duntaxat ipsius te-
statoris succedat[x], partim etiã quòd
nemo plus iuris in alium transferre
posit, quã ipse habeat[y]. Sed iniuria-
rũ obligatio, respectu hæredis eius
qui uel iniuriam intulit, uel passus
est, ante litis contestationem, natu-
ralis esse dicitur, quod neque ipsi, ne
que in ipsum aliqua actio cõpetat[z],
tametsi stipulatio Iudicio sisti, ab eo
qui iniuriam passus est, interposita
sit[a]. Meritò naturalis obligatio per
sequentem stipulationem non con-
firmatur. Respon. Speciale in actio-
ne iniuriarum, quæ hæredi uel in hæ
redem, nisi post litem contestatam
non datur[b], tametsi stipulatio iudi-
cio sisti interposita sit[c], quia antè in
bonis defuncti non dicitur.

3. SOLVTI EXCEPTIO-
nem non parit.

10 QVI † naturaliter tantùm teneba-
tur, si per stipulationẽ promiserit, uel
soluerit: non quidẽ donatio, sed debi
ti solutio esse censetur[d], quæ condici
minimè poterit[e]. Nisi per facti igno
rantiã solutũ sit, secus uerò si in iure
errauerit, nam qui ius ignorans, in-
debitam pecuniam soluit, cessat re-
petitio[f]. Hoc probat Mart. in fidei-
commisso non iure debito, quod in
stipulationem scienter deductũ est,
eo enim nomine debetur. Sic &
quartam, quæ ex fideicõmisso detra
henda esset, si quis scienter, uel ius
ignorans, non deduxerit, condictio-
nem non habet: quòd si factũ igno-
rauerit, secus est, soluti enim repeti-
tio cõpetit[g]. Idem respõdet Pomp.[h]
in filiosa. qui per ignorantiam facti,
debitum mutui ante cõtractum no-
uauerat, in factum excipere poterit.
(excipiuntur obligationes, quæ ci-
uili iure prohibẽtur, de quibus post
eà agemus.) Sic si fideicõmissum inu
tiliter relictum, ab hærede solutum
sit[i]. Si uerè debitor, ante diem sol-
uerit[k]. Si quis id quòd sine causa
11 promiserat, præstiterit, † uel præstare
cœperit[l]. Vt is qui tanquam hæres
aliquid gerit, omnibus hæreditariјs
oneribus obligatur[m]. Vel si legatũ,

u. d. §. seruo.
x. l. nihil. de uerb. sig.
y. l. nemo plus. de reg. iur.
z. l. omnes. ff. de act. & ob.
a. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si q̃s caut.
b. d. l. omnes pœnales. & l. pœnalia. ff. de reg. iur.
c. d. §. qui iniuriarum.
d. l. hoc iure. §. si quis seruo. ff. de don.
e. l. iij. in fi ff. quod quisq; iur.
f. l. fideicom. ff. de cond. ind.
g. l. error. C. de iur. & fact. ign.
h. l. fi. ff. ad mac. ced.
i. l. ij. C. de fidei com.
k. l. Iul. ff. de cõdi. indeb.
l. l. j. §. item si sine. ff. de pol lic.
m. l. pro hærede. ff. de acq. here.

seu fideicommissum non iure reli-
ctum, hæres scienter agnouerit, im-
» plere cogitur[n]. Imp.[o] contrà, Si certis
» (inquit) annis, quod nudo pacto cõ-
» uenerat, datum fuerit ad præstãdum
» in posterum solutum, obligare non
» potuit eum, qui pactum fecit. Res-
pon. hoc procedere in promissione
dandi, quæ cùm diuidua sit[p], quod
quis certis annis præstiterit, in po-
sterum præstare non cogitur. Ob-
» stat Imper. respons.[q] Et quia, inquit,
» humanitatis est, egenis prospicere,
» ac dare operam, ut pauperibus ali-
» menta non desint, salaria etiam quæ
» Ecclesiis de publico hactenus mini-
» strata sint, iubemus à nullo prorsus
» imminuta præstari. Sed hîc non tan-
tùm pauperũ fauore, uerùm etiã pro
pter pręstationẽ diutinã speciale est,
quæ ipso iure in tempus futurũ nos
obligat[r]. Nisi uoluntatem nostram
apertius declarauerim[s]. Quid enim
si hæres unum legatum inutiliter re
lictum, gratia legatariј persoluerit,
cæteris non tenebitur[s]. diutinam au
tem, seu longi temporis præstatio-
nem, decennium inter præsentes, &
uiginti annos inter absentes inter-
pretamur[t], nisi fauore alimentorum,
triennio enim concluditur[u]. Quò
fit, ut si quis ex inutili uolũtate trien
nio alimẽta præstiterit, in posterum
quoq; ea præstare teneatur[x]. Quam
diutinam præstationem, ubi de ali-
mentis agatur, triennio conclude-
mus, in reliquis minimè. Idem Pap.[y]
sensuisse existimo, dum ait, non eo
minus falc. rationem in cæteris an-
nuis legatis admittendam, quòd pri
mo ac secundo anno sine ulla detra-
ctione, fuissent legatario soluta. An
nuere uolens secus esse, si tribus an-
nis soluta sint, cùm annuũ legatum,
alimentorum relicti instar habeat[z].
Sic quoque Imper. respons.[a] inter-
pretabimur. Omnia legata, inquit,
quamuis in operibus publicis con-
» ficiendis, statuis' que ponendis data
» sint, ad contributionem dodrantis,
» pro rata suæ cuiusq; quãtitatis reuo
» cãtur. Nec si quid ultra solidum hæ-
» res præstiterit, legitimæ computa-
» tioni præiudicatur. Nisi, intelligas,
longo tempore pręstiterit, uel trien-
nio, si de alimentis ageretur, ut antè

n. l. non dubiũ. C. de testa.
o. l. si certis. C. de pact.
p. l. in executione. ff. de uerb. ob.
q. l. priuilegia. §. & quia. C. de sac. san. ec.
r. l. cùm in rẽ. ff. de usur.
s. Bar. § non autem. nu. 5. auth. de hær. & falc.
t. §. j. Insti. de usuc.
u. l. j. C. de fideicom.
x. d. l. j.
y. l. quod de bonis. §. non idcirco. ff. ad leg falc.
z. l. firmio. in fi. ff. quando di leg. ced.
a. l. in imponẽda. C. ad leg. falc.

diximus. Contrà. Quemadmodùm remissionem domini diutinam tam diu ualere interpretamur, dum durat uoluntas eius qui remisit, secundùm Bar.[b] Ita etiam diutinam præstationẽ tamdiu probabimus, dum soluentis uolũtas durat. Verùm cùm Vlp. respon.[c] cuius autoritate Bart. nititur, hoc non dicat, Imp. responſ.[d] potius sequendum esse censeo, tametsi Bar. sententiam propter ius patriæ potestatis, eodem[e] sequendam esse annotauerimus. Qui uerò naturaliter tantùm, ad aliquid faciendum obligatus est, si facere cœperit, perficere tenebitur, hęc enim faciendi obligatio, indiuidua est[f]. Atque ita Vlp. responſ.[g] interpretabimur. Cõtrà faciendi uerbo, reddendi causa etiam continetur[h]. Reddendi autem uerbum, quanquàm significationem habeat retro dandi, recipit tamen & per se dandi significationem[i]. Prætereà quemadmodùm soluisse dicitur, qui fecit quod facere promisit[k], solutio enim facti est[l]. Ita etiam dedisse intelligitur is, qui permutauit, uel compẽsauit[m]. Respon. faciendi uerbum generale esse[n], ut etiam is qui dat, facere uideatur. Tamen quia species derogat generi, dicendum est minus adfuturũ, si quãdo dandi duntaxat stipulatio concepta sit. Hinc est quòd si filiofamil. pecunia credatur, licet exceptionẽ Macedoniani habeat, tamen si pater soluere cœperit, cessabit Senatusconſ.[o] solutio enim facti est[p]. Contrà pater qui partem debiti filij præstare cœperit, ad residuũ non compellitur[q], & consequenter non cessat Senatusconſ. Respon. Hoc uerum est, ubi nulla præcedente naturali obligatione ipsius soluere cœperit, non enim residuum præstare compellitur[r]. Atque ita Imper. responſ.[s] interpretandum est. Sic inter patrem & filium cum nulla obligatio contrahatur[t], nisi usque ad quantitatem castrensis peculij[u]. Naturalis tamen obligatio, si nullum fuerit peculium, uel id excedat, cùm remaneat, si id solutum fuerit, non repetitur, quod naturale debitum agnouerit[x]: Sic seruus naturaliter tantùm obligatur[y], qui nimirùm si soluerit, non repetit[z]. Sic libertus cùm naturaliter patrono operas debeat[a], si eas præstiterit, condicere non potest[b]. Nisi pactus fuerit, ne operę ab eo peterentur[c]. Sic licet stipulatio alteri facta inutilis sit[d], & reposcens debitum à debitore inuito id amittat[e], solutum tamen non repetitur. Vel si debitor ignorãs fideiussorem soluisse, ipse quoque soluerit, non repetit: quia prior solutio fideiussoris, naturale uinculum non dissoluit[f]. Sic hæres, defuncti substãtiam agnoscens, si uni ex creditoribus uel legatarijs soluerit, omnibus alijs insolidùm soluere compellitur[g]. Sic minor cùm hoc à lege priuilegium consequatur, ut si tutori, uel curatori suo, contra ipsum minorem debitorem cessa actio fuerit, debitum amittatur, & minoris debitoris lucro cedat[h], si nihilominus soluerit, repetere non potest. Nam quoties debitor ob pœnam creditoris liberatur, naturalis obligatio manet, & ideò solutum repeti non potest[i], ita tamen si exceptionem perpetuam sibi cõpetere sciuerit[k]. Quòd si ignoraret, condicere posse non ambigimus[l]. Obstat tamen minori, iuris ignorantia, quæ indebiti soluti repetitionem impedit[m]. Sed non puto minorem, qui ius ignorauit, excusandum esse. Per ignorantiam autem facti à quolibet solutum, repeti potest[n]. Vbi tamen in solutione potest subesse alia causa, quàm illa inutilis quæ præcessit, non præsumitur solutum ex illa causa inutili, sed ex illa quæ erat efficax[o].

4. TOLLITVR,

12 SOLVTIONE † eius quod naturaliter debetur[p], Iusto Pacto[q], Iureiurando[r], & per sententiam iustam, iniqua enim naturalem obligationem non tollit[s]. Quò fit ut si is qui malè absolutus est, sua sponte soluerit, non repetet[t]. Idem si iudex secundum falsa allegata sententiã ferat, licet eo nomine sententia iniusta non sit, quia secundũ legis præscriptum, hoc est, secũdum allegata & probata[u], sententiam tulit: tamen eo nomine solutum repeti quoque poterit[x]. Quemadmodùm si iudex commodatarium ad æstimationem

rei com-

b l. cùm oportet. §. fin aut. C. de bo. quæ libe.
c. l. ex annuo. ff. de don. int. uir. & uxo.
d. l. j. C. de fidei com.
e. d. §. fin aut.
f. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. ob.
g. d §. item.
h. l. faciendi. de uerb. sig.
i. l. uerb. reddendi eo.
k. l. solutionis. de uerb. sig.
l. l. consilio. in fi. ff. de cur. furio.
m. l. dedisse. de uerb. sig.
n. l. uerb. facere. eo.
o. l. sed Iul. §. fi. ad Maced.
p. d. l. consilio.
q. l. iiij. C. ne ux. pro mar.
r. Bar. §. nõ autem. nu 1. authen. de hær. & falc.
s. d. l. iiij.
t. l. lis nulla. ff. de iudi. §. iuẽ inuitis. insti. de inut. stip.
u. d. l. lis l. ij ff. ad Maced.
x. l. si id quod. de cond. ind.
y. l. serui. de act. & obl. l. naturaliter. de cond. ind.
z. d. l. naturaliter.
a. l. si non. §. libertus. de cõdi. indeb.
b. d. §. libertus.
c. l. qui exceptionem. §. fi. de con. inde.
d. d. § si quis alij. Instit. de inuti. stip.
e. l. extat. ff. q. met. cau.
f. l. si fideiussor. ff. de cond. in debi.
g. §. non autẽ. auth. de hær. & falc. auth. sed cùm testator. §. j. C. ad leg. falc.
h. §. .. si quis. uers. manifestum ut ij qui oblig se hab. per h. b. res minor.
i. l. si pœnæ. ff. de cond. ind.
k. l. si non sortem. §. indebitũ. & l. qui exceptionẽ. ff. de cõd. ind.
l. l j. C. de cõdi. indeb.
m. l. cum quis. C. de iur. & fac. ign.
n. d. l cũ quis.
o. l. si ès cui §. Flauius. ff. de solut. Bar. l. j. nu. 10. 11. C de ijs qui ue. eta.
p. l. iudex si e condi indeb l. modestin. ff. de sol.
q l. si debitum. §. naturalis. de solu.
r. l si quis iurasset. ff. de condi indeb. l. si. ff. de iur iur.
s. l. si pœnæ. ff. de cõd. ind.
t. l. iudex. eo l. cum putarẽ. ff famil. ercis.
u. l. illicitas §. ueritas. ff. de off. præs.
x. l. si prætor. § Marcel. ff. de i d.

rei cõmodatæ, quam dominus surripuerat, damnasset, utilis nihilominus contraria cõmodati actio commodatario competet[y]. Idem in debitore qui ante sentẽtiam soluerit[z]. Atque ita Paul. & Pomp. respons. interpretabimur. Paul.[a] Titius, inquit, cùm Seio deberet, ex causa fideicommissi certam quantitatem, & tantundem eidem ex alia causa, quæ peti quidem non poterat, ex solutione autem petitionem non præstat. Et Pom.[b] Ex quibus, inquit, causis, retentionem quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea si soluerimus, repetere non possumus. Quæ sint causæ, quæ soluti repetitionem impediant, antè explicauimus.

y. l. rem. ff. com.
z. l. Iul. eo.
a. l. si is cui. §. flauius. ff. de solu.
b. l. ex quibus. ff. de condic. ind.

5. COMPENSATVR.

12 QVINTVS naturalis huius obligationis effectus est, † ut compensationem admittat, sic enim Vlp.[c] scripsit, Etiam quod naturaliter debetur, uenit in compensationem.

c. l. etiam. ff. de compens.

6. DEDVCITVR.

Singularis est postremus iste naturalis obligationis effectus, ex quo elicimus, quòd licet is qui naturaliter tantùm obligatus est, obligationis tempore soluendo non esset, si tamen deinde locupletior factus cùm soluisset, tãdem repetere uelit, deducitur nihilominus id quod ex naturali obligatione debebatur, ea enim uidetur fuisse Paul.[d] sententia, dicens, Qui natura debitor fuit, etiã si in peculio nihil habuit, si posteà habuerit, sibi posteà soluere debet, in eodem actu perseuerans.

d. l. et qui. ff. de donat.

CAPVT VI.

DE CIVILI TANTVM OBLIGATIONE.

1 *Obligatio ciuilis tantùm actionem non parit, fideiussor intercedere potest, solutum non repetitur.*

2 *Solutio facta nomine pupilli obligati non repetitur.*

Obligatio *ciuilis*:
- 1 *Actionem non parit.*
- 2 *Fideiussorem admittit.*
- 3 *Soluti repetitionem non admittit.*

CIVILIS tantùm obligatio ea est, quæ cum naturali æquitate non coniungitur, ut si quis per sententiam damnatus sit, ciuiliter tãtùm obligatus est, cui obligationi

1 maximè tria insunt. † Actionem nõ parit, nisi post biennium[a]. Fideiussor tamen intercedere potest[b]. Postremò solutùm ex præcedente ciuili obligatione non repetitur[c]. Vt

2 † si minor sine tutoris autoritate se obligauerit, non cõtrahit obligationem[d]. Tamen si alius nomine pupilli soluerit, non repetit[e], quia naturaliter obligatus erat[f]. Lucius[g] cõtrà, Pupillus, inquit, mutuam pecuniam accipiendo, nec quidem iure naturali obligatur. Respon. quidam sunt pupilli minores septennio (quorum Imper.[h] meminit) quibus si citra tutoris autoritatem pecunia credatur, puto eos neque naturaliter[i], neque ciuiliter[k] obligatos esse nisi locupletiores effecti fuerint, tunc utilis in eos actio dabitur. Si uerò septennium excesserint, naturaliter obligatos esse existimo[l], quò fit ut soluti repetitio impediatur, qua de re alibi pluribus[m]. Ob. secundò, alienatio cùm fit, cùm sua causa fieri intelligitur[n]. Sed causa propter quã fit alienatio, inutilis est, nempe cùm id soluitur, quod naturaliter tantùm debetur, quod nimirùm peti nõ potest, meritò etiam solutum repeti poterit. Respon. consensum eius qui ciuiliter tantùm obligatur, rei traditione à Iure Prætorio confirmari, quò fit ut solutũ repeti non possit[o].

a. §. de literar. oblig.
b. §. in omnibus. Instit. de fideiuss.
c. Bar. l. x. nu. 26. C. de iur. & fact. igno. l. heres. §. q. fi. ff. de fideiuss. l. fi. cum glo. fin. ff. de iur. & fac. ig. quãdo admit. ia. not. Bar. d. l. x. nu. 32.
d. §. nunc admonend. Inst. quib. alie. lic.
e. l. si eius. ff. ad Treb.
f. l. 1. in fi. ff. de nouat.
g. l. pup. ff. de act. & ob.
h. l. si infanti. §. si autẽ. C. de iur. delib.
i. d. l. pup.
k. § j. Instit. de auto. tut.
l. l. cùm illud. §. hæc. ff. quando dies leg. ced.
m. de tut. auto.
n. l. alienatio. ff. de cont. emp.
o. l. pen. ff. de cond. ob tur. causam.

CAPVT VII.

DE NEVTRA OBLIGATIONE.

1 *Obligatio neutra quæ sit.*

2 *Obligatio neutra, soluti repetitionem parit.*

3 *Obligationi neutræ, fideiussor non intercedit.*

Obligatio *neutra*:
- 1 *Parit exceptionem soluti. Nisi ex causa*
  - 1 *Iudicati.*
  - 2 *Transactionis.*
  - 3 *Quæ per infitiationem crescit.*
- 2 *Fideiussorem non admittit.*

1 OBLIGATIONES † quibus ius Ciuile obsistit, neutræ sunt, hoc est, neque ciuilem, neque naturalem causam retinent. Nam qui lege contrahere prohibente, contrahunt,

hunt, nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos subsequutum fuisse, Imper.[a] rescripsit. Vt in Falc. Bar.[b] ex sententia Vltramon. idem annuere uisus est, qui sic probant, ipsam Falc. neq; naturaliter, neq; ciuiliter deberi, lex Falc. resecat legata ipso iure[c], ergo nullo iure debentur. Prætereà, lex Falc. resistit legato, quod non excedat dodrantem[d], ergo nullo iure debetur. Contraria tamen sententia uerisima est, hæc enim Falc. uel Treb. sequuta testatoris uoluntate, naturali iure debita est, cuius uestigia sequitur, cùm repeti non possit, si integrum legatum, uel fideicommissum scienter solutum sit[e]. Horum nihil simile huic obligationi, quam nimirùm sententiam Bar.[f] inposterum sequitur. Qui tamen cùm diuersum ius statuat[g] in detractione Falc, quæ fit ob legitimā portionem debitam filio, uel patrono, id enim nullo iure debitum esse censet, & addit rationem, quòd quocunque errore solutum repetatur, fallitur ipse Bar. Nam naturali iure debitam esse, etiā ex suo Marcia.[h] responso constat. De illo, inquit, dubitari potest, qui per Falc. retinere poterat, uoluntatem testatoris sequutus, spoponderit se daturum. Sed magis est, ut nō possit suę confessioni obuiare, quēadmodùm si soluisset, fidem testatori suo adimplesse uidebatur. De legato inutiliter relicto, nisi apertissima Iurisconf.[i] & Imper.[k] respons. apertè loquerentur, id nihilominus naturalis iuris uestigia retinere, q; solutum repeti non possit, nostrorum futiles altercationes ijs obsistentes[l], nos in antra conijcerent, quæ tamen sic dilui possunt. Nam cùm existimant cò legatum inutiliter in testamēto relictum, neque naturali, neq; ciuili iure deberi, quòd testator consentire non uideatur, naturalis autem obligatio, ut aiūt, non nisi ex cōsensu oritur[m]. Hoc uerum est, de naturali & ciuili simul, quod satis annuit Vlp.[n] cuius autoritate ipsi mouētur. Quid, inquit, tam congruum est humanæ fidei, quàm ea quæ inter eos placuerit, seruare. Secunda ipsorum ratio est, quando illud quod legatur, peccat in forma sui: neque ciuilis, neque naturalis obligatio oritur. Id in stipulationibus[o] ideò receptum est, quòd stricti iuris sint[p], in ultimis uoluntatibus, benignior interpretatio fit[q]. Denique ne plus temporis, uel chartæ in ipsorum animaduersione consumamus, ipsorum sententia explosa, in priore manendum est.

a. l. non dubiũ. C. de legib.
b. Bar. l. cum quis nu. 2. de iur. & fac. ig.
c. l. Plautius. l. lineam ff. ad leg. falc. l. j. §. si qs ex mor. ff. quor. leg.
d. l. j. ff. ad legem falc.
e. l. error C. de de iur. & fac. igno.
f. d. l. cùm quis. nu. 3.
g. d. l. cùm quis. nu. 6.
h. l. si patronus. ff. de donat.
i. l. fideicō ff. de cond.
k. l. fideicom. C. eo.
l. not. Bar. l. cū quis nu 7. de iur. & fa. ign.
m. l. j. ff. de pactis.
n. d. l. j.
o. l. j §. si quis ita. ff. de uer. oblig.
p. l. quicquid. eod.
q. § actionum. inst. de act.

1. PARIT exceptionem soluti.

2 † Huius neutræ obligationis, duplex effectus est, primò soluti repetitionem parit. Puta, iure ciuili cum pupillo, sine tutoris autoritate, uel cum furioso, aut prodigo contrahere uentum est[r]. Qui nimirùm si ex precedente ipsorum contractu, tametsi scientes soluerint, condicere poterūt[s]. Sic mulier si cùm pro alio intercessisset, solutum repetit, quia iure nō intercessit[t]. Sic si usuræ supra legitimum modum solutæ sint, sorti imputātur, cùm lex eas prohibeat[u]. Sic'que ista neutra obligatio perinde habetur, ac si nulla obligatio præcessisset, quo nomine ignoranter solutum repeti potest[x]. Nisi ex causa iudicati solutum sit[y], Imper.[z] enim sic rescripsit, Pecuniæ indebitæ per errorem, non ex causa iudicati solutæ, esse repetitionem iure cōdictionis non ambigitur. Cæterùm licet ex causa iudicati solutū repeti non possit, tamen fideiussor datus non tenetur[a]. Prætereà cùm transactio instar habeat rei iudicatæ[b], excipiendum quoque erit, quod transactionis nomine cùm nulla res media fuerit, solutum est, repeti enim non poterit[c]. Postremò limitatur in solutione eorum, quę per inficiationem crescunt[d].

2. FIDEIVSSOREM non admittit.

3 † Sequens huius neutræ obligationis effectus est, quòd fideiussor huic obligatiōi, cui lex occurrit, intercedere non possit[e]. Vt in obligationibus furiosi & prodigi[f].

r. l. is cui bonis. ff. de uerbo. ob.
s. l. interdum. ff. de cond. ind.
t. l. quamuis §. interdum. ff. ad uelleia.
u. l. si non. ff de cond. indeb.
x. l. j & l. sed etsi. ff. de cond. indeb.
y. l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mãd.
z. l. j. C. de cōd. indeb.
a. l. si sine. § j ff. rem rat. hab.
b. l. non minorem. C. de transac.
c. l. ij. C de cōd. indebi. l. in summa. ff. eo.
d. l. eleganter. in fi. de cōdi. indeb.
e. l. cùm lex §. de fideiuss.
f. l. is cui ff. de uerb. ob.

CAPVT VIII.

DE MISTA OBLIGATIONE.

1 *Obligatio mista quid, eiusdemq; effectus.*
2 *Debiti appell. quæ ueniunt.*
3 *Auri appell. non uenit, quod ex stipulatu debetur.*

MISTA

1 MISTA † obligatio est, cui ciuilis & naturalis coniungitur. Obligatio enim ciuilis habet se ad obligationem naturalem, ut causa agens: obligatio naturalis habet se ad ciuilem, ut causa patiens, seu materia, ex qua ius ciuile producit actionem[a], quæ sola actionem parit[b], eidem'que fideiussor accedere potest[c]. Et quoties mentionem facimus obligationis, de illa tantùm intelligimus, quæ cum naturali obligatione coniungitur. Hinc
2 † est, quòd si testator debita sua legauerit, de his tantùm intelligēdum erit, quæ aliqua actione peti possunt[d]. Quia neque debitor is est, à quo inuito exigi pecunia non potest[e], neque creditor is dicitur, qui exceptione perpetua summoueri potest[f]. Nihil enim interest, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionē summoueatur[g]. Vt de eo dicimus, cui ciuiliter tantùm, uel naturaliter tantùm debetur, qui creditorum loco non est[h]. Contrà si legatum debiti, quod nullum erat, ualeat[i], multò magis legatum debiti naturalis. Respon. aut expressa est quantitas debiti legati, aut non. Si expressa fuerit quantitas debiti, legatum ualet, tametsi debitum naturale tantùm, uel ciuile tantùm, uel neutrum esset. Vt si testator centum Titio legauerit, quæ sibi debet: licet nullo iure sibi deberentur, ualet legatum[k]. Quia falsa nominis demonstratio non uitiat legatum, modò de quantitate, uel corpore cōstet[l]. Multò minus si demonstrationem ad ciuilem aliquam uel naturalem obligationem referre possimus[m]. Idem in stipulationibus obseruabimus, in quibus si certa res quæ non debetur, utpote debita comprehensa sit, ualet nihilominus stipulatio[n]. Contrà falsa demōstratio, tametsi de corpore constet, hæredis institutionem uitiat. Vt si à testatore ita expressum sit, *Quia Titius quem hæredem in testamento esse uolebam, habere non potui, cùm mortuus sit, ideò Caius hæres esto*. Si Titius adhuc uiuat, & sic falsa fuerit demonstratio, non tamen Caius hæres esse poterit[o]. Respon. falsam demonstrationem non nocere, modò

a. Bar. l. cum quis. nu. 15. C. de iur. & fac. igno.
b. l. non statim. ff. de pecul.
c. l. Græcè. §. & post. ff. de fideiuss.
d. l. cùm illud. §. hæres. ff. quan. di. leg. ced.
e. l. debitor. l. pecuniæ uer. in fine. ff. de uerb. sig.
f. l. creditor autem. eo.
g. l. nihil interest. de regul. iur.
h. l. creditores accipiendos. de uerb. sig. l. is cui. ff. de act. & ob.
i. l. legaui. in fi. ff. de lib. leg.
k. d. l. legaui.
l. l. iiij. de leg. j.
m. l. de quibus. §. dominus. de cōd. & dem.
n. l. xxj. ff. de uerb. ob.
o. l. si. ff. de hæred. inst.

in alterius odium & præiudicium non fiat, non enim in alterius damnum hæc interpretatio protrahenda est. Cæterùm si demonstratio neque expressa fuerit, neque ad certū quid, legati uel stipulationis quantitas referatur, neutrum inest. Vt si quod Titius debet, legatum sit, neque T. debeat, legatū nullum est[p]. Sic si generaliter debita sua legaue-
3 rit, adinstar † legati auri sui, nam si testator nullum prætereà aurum haberet, quàm quod ex stipulatiōe deberetur, inutile legatum est. Id enim quod suū est, nō qđ in actione haberet, legauit[q]. Nisi fauore dotis, nam si quis dotē non demonstrata re, uel quantitate stipulatus sit, ualet nihilominus stipulatio[r]. A marito uerò incerta legata, inutilia sunt[s]. Si uerò qs omnia sua, uel bona sua legauerit, etiam actiōes legasse censetur[t]. Quò fit ut qui bonorū suorum usumfructū legat, intelligitur legare usumfructum nominum & pecunias debentiū[u]. An uerò mulier quæ bona & iura sua, in dotem dat, censeatur etiam ius patronatus dedisse, hanc quæstionem latius Bald.[x] prosequitur. Item an aliud sit in dispositione facta, sub nomine rerum, amplius deliberandum est[y]. Cùm igitur ex mista tātùm obligatione actio competat, de'que illa duntaxat in posterum acturi sumus, ad eius definitionem aggrediendum est.

p. l. si sic. de leg. j.
q. l. scribit Quintus. de aur. & arg. lega. Bar. l. ij. C. quib. res. pig. l. Gallus. §. uidendum. nu. 3. 4. de lib. et posth. l. iij. §. ij. ff. de in iust. rup.
r. l. cùm post. § gener. ff. de iur. dot.
s. l. iij. C. de fal. causa adiect. leg.
t. l. si legatis. §. si quis. ff. ad Treb.
u. Bal. cons. cij. lib. j. l. j. C. de usufr.
x. cons. j. lib. v.
y. l. fi. cum glo. ff. de usufru. leg.

CAPVT IX.

OBLIGATIONVM DEFINITIO.

1 *Obligationis definitio.*
2 *Debitores unde dicti.*
3 *Dictum à promisso, in quo differat.*
4 *Contractus, ultrò citròque obligatio est.*

OBLIGATIO[A] est iuris uinculum[B], quo necessitate[C] astringimur, alicuius rei[D] soluendæ[E], secundùm nostræ Ciuitatis iura[F].

[A] OBLIGATIO. Hæc obligationis definitio, ex Imper. respon.[a] desumpta est.

IVRIS uinculum.) Hæc metaphora à rebus corporalibus deducta est, ut quemadmodùm res corporales funibus ligantur, ita etiam qui ex

a. §. j. Instit. de oblig.

quí ex diuersi animi motibus in unū consentiunt, obligantur [b]. 1 † Obligatio autem quin incorporalis sit, pro confesso est [c].

C QVO necessitate astringimur.) 2 † Hinc debitores dicti, quòd præstare debeant, quod promiserint [d]. At (dicet aliquis) eidem definitū conuenit, cui & definitio, & utrunque conuertitur [e]. Sed naturaliter tantùm, uel ciuiliter tantùm, uel contra bonos mores obligatus, non astringitur præstare ea, quæ promiserit [f], meritò cum suo definito non conuertitur. Respon. hāc definitionem illis obligationibus minimè conuenire, adeò ut si ex accipiētis dūtaxat persona turpitudo uersetur, solutū repeti posset, ueluti si tibi dedero, ne me iniuria afficias [g].

D REI. Quod uerbū generale est [h], res enim tam mobiles, seu se mouentes, quàm immobiles cōplectitur [i].

3 E SOLVENDÆ. † Ex præcedente promissione, nō simplici dicto, hoc est, uerbo tenus pronunciato, nudo'que sermone finito [k]. Promissum autem non solùm ad nudam promissionem, siue pollicitationem refertur, uerùm etiam ad sponsionem, nam qui stipulanti spoponderit, ex stipulatu conuenitur [l]. Qui autem fecit quod facere promisit, soluisse dicitur [m]. Faciendi autem uerbo, soluendi & reddendi causa continetur [n].

F SECVNDVM nostræ ciuitatis iura.) Colligimus hinc obligationem ita demum ualere, si secundum iuris ciuilis constitutiones contracta sit. Ea enim sola est, quæ actionem parit, quæ necessitate astringit, quæ est secundum nostræ ciuitatis iura, quæ hoc uolunt, ut uicissim contrahentes obligentur. 4 Ex † contractu enim obligatio nascitur, quoties quis lucri sui gratia cum alio contrahit, ueluti emendo, uendendo, locando, cōducendo, cum similibus [o], ex quibus ultro citro'que obligatio nascitur [p]. Quarum quinque potissimum genera iure Ciuili proposita sunt,

5 Obligatio †
- 1 Pura.
- 2 In diem.
- 3 Ex die.
- 4 Conditionalis.
- 5 Pœnalis.

b. l. j. §. conuentionis. ff. de pact.
c. l. j. §. quadā. ff. de rer. di.
d. l. debitor. de uerb. fig.
e. l. j. §. dolum. ff. de dolo.
f. l. j. ff. de pollicit. l. pacta quæ contra. C. de pac. l. generaliter. l. si plagij. de uerbo. oblig.
g. l. idem. uersi. quotiēs. ff. de cōd. ob turp. causam.
h. l. j. in fin. si cert. pet.
i. l. mouentium. de uerb. fig.
k. l. sciendū §. dictum. ff. de edil. edi.
l. §. promissum. d. l. sciendum.
m. l. solutionis. de uerb. fig.
n. l. faciendi. eo.
o. l. actionum. §. actionum. ff. de act. & oblig.
p. l. labeo. de uerb. sign.

CAPVT X.

DE OBLIGATIONE PVRA.

1 *Actus purus quando dicatur.*
2 *Obligationis dies omissus, quando eam non uitiet.*
3 *Instrumenta publica sine die non ualent.*
4 *Diei hora an in obligatione exprimenda sit.*
5 *Obligatio pura quando dilationem non admittat.*
6 *Instrumenta publica quæ dicantur.*
7 *Locus in obligationibus ciuilibus, quis tacitè insit.*
8 *Locus in criminalibus exprimendus est.*
9 *Locus in instrumentis adijcitur.*

1 PVRAM † illam obligationem dicimus, in qua dies appositus nō est [a], uel ad tēpus mortis, aut in tempus certæ ætatis obligatio confertur [b]. Sic & in testatoris dispositione receptum est, ut si legatum relictum sit, cùm petierit, non conditionale, sed purum legatum esse censetur [c]. Ista quoque uerba, Quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit. Aut, si hæres erit Seius, uel, si hæreditatem adiuerit, non conditionale, sed purum legatum faciunt [d]. Si legatum sub hac conditione factum est, qua quis hæres institutus est, purum legatum censetur [e]. Conditiones enim quæ tacitè actui insunt, eum non conditionalem faciunt [f]. Causa præterea non conditionem sed purū actum facit, ut si quis rem sibi dari stipuletur, ut de ea testari possit, licet de ea nō testetur, nihilominus sibi debetur [g]. Huius puræ obligationis, duplex effectus est,

Obligationis puræ effectus,
- 1 Dies statim cedit.
- 2 Locus ubi contrahitur, tacitè inest.

2 .1. DIES statim cedit.) † Hinc nimirùm elicimus, diem in obligatione omissum, eam non eo nomine uitiare. Sic nec omissione diei principis, uel indictionis uitiabitur. Vt si quis per epistolā, pignus recepisse confiteatur, neque dies appositus sit, non eò minus pignoris obligatio ualet [h]. Quæ generaliter in priuatis scripturis & cōuentionibus obseruanda sunt [i]. Eadem & in scripturis, quæ sunt in archiuo publico, quæ sine die, uel indictione fidem faciunt.

a. §. omnis. Inst. de uerb. ob.
b. l. hæres meus. ff. de cond. et dem. l. nam si. de cōd. inde. l. v. C. quādo di. leg. ced.
c. l. Titio. de cond. & demonst.
d. l. iij. de leg. j. l. aliquādo. de condic. & dem.
e. d. l. aliquādo. l. si dies. §. j. ff. quando di. leg. ced.
f. l. cōditiones. de condit. & demonst.
g. l. si mulier. C. de iur. dot.
h. l. cūm tabernam. §. idem quæsitū. ff. de pign. gloss. l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab.
i. d. §. idem.

faciūt[k]. Sic cùm quæritur, an facti operis memoria extet, dies & consul ad liquidum exquirendus non est, sed sufficit si quis sciat, factum non esse[l]. Videamus tamen ne omissione diei, actus omnino uitietur. Pap.[m] enim sic rescripsit, Si ita stipulatus sum, Te sisti certo loco, si non stiteris, quinquaginta aureos dare spondes? Si dies in stipulatione per errorem omissus fuerit, cùm id ageretur, ut certo die sisteres, imperfecta erit stipulatio. Sed ex Pap. elicimus, diē omissum, ubi de hoc inter partes alioqui ageretur, obligationē uitiare. Obstat præterea ad secundū exemplū, de scriptura ex archiuo publico, quæ cùm publici instrumēti uim habeat[n].
3 Et † publica instrumenta sine die indictione & cōsule nō ualeāt[o]. In quibus ordo huiuscemodi seruādus est, ut primò ann[9] Imperij principis, deinde cōsulis anni illius, tertiò indictio, mensis & dies adijciatur[p]. Meritò uera non est sententia Bar. existimantis scripturam ex archiuo publico, scripturæ priuatæ instar habere. Quò fit ut in ea, publicorū instrumentorum solēnitates omnino non desideremus. Sic & libellos inscribendos esse, Paul.[r] notat, apud præt. Titius professus est, se Meuiā adulteram deferre, quòd dicat eam cum C. Seio in ciuitate illa, domo illius, mense illo, coss. illis adulterium cōmisisse. Quod miror Bar.[s] non animaduertisse, eùm sine cuiusquam autoritate, persuadere nobis tentauerit, in accusatione, diem minimè proponēdam esse. Sed uideamus, ne in qualibet priuata scriptura, eadem desideremus: quam sentētiam Bar.[t] excepta pignoratitia, utpote reali, sequutus est. Qui certè Accurs.[u] cauillatur, dum idem sensisse scribit. Nam quòd Accur. ait, in obligatione pignorum, diem & consulem non desiderari, non ambigimus intellexisse secundùm Sceuolæ respons.[x] cuius autoritate nititur, sed Sceuola de priuata scriptura loquutus est. Quare in hac sententia maneamus, quòd in priuata scriptura, diem & consulem alioqui non desideremus, secundum Alex.[y] tametsi non semper sibi constare uidea-

k. Bar. auth. at si mu. de fid. instru.
l. l. ij. §. antep. ff. de aq. plu. arc.
m. l. cxv. ff. de uerb. ob.
o. auth. ad hæc. C. de fid. instru.
n. Bar. auth. ad hæc. C. de fid. instr. §. §. authen. ut præpo. no. impe.
p. §. unde. authen. ut præpo. no. imp.
q. d. auth. et si. nu. 2.
r. l. libellorum. ff. de accus.
s. l. pantomimus. §. §. nu. 3. ff. de aeq. here.
t. auth. ut præpo. no. imp. nu. 6.
u. l. ij. §. idem lab. ff. de aq. plu. arcen.
x. l. cum tabernam. §. idem quæsiit. ff. de pig.
y. l. iij. §. huius. ff. de edē.

tur[z]. Quam sententiā etiam ipsemet Bar.[a] contrarius sequutus est. Videamus ne & in publicis, idem dicendum sit, nam instrumenti publici copia, sine die & consule facienda est[b]. Sed licet detur copia instrumenti sine die & consule, tamen in ipso instrumēto dies & consul adijciendus est[c]. Sic cùm inspectio & descriptio tabularū, sine die & consule fiat[d]. Tamē ipsas tab. utpote publicas die & consule constare necesse est. At uerò cùm libellus sine die & consule non ualeat[e]. Neque etiā instrumenti editionem ualere dicemus. Sed diuersa ratio in accusationis libello subest, quòd iudicium ab illa initium capiat, quæ citra diei & loci expressionem, non facilè probari posset, in instrumenti editione non item, modò ipsa instrumenta, cum die & cōsule edita sint, alioqui inutilia essent, quemadmodùm & personalia beneficia, quæ sine die & consule, autoritatem nullam habent[f]. Et secundùm hanc subdistinctionem, Bartolum[g], dum ait iudiciaria acta, cum die & consule edenda esse, interpretandum censeo. Sed
4 † non tantùm dies, uerùm etiam diei hora exprimēda uidetur. Vlp.[h] enim diem & horā in denunciatione complectendam respondet. Sed ex receptissima nostrorum sententia, horam in instrumentis exprimere non conuenit[i]. Cæterùm cùm priuata scriptura sine die ualeat, sciendum
5 est, † illis hanc interpretationem addendam esse, ut statim peti possit, quod in eis deberi constat. Veluti, quinque dare spondes? confestim enim peti poterunt[k]. Nam quoties in obligationibus dies non apponitur, præsenti die pecunia debetur[l]. Videtur tamen non statim, sed ad iudicem remittendum esse. Nam ut Ven.[m] scribit, Si ita stipulatus sim, Ephesi dari, inest tempus, quod ad iudicem remittimus. Respon. Pura obligatio, locorum interuallo[n], aut natura rei dilationem capit[o]. Sicque ubi locus non adijcitur, in actoris fauorem interpretatio facienda est, ut illi protinus debeatur[p]. Videamus tamen, ne dies ille incertus, secundùm promissoris mentem ex-

z. In proœ. C.
a. l. iurisgen. §. quod ferè. ff. de pact.
b. l. j. §. editiones. ff. de edē.
c. d. §. editiones.
d. l. ij. §. diem. ff. quemad. testa. aperian.
e. d. l. libellorum.
f. l. si quæ. C. de diuers. rescr. Bar. l. j. nu. 20. C. de nouo Cod. facien.
g. l. j. §. editiones. nu. 1. & 4. cum seq. et l. iiij. §. j. nu. 2. ff. de eden.
h. l. aut qui. §. j. ff. quod ui aut clam.
i. Bar. § allud. numero 4. auth. quibus mod. nat. effi. legit.
k. §. omnis. inst. de uerb. ob.
l. l. cum qui. §. j. de uerb. oblig.
m. l. continuus. §. cùm ita. de uerb. ob.
n. l. cum qui. §. quoties. de uerb. ob.
o. l. interdū. eo.
p. l. de die. ff. q. satisd. cog.

plicandus sit. Nam quicquid, inquit
Cels.[q] adstringendæ obligationis
causa dictũ est, id nisi palàm uerbis
exprimatur, omissum esse intelligen
dum est, aut certè secundùm promis
sorem interpretamur. R. hoc uerum
est, in contractibus extra iudicium,
secus in iudicijs[r]. At uerò Caius[s]
obstare uidetur, dum dicit fauorabi
liores reos potius quã actores esse.
Quòd uerũ intelligo, quandiu acto
ris intentio fundata non est, cùm ne
quaquã obligationem præsuppona
mus[t]. Vbi uerò suã intentionẽ pro-
bauit actor, meliorẽ rei cõditionem
futuram non existimo. Interim uerò
neutrius est diem præscribere, sed
ipsius tantũ iudicis, sic enim Imp. cõ
stit.[u] interpretor. Si pars actoris, in-
quit, cessauerit, quatenus multiplici
dilatione reus fatigetur, licentia erit
iudici, &c. Annuit iudicis partes es-
se, diem actori præscribere, quod ue
rum intelligas, quãdo iudiciũ actor
detractat. Quod apertè idẽ[x] sic ostẽ
dit, Si ea, inquit, quæ crimen intẽdit,
cognitionem moratur, certa præfe-
rendæ accusationis tempora iudex
cõpetens præstet[y]. Sic & cùm à lege
dies nõ exprimitur, iudicis arbitrio
cõmittendũ est. Vt cùm à prætore
tempus ad deliberandũ hæredi de-
tur, nec diem adijcit, iudex præscri-
bet[z]. Ex ijs cùm inter publica & pri-
uata instrumenta differentiã elicia-
6 mus, † sciendũ est illa publica instru-
menta dici, quæ à scriba publicata
sunt, nec sufficit manus priuati, nisi
essent duo, secundum Bar.[a] Adijcit
Bar.[b] ea publica instrumenta dici,
quibus solis creditur sine aliquo ad-
miniculo, de iure, siue de consuetu-
7 dine. Sed meli⁹ antè dixerat. † Locus
prętereà obligatiõi inseri solet[c], Cu-
ius omisiõe uitiatur obligatio, si in
faciendo cõsistat, ut si qs insulã fieri
stipuletur, & locũ nõ adijciat, uitia-
tur stipulatio[d]. Secus si in dãdo, nam
tacitè locus in quo cõtrahitur, inest[e],
tametsi alius solutionis locus expres
sus sit[f]. Quod uerum intelligo, post
diẽ obligationis, tũc enim nõ tantũ
in loco solutionis faciẽdæ, uerũ etiã
& ubi cõtrahit, & quocũq; alio in lo
co cõueniri poterit[g]. Antè uerò nõ
nisi in loco, in quo soluere promisit,

q. l. quicquid. de uerb. ob.
r. d. l. de die.
s. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.
t. arg. l. sicut. C. de act. & oblig.
u. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic.
x. l. si ea. C. qui accus. non poss.
y. l. Titia C. de accus. amplius Bart. l. inter stipulantem. §. si stichum. de uer. ob. Roma. cõsil. xl.
z. l. j. ff. de iure delib.
a. auth. ad hec. C. de fid. inst. c. quoniam. extra de probat.
b. l. vj. §. si initium. nu. 5.
c. §. loca. Inst. de uer. ob.
d. l. iij. §. si quis insulam. de uer. ob. l. qui insulam. ff. de uer. ob.
e. l. contraxisse. ff. de act. et ob. l. omnem. ff. de iud.
f. l. heres. § illud. ff. de iud.
g. l. eum qui. ff. de iud.

cõueniri potest[h]. Atq; ita Vlp. resp.[i]
interpretãdũ esse existimo. Nõ solũ
inquit, eo loco posse eũ petere ubi
constitutũ est, sed exẽplo arbitrariæ
actionis ubiq; potest. Post morã, in-
telligas. Ex ijs apparet obligationẽ
ob locum omisũ minimè uitiari, sed
legis interpretatiõe adiuuandã esse.
8 † In libello accusationis, si & dies &
9 locus non inseratur, inutilis est[k]. † In
instrumentis quoque secũdum Ac-
curs.[l] idem receptum est, tamen nos
amplius loco suo deliberabimus[m].

CAPVT XI.

DE OBLIGATIONE IN DIEM.

1 *Obligatio in diem, quando dicatur.*
2 *Obligatio in diem, quando ualeat.*
3 *Oblig. in diem, ante diem actionẽ non parit.*
4 *Obligatio in diem, in hæredem transmissa, an ante diem peti possit.*
5 *Obligationes puræ, uel in diem, in hæredes transeunt.*
6 *Fideicommissum in diem transmittitur.*
7 *Fideic. cond. ante cond. non transmittitur.*
8 *Relicti in diem, & sub cond. differentia.*
9 *Fideic. cond. quando transmittatur.*
10 *Annus inceptus an habeatur pro completo.*
11 *Pensio in fine anni soluenda est.*
12 *Actus in diẽ, & mensem uel annũ differẽtia.*
13 *Dies inceptus an habeatur pro completo.*
14 *Obligatio annua, uel in diẽ, quã præscribatur.*
15 *Obligationis annuæ & in diem differentia.*
16 *Obligatio annua, an ad hæredes transeat.*
17 *Obligatio annua, an initio anni præstanda.*
18 *Stipẽdia annua an in hæredes transmittãtur.*
19 *Debitor potest soluere ante diem.*
20 *Obligatio in annos singulos, uel annis singulis, quã initio, uel in fine anni præstãda sit.*
21 *Pupillaris ætatis, & infantiæ fines.*
22 *Pubertas quando incipiat, uel finiatur.*
23 *Argenti, uel operis appell. quid.*

1 IN † diem actus fit, ueluti quando
adijcitur dies, quo aliquid solua-
tur: ut, Cal. Janua[a]. Sic & in diem le-
gare permissum est[b]. Vt si usque ad
annos, puta, decem relictũ sit, ualet,
ita tñ ut in plures pẽsiones, relictũ di
uisum esse censeatur[c]. Sic si legatum
debeatur, cùm legatarius ad legiti-
mam ætatem peruenerit: non condi
tio legato inserta, sed petitio in tem-
pus legitimæ ætatis collata est[d]. Hãc
2 † obligationẽ in diem, licet Paul.[e] ap
probauerit, Pap.[f] contrà, legitimos
enim actus p diei adiectionẽ uitiari
respõ. Qui in seruitutẽ in diem cõsti
tuta interpretandus uidetur[g]. Nam
ut Vlp.[h] ait, Si ad tẽpus quid superfi-
ciem

h. l. pe. ff. de eo quod cer. loco.
i. l. si duo. § j. ff. de cõst. pecu.
k. d. l. libellorũ. Bart. l. uero. nu. 6. fol. ma. c. quæ. extra de præc. Bar. l. unde. nu 2. ad leg. Aquil. l. j. nu. 4. de ijs qui deic. l. iiij. cum add. de leg. j.
l. glo. p. l. optimam. C. de contr. stip.
m. j. de litter. obligat.
a. §. omnis. Inst. de uer. ob.
b. l. si. C. de lega.
c. l. si cum præfinitione. ff. quando dies leg. ced.
d. l. ex ijs. C. quãdo di. leg. ced.
e. l. obligationum fere. § j. ff. de act. & oblig.
f. l. actus. de reg. iur.
g. l. iiij. ff. de seruit.
h. l. j. §. quod autem. ff. de superficieb.

diem conduxerit, negetur ei in tem actio. Sed quamuis seruitutes nullā tacitam diem recipiant[i], cōuentione tamen partiū apposita, seruāda est[k]. Vlp. autem respon.[l] interpretandū est, ubi adeò arctatur dies seruitutis constitutæ, ut otium nullū detur seruitutis utēdæ. Pap.[m] quoq; ad exempla ab ipso proposita referemus. Porrò huius obligationis in diem,
3 multiplices effectus sunt. † Primò ante diem, actionem non producit. Qua de re licet addubitauerit Bart.[n] Tamen cùm præpositio, In, si accusatiuo adijciatur, extra locū significet, secundū eundem[o]. Et de loco ad tempus probabile sit argumentum: meritò in diem obligatus, ante diem conueniri non poterit. Dies enim adiectus efficit, ne præsenti die pecunia debeatur, ex quo apparet, diei adiectionē pro reo, nō uerò pro stipulatore esse[p]. Hinc est, quòd si in annos, decem dare quis damnatus sit, non ante nouissimum eius temporis diem legatum debebitur[q]. Non igitur in diem obligatio, ante diem nata est, tametsi Bar.[r] sibi contrarius, contrariū nobis persuadere tētauerit. Intelligo ante diē, obligationem natam non esse, ut eo nomine debitor conueniri possit, qui tamen si ante diem soluere uoluerit, creditor recipere cogitur[s]. Excipimus, quando statuitur certus dies à iure, ad aliquid faciendū, dies ille præueniri non potest, prorogari autem utique, secūdum Bal.[t] Quam sententiam non sequimur. cùm certum sit, eum ante diem bonorū possessioni renūciare non posse, cui ex edicto delata est[u]. Videamus tamen ne etiā ante diē, in debitoris incommodū, dies obligationis cedat. Pau.[x] enim sic scribit, Ad diem sub pœna, pecunia promissa, & ante diem mortuo promissore committitur pœna. Sed intelligimus pœnam cōmissam esse, si post diem hæres non soluerit.
4 † Prætereà hæc obligatio in diem, in hæredem transmittitur. Vt in relicto in diem, à testatore facto[y]. Ita tamen, ut ante diem peti nō possit, puta, si legatum ab impubere relictum sit, cùm ad pubertatem peruenerit, & impubes decedat: ad id tempus differenda petitio est, quo ad pubertatem peruenire potuisset[z]. Cùm igitur in tempus ætatis alicuius petitio confertur, si is à quo euentus diei pendebat, antè decesserit, non propterea extinguitur[a]: sed eo tempore peti potest, quo dies existere poterat[b]. Vt si usus fructus alicui, donec T. ad pubertatem peruenerit, relictus sit: licet T. antè decesserit, tamen usque ad id tempus usus fructus debetur, quo is ad pubertatem peruenisset[c]. Nisi is qui usumfructum constituit, minus iuris haberet[d]. Vt si usufructuarius, qui suū usumfructum alteri, cùm T. ad pubertatem peruenerit, reliquerat, interim decesserit[e]. Cùm enim usus fructus morte finiatur[f], usufructuarius nō plus iuris in alium, quàm ipse haberet, transferre potuit[g]. Adde etiam filiorū fauore receptū esse, ut si ususfructus portionis unius, usq; ad certum tēpus alteri relictus sit, & is cuius portio erat, ante diem decesserit, insolidùm portio illa alteri acquiritur[h]. In libertate non tantummodò idem obseruandum est, si in diem alterius relicta sit[i], uerùm etiam si sub conditione[k], tametsi in cæteris legatis secus sit[l], nisi ab alio purè relicta fuerint[m]. Vt si à substituto, tūc ab ipso statim adita hæreditate, & nō spectata cōditione præstāda erunt[n]. Idē si negatiuè apposita sit: ut, Si in quinquēnio proximo filius Titio natus non erit, et T. antè decesserit, in fine quinquennij debetur[o]. In stipulationibus idē obseruabimus: ut, si Cal. Stichum non dederis, decem dare spondes? Si Stichus antè decedat, tamen decem Cal. debebūtur[p]. Quòd si is cui in quinquēnium, puta, ususfructus relictū est, post quinquēniū proprietas alteri, antè quinquennium decesserit, cùm proprietas ante diē alteri non debebatur[q], ad testatoris hæredem ususfructus pertinet[r]. Sed dies, uel annus cœptus, qui obligationi adiectus est, an pro cōpleto habeatur, cùm inter iurisconf. nostros magna dissentio sit, eam cùm referre, & hoc loco explicare operæpretium esse duxerim, initium nostrum à Paul. Iurisconf.[s] sumens, ad eius respō. interpretationē aggrediemur.

i. d. l. iiij. uers. ipso quidem iure.
k. d. l. iiij. uers. si tamen.
l. d. §. quod dic.
m. d. l. actus.
n. Bar. l. j. C. ut act. ab hær. l. iurisgen. §. ut puta. cū nu. 2. ff. de pact.
o. Bar. l. Gallus §. ille casus. nu. 2. ff. de lib. & posth.
p. l. eum qui. §. j. ff. de uerb. oblig.
q. l. si in annos. ff. de condi. & dem.
r. Bar. l. qui pecuniam. nu. 1. ff. si cert. pet. contrà l. j. nu. 2. C. quando fisc. uel priuat.
s. l. post mortē. C. de fid. icō. l. cùm pater. §. hæreditatem. de leg. ij.
t. Bal. l. fi. uers. quæro quid si dictum. C. qui admitt. Ald. cōst. xl.
u. l. j. §. quibus. ff. de success. edic.
x. l. ad diem. ff. de uerb. ob.
y. l. si cùm. ff. quando dies leg. ced.
z. l. libertis. §. ab hæredib. in fine. de ali. leg. no. Bar. l. si mater. de uulg.
a. l. Celsus. de leg. ij. l. pe. §. fi. C. ad Treb.
b. l. in illa. j. de uerb. ob.
c. l. ambiguitatem. C. de usu & habit.
d. l. si operas ff. de usufru. l. si seruus cōmunis. ff. de stip. ser.
e. l. si sub. ff. qb. mod. ususfr. amitt.
f. §. finitur. Inst. de usur.
g. reg. nemo plus iuris.
h. l. generali. §. duas ff. de usufr. leg.
i. l. fideicōmissaria. C. de fideic. lib.
k. l. si ita scriptū. de ma. testa. l. si seruo. de statu lib.
l. d. l. si ita. d. l. si seruus. l. pe. §. itē. de cōd. & dem.
m. l. si seruo. §. si ab impubere. de leg. j.
n. l. si cū seru. §. j. l. quidam. de leg. j.
o. l. iiij. in fi. de cond. et dem.
p. l. in illa. de uerb. ob.
q. l. uxori usumfructum. de usuf.
r. l. ambiguitatem. uers. neque. C. de usu & habita.
s. l. non putabam. ff. de cōd. & dem.

NON putabam) Paulus non solùm inconstantia & præcipitantia, uerùm etiam insipientia & superfluitate notatur. Inconstans ideò iudicatur, quòd cùm quælibet ars, certissimis & immobilibus cancellis ac finibus concludatur. Et ius nostrũ, Ars sit[t], idipsum certissimis, non mobilibus sentẽtijs cõprobandũ est[u]. Præcipitãs eò fuit, quòd nõ perpẽso Imp. Aurelij (cuius ipse meminit) responso celeriter respondisset. Cùm præstet potius, excusans uelut suam imperitiã, respondendi partes ad explicãdum quæstionis nodum, alteri deferre, ne in cuiusdam uicium incidamus, qui interrogatus, num pactus lactis ouili duo dolia, lac redderet gallinaceum, satisfecerit qui reddidit. Si hac, inquit, gallinaceum utilius sit ei cui reddidit, satisfecit qui reddidit. Risus omnium consecutus est. Insipiens quoque iudicatur, cùm sapiẽtis non sit, dixisse, Non putabam. Superfluus prætereà uidebitur, cùm omnis obligatio siue purè, uel in diẽ, uel ex contractu, uel ex ultima uoluntate, etiam ante diem ad hæredes transmittatur, si is cui debetur, ante diem decesserit. Ex contractu purè, ueluti, Quinque dare spondes? Si creditor antequàm eos percipiat, decesserit, ad hæredes suos nihilominus transmittit[x]. In diem, ueluti, Cal. Ianua[y]. Vel cùm petiero: licet non petiero, hæredes mei petere poterũt[z]. Cùm enim ea quæ iuris sunt, in hæredes transeant[a]. Et stipulatio, iuris sit[b], in hæredem transibit, & meritò hæres petere poterit. Sic in ultimis uoluntatibus, si relictũ proponatur, cùm petierit: si non petat, sui hæredes petere poterunt[c]. Electio quoque rei alternatiuæ, in hæ-
6 redem transit[d]. † Ita etiam aduersus Paulum, ius legati, siue fideicõmissi. Vt si annuũ relictum proponatur[e]. Si fructus qui nascentur per fideicommissum relicti fuerint[f]. Si Titius rogatus sit, Caio cùm sexdecim annorũ erit, hæreditatem restitueret si ante decimumsextum annũ Caius decesserit, ius fideicommissi in suos hæredes transmittit[g], ita tamen ut ante diem non debeatur[h]. Sic si legatum fuerit Caio, cùm sexdecim annorum erit[i], uel in annum decimumsextum[k]. Sic si Caio relictum proponatur, cùm Titius sexdecim puta, annorum erit[l]. Ex ijs cùm manifestè cõstet legatarium siue fideicõmissarium transmittere ius fideicommissi in suos hæredes, tametsi ante diem fideicommissi decesserit: superuacuum uidebitur Pauli responsi. cùm ei incipere tantummodò deberi existimet, qui decimum sextum annum ingressus fuerat cùm relictũ esset, cùm ad decimumsextum annum peruenisset. Sed ne interim in procacitatis quorundam uicium incidamus, qui seipsos extollere, qui sibijpsis satis intus cancre & se ornari putant, cùm aliorum decus palàm, uel mussitanter imminuere tentant. Qui certè tandem in antras illas speluncas incident, in quas alios conijcere tentant. Quare desinamus maledictis Paulum lacessere, præsertim cùm nulla causa sit, de ipso maledicendi. Quin potius ipsum Iurisconsultissimum uirum laudibus illustremus, quòd in ciuilium commutationum scientia, uel in explicandis causis pertinax non fuerit. Eum admiremus, quòd cùm de iure responderet, non idem semper diceret, sed idem semper spectaret. Cùm enim præstantibus in Rep. gubernanda uiris, nunquam laudata sit in una lege, uel sententia, perpetua permansio. Sed omnibus modis cùm de iure respondemus, propositũ esse debeat, ne idem semper dicamus, sed ut idem spectemus. Incõstantiæ fama pertimescenda non est, si quibusdam in sententijs nos immutemus[m]. Quin eos potius uituperemus, qui suæ sententiæ nimiùm tenaces sunt. Minus quo-
7 que superfluus iudicabitur †. Cùm enim fideicommissum factum fuerit, cùm ad decimumsextum annum peruenerit: si ante decesserit, ad hæredes suos non transmittit[n]. Quia pendente

Paulus l. non putabam ff. de cond. & dem.

NON putabam[a] diem fideicommiss-

t. l. j. ff. de iust. & iur.
u. l. iustitia. eo.
x. §. omnis instit. de uerb. oblig.
y. d. § omnis.
z. l. si decem. de uerb. ob.
a. l. nihil. ff. de uerb. sig.
b. l. si unus. §. pactus. de pactis.
c. l. Titia. de cõdi. & dem.
d. §. optionis. inst. de leg.
e. l. firmio. §. pater. de an. leg.
f. l. illud. in fi. ff. quando di. leg. ced.
g. l. Scius. ad Treb.
h. d. l. ex ijs.
i. l. ex his. §. f. C. quando di. leg. ced.
k. l. codicillis. de ann. leg. l. si cum prafinit. quando di. leg. ced.
l. l. libertis. §. ab heredib. de al. leg.
m. l. f. C. de modo mulctæ.
n. l. si Titio. ff. quan. di. leg.

pendēte cōditione creditor[o]. (Hinc est, quòd si chirographum quo mihi sub conditione aliquid debetur, deletum sit, licet competat legis Aquiliæ actio, non tamen condemnatio ante euentum cōditionis uires habebit[p]. Si tamen quis ex una parte purè fuerit hæres institutus, ex alia conditionaliter: & priorem adiuerit, ac tandem decesserit, altera tādem quæ sub cōditione debebatur, suis hæredibus accresceet[q].) Parūque refert, si is qui fideicōmissum præstare tenebatur, ante diem fideicōmissi decesserit. Nam si fideicōmissarius quoq; ante diem fideicōmissi decedat, non transmittit, sed acquiritū hæredi eius, qui restituere rogatus erat[r]. Sic si ab hærede cū moritur, Titio legatū sit, & T. prædecesserit[s]. Idem si T. legatū fuerit, si Caius moriatur: si T. prædecedat, ademptū legatū censetur[t], & hęredi à quo relictum fuerat, acquiritur[u]. Si igitur fideicōmissum decimosexto anno relictū proponatur, & antè decedēs non transmittat, secus si post: plurimū scire interest, utrū initio decimisexti anni, uel in fine, diem uenisse dicamus. Quam nimirùm dubitationē Paulus diluens, respōdet initio uenisse.[y] Atq; interim ut superiores omnes pugnātes sentētias dissoluamus, dicēdum est, legatarium seu fideicommissarium, ante diem fideicommissi decedentem, ius fideicommissi transmittere, si in diem legatū, siue fideicōmissum factum fuerit[x]. Atque ita priorem superiorem sententiam interpretabimur. Quòd si sub conditione factum sit, & fideicommissarius ante existentem conditionem decesserit, non trāsmittit. Et ita Pauli respon.[y] interpretandū est. Et sufficit tempore mortis legatarij, uel fideicommissarij conditionem existere. Vt si T. post decem annos legatum fuerit, si ab hærede satisdationē non exegerit, & interim legatarius decedat, legatum in suos hæredes transmittit[z]. Sic si Titio, si

o. l. is cui. de act. & ob.
p. l. in lege. & seq. ff. ad leg. Aquil.
q. qui ex duabus. ff. de acq. hær.
r. l. Publius. §. j de cond. & demon.
s. l. si pecunia. § j. l. Iul. de le g. ij. l. si cum hærede. quā do di. leg. ced.
t. l. quibus diebus. §. quid. l. de condi. & dem.
u. d. l. Iul.
x l. quod purè. ff. quando di. leg. ced.
y. d. l. non putabā. cum ijs quæ s. uer. cū enim annot.
z. l. si ita legatum sit Titio. ff. de cōd. & dem.

si[b]. Venisse[c], cū decimū sextum annū ingressus fuisset is cui erat relictū, cū ad decimumsextū annū peruenisset. Et ita etiam Aurelius Imperator ad appellationē ex Germania indicauit.

hæres non erit, quædam relicta sint: si antequàm hæreditatem adiuerit, decedat, relicta trāsmittit[a]. Quia sufficit conditionem tempore mortis extare. Videtur tamen nihil referre, siue in diē, siue sub conditione relictū proponatur, minusque si hæres rogatur, uel fideicommissarius decesserit. Nam si sub cōditione fideicōmissum sit alieri, mortuo fideicommissario, tametsi nondum existat cōditio, à substituto prę standum est[b]. Respon. hoc quando à substituto purè redditū est. Alioqui uerò si fideicommissarius, uel is qui fideicommissum restituere rogatus est, ante conditionem existentem decesserit, ius fideicommissi in hæredem fideicōmissarij non transmittitur[c]. cùm ante euentum conditionis, nihil ad eum cui relictum est, pertineat[d]. Adeò ut si ante conditionem capite minutus fuerit, & tandem existat conditio, relictum quasi nouum aliquod ius sibi acquisitū consequatur[e]. Meritò necessariò implenda conditio est, alioqui nihil consequitur, & nihil transmittit. Vt si quis hæres institutus sit, si decē dederit[f], si alteri nupserit[g]. Quærendum igitur est, quando in diem, uel sub cōditione fideicommissum factum esse dicatur, quod nos loco suo proponemus[h]. Pauli igitur respons. explicandum est..

b FIDEICOMMISSI. Fit autem fideicommissum his uerbis, Peto, Rogo, Volo, Mando, Fidei tuæ cōmitto[i]. Nutu quoque perficitur[k].

c VENISSE. Venisse diem fideicōmissi dicimus, quando fideicommissum peti potest. Cedit autem dies, quandò deberi incipit[l]. Hoc ipsum est, quòd sibi uult Vlp.[m] Hæredis aditio, inquit, moram petitioni legati facit, cessioni diei non facit. Hoc est, cedit dies legati, morte testatoris[n]. Nisi conditionale fuerit legatū, uel in mora fuerit petendi legatum: tunc licet cesserit dies legati, non transmittit[o]. Hinc cùm dies legati à

a. l. si. ff. quādo di. leg. ced.
b. l. si cui § j. de legat. j. l. j. quando dies leg. ced.
c. l. si. T. de leg. ij.
d. l. non oportet. de leg. j. l. in testamento. de cond. & dem.
e. l. j §. si ita ff. quibus mod. usufr. amitt.
f. l. quæ sub cōditione. §. quotiens. de cond. inst.
g. l. j. C. de inst. & subst.
h. j. ij c. seq.
i. § fi. inst. de sing. reb.
k l. nutu. de legat. iij.
l. l. cedere. de uerb. sig.
m. l. habendis. ff. quando di. leg. ced.
n. l. ǝ Titio ff. de fur.
o l. si g ita. §. j. de adi. leg.

p.l. j.ff. quan. di.leg.ced.

ſubſtituto relicti,morte teſtatoris ce
dat,tametſi inſtitutus adhuc uiuat[p].
Si legatarius,ſiue fideicommiſſarius
ante ſubſtitutum deceſſerit,non mi-
nus ius legati ſiue fideicommiſsi in
9 ſuos hæredes trāſmittit.Quia † cùm
dies legati,ſiue fideicommiſsi à mor
te teſtatoris ceſſerit[q], in ſuos hære-
des trāſmittit,tametſi antè decedat,
quàm perceperit[r].Vt ſi ſub condi-
tione aliquid relictum fuerit,& exi-
ſtente conditione deceſſerit: licet
nondum legatum conſecutus ſit,ta-
men idpſum in ſuos hæredes trāſmit
tit[s].Et ita Sceuolæ reſpōſ.[t] interpre-
tandum eſt.Cùm enim ſcribat,diem
fideicommiſsi ceſsiſſe, ſatis annuit
ius fideicommiſsi tranſmiſſum eſſe
in hæredes fideicōmiſſarij. Quòd ſi
tanquàm dies fideicommiſsi ceſsiſ-
ſet, fideicommiſſarius deceſſerit: ei
acquiritur , qui reſtituere rogatus
erat[u].

q. d.l.à Titio.

r.l.miles § pro parte. de legat.ij.

s.l.iij l.fi.C.quā do di.leg. ce. l. Seius . ad Trebel.l.ſi in perſona. C. de fideicom.

t. l.fi.ff. quando di leg.ced.

u. l ſi quis Titio.de leg ij.

10 Poſtquàm † iure compertum eſt,
fideicommiſſum in diem, quando-
cumque fideicommiſſarius deceſſe-
rit,ad hæredem tranſmitti: cōditio-
nale uerò ita demum,ſi conditio ex-
titerit. Supereſt ut quomodò dies
conditionis cedat,explicemus.Si fi-
deicommiſſum alicui relictum pro-
ponatur,cùm ad decimumſextū an-
num peruenerit:ideō quærendum
eſt,utrùm initio anni poſterioris,uel
in fine, dies fideicommiſsi ceſſerit.
Nam ſi initio anni dies cedat,& tan-
dem deceſſerit,ius fideicōmiſsi trāſ-
mittit, ſecus ſi in fine. Igitur Mo-
deſt.[x] hanc propoſuit quæſtionem,
ſed dilucidè non diluit.Sunt enim
hæc uerba, *Priuſquam præfinitum tempus*
ætatis impleret, ambigua.Paulus uerò
hîc apertè reſpondet, initio decimi-
ſexti anni diem fideicommiſsi uenis
ſe[y].Atque ita Imper.[z] iudicauit.Idē
dicendum, ſi relictum ſit,cùm fari
potuerit:cùm primùm fari potuerit,
debetur[a]. Videtur tamen non niſi
in fine anni poſterioris, diem fidei-
cōmiſsi cedere,ſi relictum eſt, cùm
ad decimumſextum annum perue-
nerit[b],uel poſtquàm fari potuerit[c].
Reſpon. hæc poſterior ſententia,iu-
ris communis præſcripto probanda
eſt. Adeò ut iudex qui ſecundùm le
ges ſcriptas iudicare debet[d],ſecun-

x. l. Seius . ad Treb.

y. l.j. C. quando di. leg.ce. ubi Bar.

z. qui filium. §. Sabinus.ff. ad Treb.

a. l.inter illam. de uerb.ſig.

b. l.ſi cui legatum.de leg.j. l ex his. in fi. C. quando di. leg. ced l. eū qui certarū. de uerb.ob.

c. d.l.inter.l ſi ita fuerit libertas . in prin.uerſ.& poſt xij. ann. ff.de mu.teſt.

d. l. illicitas. §. ueritas. de off.præſ.

dum ea quæ poſteriore loco ſcripſi-
mus, ſentētiam ferre debeat, quem-
admodum & præſes prouinciæ fe-
11 cerat[e].Hinc eſt, † quòd penſio in fi-
ne tantū anni ſoluēda eſt[f].Princeps
uerò qui non tantummodò ex præ-
ſcripto legis,uerùm etiam ex æquo
& bono ſentētiam ferre poteſt, pro-
pter inopiam & egeſtatem pro hæ-
redibus eius, qui ante completum
uiceſimum ætatis ſuæ annum deceſ-
ſerat,ſententiam tulit[g].Paulus igitur
cùm prius putaſſet,diem fideicōmiſ
ſi non ueniſſe, cùm decimumſextū
annum fideicommiſſarius ingreſſus
eſſet , ſecundum ius commune re-
ſponderat. Cùm uerò Imper. Aure-
lius Antonin⁹ ſecus iudicauerit:nō
putabat egeſtatis rationem haben-
dam eſſe, cùm lex quantumuis du-
12 ra ſeruāda ſit[h].Cæterùm † cùm non
paſsim arg. de anno ad diem proce-
dat, & diuerſum ius in uno atque in
altero ſtatuatur, patet in amittenda
ſeruitute aquæ, puta,ducendæ, nam
ſi quis alternis annis,uel menſibus,
ius aquæ ducendæ habeat,duplica-
to conſtituto tempore amittitur. Si
uerò alternis diebus,aut nocte tan-
tùm,non niſi longo tempore amitti
tur[i]. Videamus num quæ de anno
dicta ſunt,etiam ante diem locū ha-
beant. & habere dicendum eſt, nam
quemadmodùm annus incertus, ex
iuris communis præſcripto[k], † Ita
13 etiam dies incœptus, cōpletus non
uidebitur[l].Hinc eſt,quòd actiones
quę tempore terminantur,uſque ad
ultimum diei nouiſsimi momētum
durant[m],ut in uſucapione[n],in peten
da bonorū poſſeſsione[o].Cùm enim
totum potius actum quàm partem
defendere debeamus[p].Et totum ac
perfectū dicamus , quod omnibus
ſuis numeris conſtat[q].Et dies dua-
bus medijs noctibus concludatur[r].
Meritò non ad initium,utpote im-
perfectū,ſed ad finem referendū eſt.
Vt ſi hodie decem mihi debeas, ho-
die petere non potero[s].Si mihi die-
bus ſingulis debeatur,non niſi in fi-
ne diei petere poſſum[t]. Quia cùm
totus dies arbitrio ſoluentis tribua-
tur[u], antè peti non poterit[x]. Hinc
eſt, quòd etiam legatus, qui manè
reuerſus eſt,totius illius diei ſtipen-
dia

e. d.l. §. Sabinus.

f. l.iij. C.loca. ubi Bar. nu. addit.ad Bar. l. viij.ff. ſol. mat. & §. ſi in anno. in add. eo.

g. d.l. §. Sabinus.

h. l. proſpexit. ff. qui & à.

i. l. ſi ſic. ff. quemadmo. ſeruit. amit.

k. l. qui hoc anno. ff. de uerbo.ob.

l. l.iij. ff de oper. lib.

m. l.in omnib. de act.et ob.

n. l.in uſucapionibus. ff. de uſuc.

o. l. j. §. quod dicitur. ff. de ſuc. edic.

p. l. v.in fi.de uerb.ob.

q. l.ædificia. de uerb.ſig.

r. l.more.ff.de feriis.

s. §. omnis. Inſt. de uerb.ob.

t. l.eum qui in fi.uerſ.idē.de uer.ob.

u. d. §. omnis. l. eū qui Cal. §. j.de uer.ob. l.cōtemptus. de uer.ſig.

x l. Stichum. §. cùm ita.uerſ. nam.de uerb. oblig.

dia consequi debeat[x]. Contrà, si minimo momēto diei nouissimi possessa res fuerit, expletur usucapio, aut si decem hodie dare mihi promiseris, hodie petere potero[y]. Respon. cùm à media nocte dies inchoetur, & sequenti finiatur[a]: hæc duo extrema adeò inuicem coniuncta & indiuidua sunt, ut actiones quę ultimo momento diei incipiūt, primo quoque eiusdē diei momento perimantur[b]. Parum'que refert, quacunque diei parte acquisitio facta sit, semper ad diei initium, utpote præcipuam totius diei partem referimus[c]. Vt si quis hora, puta, sexta diei usucapere cœperit, initio eiusdem diei implet usucapionem, nec totus dies exigitur ad implendum constitutum tempus[d]. Quemadmodùm in termino à iudice dato, postremus enim dies etiam incesse intelligitur, si quidem ita dictū sit, Do terminū trium dierum, tunc enim non computatur in termino, dies dati termini, & ita intelligitur tantùm de proximis[e]. Quòd si trium dierum terminus datus sit, seu hinc ad tres dies, & tunc de momento ad momentum computantur[f]. Cùm uerò de ciuili obligatione in diem agitur, non adeò angusta interpretatio fit, atque in dilationibus iudicialibus. Nam obligationis in diem præscriptio, ante diem non incipit. Quia cùm ante diem non sit nata actio, antè agi, uel
14 præscribi non potest. In † obligatione annua uel menstrua, cùm amplius deliberandum sit[g], melior tamen mihi interim hæc cedit sententia, ut à tempore moræ prioris solutionis, adinstar obligationis in diē, præscriptio inchoetur. Tametsi non semper arg. annuæ, uel menstruæ, &
15 in diē obligationis procedat. Nam in annua obligatione peti potest, ut pro præsenti futuro'que tempore condemnetur[h]. In obligatione in diem, ante diem cōdemnari non potest, ut antè diximus[i]. Deinde in obligationibus annuis, uel menstruis, non initium obligationis, sed initiū temporis, in quo obligatio cessat,
16 inspicitur[k]. Tertiò, †Obligatio in diē, semel duntaxat cedit[k], de qua tamen amplius deliberandum est[l]. In priuilegijs uerò & dignitatibus secus est, in quibus qui non habet limitatum tempus, in perpetuum intelligitur[m]. Obligatio uerò annua, in ulta contrahentium collata, pro quolibet anno iudicetur una per se separata, neque ad hæredem transmittitur, nisi hoc nominatim actū sit[n]. Tametsi Accurs.[o] contrà sentiat, cuius opinio eò non omnino reijcienda uidebatur, quòd hæc annua obligatio, aliquid proprietatis habeat[p]. Annuum tamē debitum eò dicimus in hæredem non transire, quòd usufructui & alimentorum, qui morte usufructuarij extinguitur, instar habeat. Ergo eo casu dum debitum annuum pro alimētis non censeretur, Accurs. sententia probabilis uideri potest, cui etiam Bar.[q] adstipulari uisus est. Sed ut huius utilissimæ & quotidianæ quæstionis certa & solida disciplina cōstituatur, in primis uidendum, nec extra rem est, an obligatio ista annua, diuidua, uel indiuidua sit. Nam si una, hoc est indiuidua fuerit, quandocunque decesserit creditor, id ipsum in suos hęredes transmittit. Vt si annuū relictum, usque ad certam ætatem proponatur: non plura, sed unum fideicommissum, certis pensionibus diuisum est. Meritò si antè decedat, fideicommissum residui temporis, ad hæredes suos transmittit[r]. Vnum quoque legatum esse, Martia.[s] existimat, si habitatio domus alicui quoad uiuet, relicta fuerit. Cæterùm si plura legata esse censeātur, ut si annuū legatum pro alimentis fuerit[t], si usufructus legatur[u], legatū morte legatarij extinguitur[x]. Paulus[y] idem respōdet, cuius sententiam Iabol.[z] sequutus, rationem addit, quòd legati usufructus instar habeat. Idem quoque in legato redituum[a], omniūnannorum, uel fructuum fundi[b], uel alimentorum[c] obseruandum est. Atque ita Sceuolæ respons.[d] interpretabimur. Cùm enim dicat legarum fructuū, quot annis relictum uideri. Intelligimus usque ad mortem duntaxat durare, non uerò ad hæredem transmittitur[e]. Videtur tamen annuum relictum in ultima uoluntate legatum, morte non extingui[f]. Respon.

y. Bar. l. de diuisione. num. 6. ff. sol. mat. l. in usucapione. ff. de præscrip. & diu. l. liber. homo. §. §. decē. de uerb. ob.
a. l. more. ff. de ferijs.
b. d. l. more. in fi. uers. quasi. arg. l. denique. §. minorem. ff. de mi. xxv. ann.
c. l. j. ff. de origin. iur.
d. l. in usucapionibus. l. ideoq;. ff. de usucapio. l. in usucapione. de di. præscr.
e. l. cum qui. §. j. de uerb. ob.
f. Bar. l. j. §. j. ff. si quis cautio. l. iij. §. minorē. j. de minor. l. j. §. dies. quando app.
g. Bar. l. cùm notissimi. §. in ijs. C. de præscri. xxx. an.
h. Bar. l. malè. num. 5. C. de præscri. xxx. ann. & in l. non quemadmodùm. nu. 1. ff. de ind.
i. l. cum notissimi. §. in ijs. C. eod.
k. l. qui bis. ff. de uerb. ob. l. dotis. ff. de iure dot.
l. not. Bar. l. diuortio. ff. sol. mat.
m. l. iurisperitos ubi Bar. ff. de excusat. tut.
n. l. sancimus. §. si quis autem. C. de donat.
o. glo. l. si Stichum. § fi. ff. de uerb. ob.
p. Bar. l. legatum. in fi. ff. de cap. dim.
q. l. cum hi. §. si in annos. ff. de transac. nu. 1.
r. l. firmio. § fi. ff. quando di. leg. ced.
s. l. damus. ff. de usuf. leg.
t. d. l. firmio. in fi.
u. d. l. cum usufructus. de usuf. leg.
x. d. l. firmio. in fin.
y. l. Caius. ff. de ann. leg.
z. l. cum ita. de usuf. leg.
a. l. patrimonium. l. fund. de usuf. leg.
b. l. si quis ita. de usufruc.
c. l. cum hi. §. modus. ff. de transac.
d. l. defuncta. in fi. de usufruc.
e. d. l. firmio. in fin. ff. quando di. leg. ced. l. si quis ita. de usufruc.
f. l. annuo. ff. de ann. leg.

hoc in legato annuo, Reip. relicto,
cuius fauore hoc inductũ est[g]. Insto
ij. etiam annuum legatum Reip. re-
lictum extingui[h]. Respon. si usuf-
fructus Reip. relinquatur, centũ an-
nis durat[i]. Si annis singulis, perpe-
tuò. In dubio uerò unicum dunta-
xat legatum præsupponimus, & ne-
cessitas probandi contrariũ, incum-
bit hæredi[k]. Sed ubi plura legata
sunt, an morte legatarij ita extinguã
tur, ut interim totius illius anni quo
decesserit, relictum non trãsmittat[l].
Si initio anni debeatur, non dubita-
mus totius anni relictum, in suos hę
redes transmittere, secus si in fine.
Quærendum igitur est, an initio, uel
17 in fine anni debeatur. † Imp.[l] Vlp.[m]
& Pomp.[n] cùm respondeant, initio
anni deberi: si legatarius initio anni
decesserit, totius anni relictum in
18 suos hæredes transmittit[o]. † Hinc
est, quòd si is cui stipẽdia annua debent,
initio anni decesserit, integra illius
anni transmittuntur[p], & consequu-
ta hæres restituere non tenetur[q].
Pap.[r] tamen non nisi in fine anni re-
lictum annuũ deberi putat. Cuius
respon. defendi potest, ubi annuum
legatum ex fructibus prædij relictũ
est. Videtur tamen indistinctè debi-
tum annuum non nisi in fine anni
peti posse[s]. Respon. hoc in contra-
ctibus[t], secus in ultimis uoluntari-
bus, in quibus fauorem eius sequi-
mur, ad quem testatoris uerba diri-
gũtur[u]. Insto tertiò idem in stipula-
19 tionibus esse dicendũ[x]. Respõ. † cũ
in stipulationibus tẽpus fauore pro
mittentis appositum esse cẽseatur[y],
adeò ut totum medium tempus li-
berũ promissori relinquatur, quãdo
certo die aliquid promissum est[z],
cui potius fauendum est[a], ipse diem
abrogare poterit, & consequenter
ante finem anni[b], statim soluere po-
terit[c]. Totum enim mediũ tempus
ad soluendum, promissori liberum
relinquitur[d]. Ab ipso uerò ante ulti
mum momentum anni peti non po
test[e]. Insto quartò tempus esse ap-
positum fauore creditoris, cum que
ante diem pecuniã accipere cogen-
dum non esse[f]. Respon. hoc ideò
quòd in stipulationibus, in quibus
tempus certum expressum non est,

g. l. ante pe & seq. eo.
h. l. si usufructu. de ann. lega.
i. d. l. si usufructus.
k. d. l. defuncta. in fi.
l. l. j C. quando di leg. ce.
m l. iij. ff. de an. leg.
n. l. si ita fuerit libertat. de manumiss. testam.
o. l. à nobis. ff. de ann. leg.
p. l. post §. j C. de aduoc. di. iud. l. diem. ff de offi. ass. l. diem. loca.
q. l. j §. diuus. ff. de uar. cog.
r. l. firmio. in fi. ff. quando di. leg ced.
s. l. qui hoc anno. de uerb. ob. §. omnes. Inst. eo. §. qui hoc anno. de inut. stip.
t. l. eum qui certarũ. de uer. oblig.
u. l. cum tempus. de regul. iur.
x. l. quod quis. de act & ob.
y. d. l. cum tempus.
z. l. stipulatio ista. §. alter. de uerbo. ob. l. si debitor ff. de sol.
a. l. fauorabiliores. de reg. iu.
b. d. l. quod s. l. qui res. §. mihi. l. de sol. l. si ita fuerit. §. sed cũ seq. de ma. test.
c. l. quod in diem. de sol.
d. d. l. quod.
e. l. continuus. §. cũ ita. uers.

semper initium spectemus[g], & con-
sequenter præsenti die stipulatio-
nis[h]. Aut etiam dicendum est, quòd
quemadmodùm dies solutionis ap-
positus censetur fauore promitten-
tis, ita etiam dies usurarum, quas cre
ditor stipulatur, eius fauore creditur
inesse. Meritò si initio sortem non
soluerit, usuræ totius temporis de-
bebuntur[i]. Hæc de annua obliga-
tione satis. Nunc de obligatione an-
nis singulis, uel in annos singulos
uideamus.

20 INTER † obligationem annis
singulis, uel in annos singulos, nulla
differentia est[k]. Meritò quod Pau-
lus[l], & Vlp.[m] probant, non unum,
sed plura esse legata, cùm in annos
singulos relinquitur. Meritò mor-
tuo legatario in eius hæredem non
transmittit[n], cũ instar habeat usus fru
ctus[o]. Idem dicendum si legatũ fue-
rit, donec nubat, legati in annos sin-
gulos instar habet[p]. Hæc uera sunt,
si pro alimentis in annos singulos
aliquid relictũ proponatur[q]. Quòd
si exonerandi hæredis gratia, in plu-
res pẽsiones, atque ita usque ad cer-
tam ætatem relictum sit, indiui-
duum legatum est, & futurorum an
norum in hæredes suos transmit-
tit[r]. Quàm subdistinctionẽ non sa-
tis Paulus[s] animaduertit, quando
inter legatũ & stipulationem in an-
nos singulos, hoc interesse existi-
met, quod una stipulatio duntaxat
sit, legata uerò plura. Et tamen uni-
cum legatum esse dicitur, si idipsum
in plures pensiones testator diuise-
rit[t]. Et tunc inter legatum & stipu-
lationem in annos singulos factam,
nulla differentia est, cum utrunque
in hæredem trãsmittatur. Nisi quòd
anni duntaxat posterioris legatum
in annos singulos in hæredem trãs-
mittatur: annuũ uerò debitũ ex sti-
pulatu perpetuò hæredi stipulato-
ris acquiratur[u], quia stipulatio iuris
est[x]. Ea uerò quæ iuris sunt, in hære-
dem trãsmittuntur[y]. Videtur tamen
stipulationis ius, in hæredes non
transire[z]. Respon. cùm stipulatio se-
quatur naturam rei, super qua inter-
ponitur[a]. Et iniuriarum actio in hæ
redem non transeat, nisi lite conte-
stata[b], neque etiam stipulatio[c]. Vi-
detur

nam. de uerb. obli. l. lecta. uers igitur si cer. pet.
f. l qui Romæ. de uerb. ob.
g. l. si ita quis promiserit. de uerb. ob.
h. l. eum qui. §. j eo.
i. d. l. qui Romæ.
k l. nec. § nouissime ff. quãdo di. leg. ced.
l. l. cũ in annos ff. de ann. leg.
m. l. cùm in annos. quando di. leg. ced.
n. l. iiij. de ann. leg.
o. l. in singulos. de ann leg.
p. l. legatum. de ann. leg.
q. l. si cùm præfinitione. ff. quando dies leg ced.
r. d. l. si cum.
s. l. senatus §. si. ff. de dona. causa mor.
t. d. l. si cum.
u. l. si stichũ. §. j. de uerb. ob.
x. l. si unus. §. pactus. ff. de pactis.
y. l. cum heredes. de acq. poss.
z. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff si quis caut.
a. d. §. qui.
b. l. pœnales. ff. ad leg. falc.
c. d. §. qui.

detur tamen indistinctè hæredi nihil acquiri. Cùm enim relictum in annos singulos, instar habeat usufructus[d]. Et ususfructus statim morte usufructuarij finiatur[e]. Adeò ut si maturis fructibus, nondum tamen perceptis decesserit ususfructuarius, in suos hæredes non transmittat[f]. (Percepti dicuntur, si messem fecerit, tunc stipula quæ in messe iacet, hæredis est: spica autem quæ terra tenetur, domini fundi est[*].) Meritò idem in eo dicendum, cui in annos singulos aliquid debetur. R. Licet legatū in annos singulos, instar habeat ususfructus[h], & utrunque morte finiatur[i]. Tamen in hoc differũt, quòd in annos singulos relictum, capitis diminutione non finiatur[k]. Ususfructus verò sic, nisi fuerit dictũ[l]. Præterea in singulos annos relictum, initio anni debetur, & illius totius anni relictum, in suos hæredes trãsmittit, si initio anni decesserit, ususfructus verò statim morte extinguitur[m]. Videtur tamen totius anni usumfructũ in hæredem usufructuarij transmitti, tametsi ante finem anni decesserit[n]. R. Si omnes fructus tempore mortis usufructuarij percepti essent, licet nondũ pensionis dies uenisset, tamen cùm uenerit, integra pẽsio præstabitur[o]. Insto secundò, Ususfructus morte usufructuarij non extinguitur[p]. R. Speciale in seruitutibus realibus, quæ rem ipsam comitantur[q]. Insto tertiò, idem iuris in legato ususfructus, atque in legato in annos singulos facto, statuendũ esse. Cùm enim ideò legatum in annos singulos relictum, capitis diminutione non perimatur, quod facti sit[r]. Et omnia legata, siue fideicommissa sint facti[s]. Meritò ex identitate rationis, idem ius statuendum est[t]. R. In hoc tamen differunt, quòd plura censeantur esse legata, cùm in annos singulos aliquid relictum est, & anni cuiuslibet initium spectemus[u]. Adeò ut si post anni initiũ decedat, illius anni relictum in suos hæredes transmittat[x]. In usufructu verò unicum relictum est, neque aliquod futurũ ius in hæredes suos transmittit, sed id duntaxat quod perceperit, suis

d. d. l. in singulos.
e. §. finitur. de usufr. l. corruptionẽ. C. eo.
f. §. is verò. inst. de re. ed.
g. l. si usufructuarius. ff. quib. mod. usufr. amit.
h. d. l. in singulos.
i. l. legatum. de cap. dim.
k. d. l. legatum.
l. d. l. in singulos.
m. d. l. in singulos.
n. d. l. defuncta. ff. de usufr.
o. d. l. defuncta.
p. l. ij. ff. quẽad. ser. amit.
q. d. l. ij.
r. d. l. legatum.
s. §. legatarijs. inst. de testa.
t. l. non. ff. de legib.
u. l. habitationis. ff. de usuf. lega.
x. l. si in singulos. de an. leg.

acquiritur. Sicque ui & natura in annos singulos relicti, anno incepto trãsmittitur ius totius anni. Ususfructus verò natura non plus iuris transfertur, quàm ususfructuarius perceperit. Tertiò, si reditus fundi quoad uiuet, relictus sit, non tamen in eodem habitare poterit[y]. Secus si ususfructus fundi relictus sit[z]. Quartò, hæres fundum reditus reficere non tenetur, nisi sua culpa deterior effectus sit[a], hæres verò fundũ usufructuarij utique[b]. Adeò ut ususfructuarius quos sumptus fecerit, repetere possit[c]. Quintò, is cui reditus annui relicti sunt, ab hærede annis singulis capiet, usufructuarius verò propria autoritate. Sextò, is qui annuos reditus ex fundo præstare tenetur, sumptũ uẽdere potest[d]. Usufructuariũ verò fundum hæres alienare non poterit. Hinc est, quòd si ex testamento quæsitum mihi fuerit ius itineris faciendi per fundum uicini in fundum meum, in annos singulos: & initio anni hæres impedierit me, ad totius anni interesse tenebitur[e]. Idem in colono, qui in quinquennium, puta, conduxit[f]. Videtur tamẽ non teneri, nisi pro eo tempore quo impedierit[g]. R. Hoc quãdo anni dũtaxat finem spectamus[h]. Cæterum quãdo initiũ anni spectemus, ut cùm in annos singulos aliquid in ultima uoluntate relinquitur, si initio anni decesserit, in suos hæredes, quod sibi illo anno deberi poterat, transmittit[i]. Videtur tamen in annos relictũ, ante nouissimum illorum annorum diem non deberi[k]. R. Si hoc aut illud, in decem, puta, annos præstandum sit, usque ad nouissimum eius temporis diem utrùm malit, præstare poterit[l]. Et nihil refert, utrùm ex ultima uoluntate, an ex contractu debeatur, semper enim quod in annos singulos debetur, initio anni præstandum erit[m]. Præterea quemadmodùm totius anni relictum, in suos hæredes transmittitur, quando annis singulis aliquid debetur: ita etiam in annos singulos, integrum enim relictũ illius anni quo decesserit, in suos hæredes transmittitur[o]. Videtur tamen à morte legatarij nihil transmitti[o].

R. Aut

y. l. fundi. §. j. ff. de usufr. leg.
z. l. si habitatio. ff. de usu & hab.
a. d. l. fundi.
b. l. arbiter. ff. de usuf.
c. l. sed & si quid. eo.
d. d. l. fundi. in prin.
e. l. ij. ff. de an. leg.
f. l. si in lege. §. colonus. ff. loca.
g. l. continuus. §. item si nõ. de uerb. ob.
h. d. §. item.
i. d. §. illud.
k. l. si in annos. ff. de condi. & dem.
l. d. l. si in annos.
m. l. cùm notissimi. § in his. C. de præscr. xxx. ann.
n. l. si ita. l. in singulos. §. illud. de ann. leg.
o. l. si cum pr[illegible]finitione. §. respõ. quãdo di. leg. ce. l. si in singulos. de ann. leg.

R. Aut quæritur, an transmittatur legatum illius anni, quo legatarius decesserit, & dicemus transmittit. Atque ita Marcia. respons.[q] interpretandum est. Aut quæritur an legatũ in annos singulos relictum, perpetuò in hæredes transeat, & dicemus non transire, atque ita Pauli respõs.[r] interpretabimur. Insto secundò in hæredem perpetuò transmitti, & in uniuersum hæredibus acquiri[s]. R. Hoc quando ex stipulatu in annos singulos aliquid debetur[t], secus si ex ultima uoluntate[u]. Insto tertiò stipulationem in annos singulos non transire[x]. R. hoc uerum est, si dictũ sit, Quoad uiuam, tunc pacti exceptione hæres summouebitur[y]. Insto quartò nihil referre, ex stipulatu debeatur, quoad uixerit is qui stipulatus est, uel hoc omissum sit. Cũ enim taciti & expresi par uirtus sit[z], & in hæredes non trãsmittatur, si dictum sit, Quoad uixerit[a], neque etiam si omissum fuerit. R. in stipulationibus cùm sint stricti iuris, tacitũ non habetur pro expresso[b]. In quibus nimirùm ea duntaxat quæ expressa sunt, nocent. Insto quintò annuum relictum etiam in ultima uoluntate perpetuũ esse[c]. R. quando non personæ, sed officio, & sic sub nomine appellatiuo relinquitur, perpetuum est relictum[d]. Insto sextò perempto eo cui sub nomine appellatiuo relictum fuerat, relictum amplius non debetur, secũdum Bar.[e] R. hoc non dicit lex, & tamen Bar. sententia defendi potest, dum omnino officium perimitur[f]. Insto septimò, non nisi primo hæredi testatoris acquiri[g]. R. hoc quando proprietas alicui relicta est, usus fructus uerò hæredi[h]. Hactenus de obligationibus, quando dies, uel annus cœptus, habeatur pro cõpleto. Nunc quid in ætate uideamus.

21 INFANTES† & pupilli cùm quicquid uideant, ignorẽt, hæreditatem sibi delatam, tametsi lucrosam[i], adire & acquirere non possunt[k]. Parentes uerò ipsorum filiorum nomine, etiam sine infantis consensu poterunt[l]. Videtur tamen hæreditatem, etiam sine patris, uel tutoris autoritate, pupillo acquiri posse[m]. Respon.

q. d. l. si enim. §. respon.
r. d. l. si in singulos.
s. l. si Stichũ. §. f. de uerb. ob.
t. l. senatus §. fi. de do. cau. mor.
u. l. si cũ præstatione. quã. di. leg. ced.
x. §. at si. Inst. de inut. stip.
y. l. cum qui. ij. §. qui ita. l. si. in princip. de uerb. ob.
z. l. cum quid. ff. si cert. pet.
a. d. §. at si.
b. l. quicquid. de uerb. ob.
c. l. annua. §. Titius ff. de ann. lega. l. in annalibus. C. de lega.
d. d. §. Titia.
e. l. tutelas. ff. de cap. di.
f. l. patre. § tusculanus. de leg. ij.
g. l. antiquitas. C. de usuf.
h. d. l. antiquitas.
i. §. neque. Inst. de aut. tut.
k. l. potuit. C. de iure delib.
l. l. fi. §. ubi autem pueriliis, idest infantis. C. de bo. quæ lib. l. si infanti. C. de iure delib.
m. §. j. de auto. tut. §. finantem de hær. quæ ab intestas.
n. d. §. sul autẽ.
o. l. cùm hæredes. l. qui uniuersas. §. q. l. per coloniã. de acq. poss.

Ius hæreditatis sine cuiusquã autoritate acquirere sibi possunt[n]: hæreditatis autem possessionẽ, cùm non aliter sibi acquirere possint, quàm si eam apprehenderint[o]. Neque apprehendẽdi animũ habere possint, eam sibi acquirere non poterunt, parentes uerò sine ipsorum consensu poterunt. Quòd si infantiam & pupillarem ætatẽ excesserint, ipsi cùm parentis, uel tutoris autoritate sibi acquirere possunt[p]. Parentes quoq; sine ipsorum consensu, hęreditatem adire nequeunt[q]. Multùm ergo scire interest, quibus finibus infantia, uel pupillaris ætas concludatur. Infans septem annorum est[r]. Vt de anniculo dicimus, anniculus enim is est, qui tricentesimum sexagesimum quintum diem natus est[s], quibus finibus annus cõcluditur[t]. Si ultimo anni die decesserit, anniculus nihilo minus decessisse uidetur[u]. Pupillũ uerò pubertati proximum esse dicimus, quando sex tantum mensibus à pubertate abest, quemadmodum & cùm prope finem anni esse
22 dicimus[x]. † Qui facti puberes, cùm statim à tutela liberentur[y], & matrimonium contrahere possint[z]. Et pubertatẽ in masculis, decimoquarto anno concludamus, in fœminis duodecimo[a]: sciendum est operæpretium esse, decimumquartũ compleuisse[b], & decimumquintũ ingressum esse[c]. Fœminam quoque duodecimum annum attigisse non sufficit, sed impleuisse necesse est[d]. Tametsi in cõdendis testamentis, annum supradictum attigisse sat sit[e]. Hinc quoque receptum est, pupillarem substitutionem, cum primùm pup. testari potest, euanescere[f]. Quemadmodùm fideicommissum à succedentibus ab intestato pupillo, relictum, nam pubertate adueniente expirat[g]. Videtur tamen pueritiam decimoseptimo completo concludi[h]. Sed non antè postulare, uel manumittere permittitur. Aliquando pubertatẽ usque ad decimumoctauum annum trahimus, ut cùm usq; ad pubertatem alimenta relinquuntur[i]. Sed & in ætatis uenia, pubertas in masculis uicesimo anno concluditur, in fœminis decimooctauo[k].

Insto

p. l. si infanti. in fi. C. de iure delib.
q. d. l. si infanti. §. ubi autem in unum.
r. d. l. si infanti.
s. l. anniculus nõ statim. de uerb. sig. l. ita uulneratus. §. æstimatio. ad leg. Aquil.
t. l. cũ bæres. §. Stichum. de statu lib.
u. l. anniculus amittitur. de uerb. sig.
x. Bar. l. propterandũ §. etsi quidẽ. nu. 2. C. de iudic. l. qui iurasse. nu. 4. de iureiur.
y. §. j. Inst. quib. mod. tut. finiat.
z. §. masculi de nup.
a. d. §. j.
b. d. § j. not. Bar. l. si cui legetur. de legat. j.
c. §. nouissime. auth. de tep. non sol. pec.
d. l. minorem. ff de rit. nup.
e. l. qua ætate. §. j. ff. de testa.
f. Bar. l. in pupillari. nu. 4. ff. de uulg.
g. l. xcv. §. j de leg. j. cũ seq.
h. l. j §. pueritiam. ff. de postul. §. si Inst. quib. ex cau. ma. non lic.
i. l. mella. ff. de adi. leg.
k. l. ij. C. de his qui ue. æta.

Insto secundò, pubertatem uicesimoquinto anno concludi, & neque antè postulare [l], neque antè sua negocia gerere posse [m], adeò ut à iudicio repellendus sit [n]. Respon. hoc non procedit, quando minor non restituitur [o]. Vt si læsus non sit, uel mãdato domini postulauerit. Quòd si læsus fuerit, usque ad finem anni uigesimiquinti restituetur [p]. Quia priuilegium minori à prætore concessum, latissimè interpretandum est [q]. Quibus pro anno utili qui olim dabatur, quadriennium continuum hodie datur [r]. Videtur tamen initio anni uigesimiquinti amittere priuilegium [s]. Sed quòd ad seruorum manumissionem attinet, cùm dominus uigesimumquintum annum attigerit, fauore libertatis manumittere potest [t]. Hodie tamen decimoquarto anno masculi manumittere poterunt [u]. Insto secundò, annum uigesimumquintũ inceptum pro completo haberi [x]. Sed hoc fauore Reip. inductum est, ut cùm ante uigesimumquintum annum curam Reip. suscipere prohiberentur, possint tamen si uigesimũquintũ attigerint [y]. Poterunt tamen ante uigesimũquintum annum, diploma ordinis magistratus suscipere, tametsi interim suffragia ferre nequeant [z]. Sic & quòd ad minoris fauorem spectat, minor ætas de momento ad momentum inspicitur [a]. Sic cùm septuagenarij à tutelis & muneribus uacent [b]: non tamẽ si septuagesimum annum ingressi sint [c], sed si illam ætatẽ compleuerint, & excesserint [d]. Denique quoties lex ætatis mentionem facit, an ad initium anni posterioris, uel in fine referamus, eius utilitas spectanda est, in cuius fauorem inducitur [e], excepta Reip. causa: ut cùm lex uetat, minores uigintiquinque annorum, de adulterio accusare [f]. Fauore Reip. dicendum erit, initio uigesimiquinti anni accusare posse. Quia Reip. interest, mulieres castas & pudicas esse, ut legitimos liberos procreent. Hæc de cœpto tempore,
23 de rebus pauca dicenda. † Si legatum fuerit argẽtum, quod nondum perfectum est, non uenit, quia corpus tantùm perfectũ legato inest [g],

l. l. minorem. ff. de procur.
m. l. fi. ff. de cõd. & dem.
n. l. exigendi. in fi. C. de procur.
o. d. l. minorẽ.
p. l. iij. §. minorem. ff. de mi. xxv. ann.
q. l. fi. ff. de cõstit. pecu.
r. l. fi. C. de tẽp. in integ. rest. min.
s. l. j. ff. de manumiss.
t. d. l. j.
u. §. & hoc. authen. ut spon. sa. larg.
x. l. ad remp. §. annus. ff. de mu. et honor.
y. d. §. annus.
z. l. spurij. ff. de decur.
a. l. denique. §. minorem. ff. de minor. ubi Bar. nu. 2. cũ add.
b. l. j. v. C. qui ætate. § item maior. Instit. de excus. tut. l. si ultra. de decu. lib. x C.
c. l. qui filiũ. in fi. ff. ad treb. l. maiores. ff. de iure immunita.
d. l. ij. ff. de excus. tut.
e. glo. l. j. C. de lega.
f. l. si maritus. §. lex Iulia. ff. de adult.
g. l. Quintus. in

sed id argentum legatum censetur, quo commodè uti possimus [h]. Sic si infectum argentum legatum sit, id uenit quod ita paratum est, ut citra refectionem eo uti non possimus [i]. Factum enim non dicitur, si una uel altera tantùm pars perfecta sit [k]. Hinc est, quòd testamentum non completum, testamentum non est [l]. Quòd si instar habeat facti operis, factũ esse dicitur [m]. Et qui opus demolire tenetur, non pro parte, sed totum demolire debet [n]. Sic periculum operis ad eum qui fecit, non pertinet, sed ad eum cui opus traditur [o]. Quod de opere perfecto intelligimus [p]. Sic quod ædium causa paratum est, si nondum perfectum sit, quamuis positum in ædificio sit, non tamen uidetur ædium esse [q]. Sic qui opus alicui facere tenetur, indiuiduum & perfectum facere cogitur [r]. Vt si quis fundum tradi, uel fossam fodi, uel insulã fabricari, uel operas, uel quid his simile stipulatus sit, si quid horum pro parte duntaxat præstetur, nihilominus committitur stipulatio [s]. Videtur tamen argẽti appellatione, etiam quod nondum factum est accedere, sufficereq; si cœptum fuerit fabricari, uel celari, tametsi nondum perfectum sit, ut interim inter factum argentum connumeretur [t]. Potentia enim proxima actioni, pro actu habetur [u]. Alioqui uerò legatũ inutile efficeretur, si argentum legatum, & nondum celatum, uel fabricatum esset, ut non absimile respondet Marcia. [x] in eo qui seruos artifices legauerat, ut etiã ij qui artificiũ discunt, legato insint.

stit. de uerbo. signi. not. Bar. l. si pecuniam. nu. 2. 3. de cõdi. caus. da. in l. xliij. §. sed si. nu. 1. cum seq. de leg. j.
h. l. quintus. §. cùm aurũ. de auro & arg. legat. l. ædificia. §. perfecisse. de uerb. sign.
i. §. sed si. d. l. quintus.
k. l. §. cœpisse. ff. de pollicit.
l. l. si is qui. de testa.
m. l. stipulatio. § opus. ff. de no. ope. nunti.
n. l. iiij. §. fi. de uerb. ob.
o. l. j. §. fi. ff. de pollic.
p. d §. fi.
q. l. fundi. §. itẽ. §. at quæ. ff. de act. empt.
r. l. si is qui. §. quedam. ff. ad leg. falc.
s. l. stipulatio ista. uer. idẽ. de uerb. ob.
t. l. etsi. § infecti. ff. de auro & arg. leg.
u. l. quamuis. C. de inof. test.
x. l. legatis. §. ornatricib. de leg. iij.

CAPVT XII.

DE OBLIGATIONE EX DIE.

1 Obligationis ex die, uel in diem differentia.
2 Dies termini, si cedat die feriata, an die præcedenti, uel sequenti sistendum sit.
3 Ex, causam proximam indicat.
4 Intra diem, ultimum diem continet.
5 Vsque, quando excludat uel includat.

1 CVM † obligationes, quibus dies inest, aut in diem conferantur, aut ex die incipiant [a], & de obligationibus in diem antè dictum sit, superest

a. l. obligationum feré. in princ. de act. & oblig.

superest de obligationibus ex die dicendũ, cuius ea natura est, ut ante diẽ non exigatur, ut si cal. Ianua. decem mihi dari stipuler[b]. Quòd si usque ad Cal. puta, Feb. dari stipularet, non ex die, sed in diem obligatio cõcipitur, quod ad causas forenses perplurimum pertinet.
2 † Nam licet secundum Spec.[c] si dies quo quis in iudicio sistere debet, feriatus fuerit, die præcedenti non feriata sistendum sit. Tamen uerior cedit sententia, eam citationem nullius momenti esse[d]. Præcepta enim iudicis cùm sint stricti iuris, si contineant impossibilitatem ratione temporis, ipso iure nulla sunt[e]. Sed citatio illa confertur in tempus, à quo incipere non potest, meritò uitiatur. Can. Sic in contra, ratiocinantur. Hi censent esse duo præcepta, ut sistas, & certo die, qui si feriatus sit, tacitè in sequentem protrahitur[f]. Sed potius unicus & indiuiduus iussus censendus est, qui nimirùm propter adiectionem inutilem uitiabitur. Si tamen hæc posterior sententia recepta sit, nos adhuc cum Paul.[g] inspiciendum esse existimamus, an statuatur terminus, in quo, uel intra quem aliquid facias. Si statuitur terminus in quo sistas, & illa dies feriata sit, potes eadem die, ad impediendum processum contra te factum ob contumaciam: sed ad impediendam executionem cõtumaciæ, non potes[h]. In reliquis potes te offerre, postridie paratum[i]. Quòd si præscribatur terminus, intra quem sistas, is'que solennis feriatus dies sit, inspicitur præcedens dies non feriata[k], ut si quis usque ad diem, puta, dominicam, in ius uocatus fit dictio usque, cùm sit exclusiua, meritò ante sistere debet[l]. Si præscribat terminus, post diem tũc citra controuersiã, post illum terminũ finitur dilatio[m]. Si fuerint feriæ repentinæ, tibi subuenien-
3 dum est[n]. † Hinc colligimus, Ex, eau sam proximã indicare. Vt cùm dicimus, non tantùm eum cõtra legem cõmittere, qui cõtra legem facit, uerùm etiã si quid ex eo subsequutum sit[o]. Sic & quod ex re nostra nobis obuenit, dubiũ nõ est, quin idipsum quoq; utpote rei nostræ proximum

b. d. l. obligationum.
c. tit. de cita. §. j. uersi. itẽ excipitur quòd citatio & de dilat. §. j. uersi. si d pone iudex.
d. l. existimo. de uerb. ob.
e. §. loca. inst. de uerb. ob.
f. c. cum dilecti. extra de dolo & contu.
g. d. l. obligationum.
h. c. cũ dilecti. de dolo & contu.
i. l. celsus. ff. de arbit. l. ij. §. si quis iudicis. uersicu. uidet pretor. j. si quis cautio. c. ueniens. de accusat.
k. l. ij. ubi Bar. C. de temp. app.
l. l. ij. C. de tẽp. app. d. c. cùm dilecti.
m. c. cædere diem. de uer. sign.
n. l. sed et si per pretorem §. si feriæ. quib. ex cau maio.
o. l. non dubiũ. uersic. sed. C. de legib.

nobis acquirat, quamuis quod propter rem nostrã nobis obuenit, non item[p]. Sed & causam quoq; remotã indicare, ut absurdum sensum uitemus, interpretabimur. Vt si testator id quod ex testamento Sempronij sibi debetur, tibi legauerit, idipsum'que in aliud debitum testator nouasset, non eò minus ad te pertinere dicendum est[q]. Hæc de obligatione
4 ex die, † cui proxima illa est, quæ intra diem fit, Cuius ea natura est, ut ultimus quoque dies insit, sic enim Vlp.[r] nos docet, Quod dicimus, intra diem centesimum, bo. poss. peti posse, ita intelligendũ est, ut eo ipso die centesimo, bo. poss. peti possit.
5 Secus † est, si usque ad cal. conferatur, tunc enim cal. dies non inest[s], quod idem Vlp.[t] uelle uidetur, dũ ait, Si ea causa sit, ex qua sequi solet pœna usque ad relegationem, non oportet per alium causas agi. Idem Paul.[u] cùm modicam summam, usque ad duos aureos interpretatur. Quæ sententia in odiosis receptissima est[x], cùm in illis restringendis prõptiores[y], & in pœnis molliores esse debeamus[z]. Hinc est, quòd est à donatario ingrato ad primas tantùm personas donatio reuocari possit, successores eiusdem non cõplectitur[a]. Si uerò loco adijciatur, inclusiuè sumitur, ut cùm ripam fluminis usque ad aquam publicã Paul.[b] ait, ipsam quoque aquam publicam esse dicemus. Mouet me, quòd de tempore ad locum, receptissimum arg. sit, in obligatione uerò temporis, id quod longius est spectamus[c], quanquàm Bart.[d] suo axiomate, Pom. respons. corruperit. At uerò non semper, usque, includit. Quid enim si uendam tibi fundum, usque ad talem domum: si quæratur, an domus illa insit, contrahentium uoluntas attendẽda est. Nam si is qui fundum alienat, non sit dominus eius domus, illa nequaquam accedit. Si dominus sit, adhuc inspectio est, an aditum in eum fundũ, per domum habuerit, & tunc si de legato relicto ageretur, eam quoq; cædere dicemus[e]. In emptione uerò secundũ precij quãtitatem, contrahentiũ uoluntatẽ interpretabimur[f].

p. l. eo tempore. §. seruus. ff. pecul. l. j. C. si ser. exte. se emi mand.
q. l. cũ filius. §. hæres. de leg. ij. l. xxxviij. de condi. & dem.
r. l. j. §. si intra. de success. edic.
s. Bar. l. meminisse. ... de off. proconf.
t. l. j. § sin aũ ff. an p alium causæ app.
u. l. sed est. ff. de dolo.
x. gl. d. l. id est.
y. arg. ff. de lib. & posthu. l. cùm quidam.
z. l. pen. ff. de pœn.
a. l. fi. C. de reuoc. dona.
b. l. pen. ff. de flumi.
c. l. ... de uer. ob.
d. l. eij. eod.
e. l. prædij. §. balneas. de leg. iij.
f. Dy. l. patronus. §. j. de leg. iij. & l. filius famil. §. j. de legat. j. Adde Bar. l. xxxbij. §. j. de leg. ij.

CAPVT

CAP. XIII.

DE OBLIGATIONE CONDITIONALI.

1 Conditio ī adijcitur
- 1 Contractibus, Cuius spes in hæredem transmittitur. → Quædam
- 2 Vltimis uoluntatibus,
  - 1 Expressa,
    - 1 Potestatiua,
      - 1 Ante testatoris mortem non impletur.
      - 2 A sciente perficitur.
      - 3 Non fato.
      - 4 A quolibet impleri potest.
      - 5 Retrò non trahitur.
      - 6 In hæredem non trāsmittitur, nisi
        - 1 Casu implementū impediatur.
        - 2 Iusto errore.
        - 3 Negatiuè concepta.
        - 4 A prætore remissa.
        - 5 Impoßibilis.
        - 6 Hæredi imputetur.
        - 7 Dies cesserit.
    - 2 Casualis,
      - 1 Viuo testatore impleri potest.
      - 2 Sciente eo cui relictum est.
    - 3 Mista,
      - 1 Propter casum deficit.
      - 2 Relictum per annum debetur.
    - 4 Negatiua,
      - 1 Poßibilis,
        - 1 In contractu,
          - 1 Si dies insit, antè non petitur.
          - 2 Si dies non insit, in tempus mortis confertur.
        - 2 A lege,
          - 1 Iudicis monitio exigitur.
          - 2 Vel aliqua interpellatio.
        - 3 In ultima uoluntate,
          - 1 Statim peti potest.
          - 2 Cautio præstatur.
      - 2 Impoßibilis, putum actum facit.
  - 2 Tacita, transmißionem non impedit. → Quædam

Quædam
- 1 Diuidua,
- 2 Indiuidua,

in
- Dando.
- Faciendo.

2 CONDITIONALIS † obligatio illa esse dicitur, quæ in futurum euentum cōfertur, ut, Si hoc factum fuerit[a], Si Stichū qui meus erit cùm moriar legauero[b]. Sic quoque alienatio propter aliquē prohibita, conditionalis censetur, quæ eo mortuo deficit[c]. Videtur tamen futurum euentum non facere conditionem. Vt si reditus prædiorum anni futuri relictus sit, conditio non inest. Adeò ut si legatarius antè decesserit, eos in suos hæredes transmittat[d]. Respon. solus futurus euentus, conditionem non facit[e]. Nam qui sub conditione stipulatur, quæ omnino extitura est, purè stipulari censetur[f]. Sed ita demum, si incertus euentus sit[g]. Vt quod ex ancilla mea natum erit, fructus qui ex eo fundo percepti fuerint, fundum quem alij non legauero[h]. Sic si pecuniam annuam Titio pro alimentis destinauero: T. deficiente, legatum alimētorum extinguitur[i]. Quòd si conditio certa fuerit, perinde est ac si fideicommissum, siue stipulatio purè concepta

3 esset[k]. † Conditionis enim effectus est, ut actum suspendat[l], non enim statim peti potest, quod sub conditione relictum est, sed cùm conditio extiterit, deberi incipit[m]. Neque refert, potestatiua, casualis, uel mista fuerit[n], ea enim pendente, is cui debetur, non est creditor[o], sed tunc cùm conditio extiterit[p]. Refert tamen an in ultimis uoluntatibus, uel contractibus apposita conditio sit.

4 † Nam si in contractibus, spes eiusdem in hæredes transmittitur. Imp.[q] enim sic rescripsit, Ex conditionali stipulatione, tantùm spes est debitum iri, eamq; ipsam spem in hæredes transmittimus[r]. Videtur tamen ita demum in hæredem transmitti, si hæredis persona comprehensa sit, ut Sceuola[s], annuere uisus est. Item quæro, inquit, an si Fl. Hermetis hæres, à Claudij hærede (qui antè in stipulatione cōprehensus fuerat) pœnam petere uoluerit, Claudij hæres libertatem seruo præstare debeat, ut à pœna liberetur: Respondit posse. Sed etiam si hæredis persona non esset comprehensa, spes eiusdē conditionalis stipulationis sibi prodesset[t], cùm ea quæ iuris sint, ueluti stipulatio[u], in hæredem transeant[x]. Videamus tamen ne tacita hæredis persona, in ipsum spes conditionis non transmittatur, ut annuere uisus est Vlp.[y] dum ait, Si decem cùm petiero, dari, fuero stipulatus, admonitionem magis quandam, quo celerius reddantur, & quasi sine mora quàm cōditionē habet stipulatio. Et ideò licet decessero prius, quàm petiero, non uidetur defecisse conditio. Sequitur ergo quòd si pro conditione sumatur, in hæredem non transeat. Sed ubi prauus intellectus resultat, arg. à contrario sensu nō admittitur, ut hîc. Cùm enim Vlp. cōditionem, pro admonitione quadam, in contractibus intrepretetur, contraria interpretatio nequaquam admittēda est. Contra me facit quod ab Imp.[z] rescriptū est, Si fundum (inquit) parentes tui, ea lege uendiderunt, ut siue ipsi, siue hæredes eorum, emptori precium quandocunq;, uel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, teq; parata satisfacere conditioni dictæ, hæres emptoris non paret. Vt contractus fides seruetur, actio præscriptis uerbis, uel ex uendito tibi dabitur. Si proponamus itidem competere hæredi, tametsi tacito eius nomine: sequetur maximum inconueniens, nempe quòd semper hæredes possint reuocare alienationem à testatore factam, quod nequaquàm ferendum est, quare dicendum uidetur, non plus iuris hæredi competere posse, quàm sibi à testatore nominatim datum sit. Sed multùm refert, utrùm de actu contrahentium puro, uel conditionali agatur. Si de puro, puta, si simpliciter rem suam alienauerit testator, eam hæres reuocare non poterit. Si uerò sub conditione, quæ adhuc morte testatoris pēdeat, secus est, illa enim in hæredem transmittitur. Maneat igitur semper firma hæc nostra sententia, spem adimplendæ conditionis, quæ contractibus adijcitur, in

5 hæredem transmitti. † In ultimis uoluntatibus non item, ita tamen ut si die conditionis cedente, is cui relictum est decesserit, suis hæredibus acquiratur[a]. Quarum nimirùm cùm multi-

a. §. sub conditione. Inst. de uerb. ob.
b. l. stichum. de leg. j.
c. l. ij. C. qui nō poss. ad lib.
d. l. firmio. ff. qu. di. leg. ced.
e. l. cùm ad præsens. ff. si cer. pet.
f. l. si pup. §. pe. ff. de nouat.
g. l. si cùm hæres. ff. quādo dies leg. ced.
h. l. j. ff. de con. & dem.
i. d. l. firmio. in fine.
k. l. quibus. §. idem. ff. eod.
l. l. si usufr. m fi. ff. quā. dies leg. ced.
m. l. legata. ff. de con. & de.
n. l. j. §. fin antē aliquid. C. de cad. tol.
o. l. is cui ff. de act. & ob.
p. l. si ita scriptum. §. j. de leg. j.
q. §. ex conditionali. Instit. de uer. ob.
r. l. quæ legata. ff de re. iu.
s. l. qui Rom. §. flaui. de uer. obl.
t. d. §. ex conditionali.
u. l. si unus. §. pactus. ff. de pac.
x. l. nihil. de reg. iur.
y. l. si decē cùm petiero. ff. de uer. ob.
z. l. ij. C. de pa. uel. emp.
a. l. miles. §. j. de leg. ij.

multiplices ſunt effectus, plura quoque genera in Tabula propoſuimus, quæ ſingula ordine proſequamur.

1. POTESTATIVA.

6 † CONDITIO poteſtatiua ea eſt, quæ ex arbitrio & uoluntate alicuius pẽdet. Cuius ea præcipua uis ac poteſtas eſt, ut ante teſtatoris mortem nõ impleatur, de qua intellexit Vlp. [b] dum ait, Quædam ſunt conditiones, quæ non niſi poſt mortem teſtatoris impleri poſſunt. Veluti, ſi decem dederis, ſi Capitolium aſcenderis. Videamus tamẽ, ne hæc poteſtatiua cõditio, etiam uiuo teſtatore impleri poſſit. Nam cui legatum relictum eſt, cùm nupſerit, ſi uiuo teſtatore nupſerit, impleta conditio eſt, neque relictum reuocare teſtator poteſt [c]. Soluit Bar. [d] hoc procedere, in poteſtatiua conditione difficili, aliud in facili. Mihi ſic dicendum uidetur, atque imprimis ſuggerenda hæc nobis regula eſt, defunctorum uoluntates, morte duntaxat confirmari, quæ nimirùm interim reuocari poterunt. Ita tamen, ſi effectus diſpoſitionis ſequutus, reuocari poſſit, alioqui minimè. Vt cùm relictũ eſt, ſi nupſerit: & uiuo teſtatore, nuptiæ ſequantur: cùm amplius reuocari non poſſint, neque etiam teſtatoris diſpoſitio, quæ nuptijs cauſam dederit [e]. Ita tamen ut ante teſtatoris mortem, legatum peti non poſſit. Si uerò conditio ſit huiuſcemodi, ut uiuo teſtatore impleta, reuocari poſſit, ſecus dicendum eſt, relictum enim tametſi conditione impleta, reuocare poterit [f]. Quam tamen ſi non reuocet, legatum eo mortuo confirmatur. Præterea huic poteſtatiuæ conditioni tacite ineſt, ut à ſciente item que non fato [g], & à quolibet impleri poſſit [h], quę poteſtatiua cõditio ſiue cõtractus, ſiue ultimarũ uolũtatum, in hæredem non tranſmittitur [i]. Vt ſi tibi promiſero, ſi uolam: neque ego neque hæredes mei dare cogi poterunt [k]. Sic ſi legatum alternatiuæ rei à teſtatore tibi relictum ſit, uel ſi uolueris: niſi te uoluiſſe conſtiterit, aut elegeris, ad hæredem tuum non pertinet [l]. Minus quoque ſi in aliũ, implenda conditio fuerit. Veluti ſi tibi legatũ relictum ſit, ſi decem Titio dederis: ſi non dederis, legatum tibi non acquiris [m], dare autem cum primùm poſſis, aut cedere cogẽdus es, Aut ſi non dederis, neque interpellatus ſis, morte tamen hæc conditio extinguitur, neque eam in hæredes tuos trãſmittis [n]. Neque puto referre, an modus, uel conditio inſit, cùm etiam modo non impleto, relictũ amittat, tametſi Bar. [o] ſecus ſcripſerit. Quia ubi dies propter conditionem incerta eſt, incertum quoque eſt quid obligationi inſit [p]. Videamus tamen, ne hæc conditio in hæredes transmittatur: hoc enim elicit Bar. [q] ex Lab. [r] dũ ait, In eo quod uni ſub conditione legatum eſt, ſcindi ex accidenti conditio non debet: & omnis numerus eorum, qui in locum eius ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona eſt habendus. Sed malè eius reſponſ. intellexit, dum ad ius tranſmittendi confert, cùm de ſubſtitutione à teſtatore facta loquatur. Vt ſi teſtator ſub cõditione legatum reliquerit, & niſi cõditioni paruerit, pluribus alijs idem legatum tranſtulerit: ſi prior legatarius antequã conditionẽ impleat deceſſerit, dubium non eſt quin ſubſtitutis acquiratur, hoc enim expreſſè uult Lab. [s] quod autem poteſtatem adimplendi conditionẽ, legatarius in hæredes ſuos tranſmittat, hoc nõ dicit lex. Neque mirum eſt, ſi tandem Bar. [t] ſeſe extricare nequeat, nec ſciat quid dicat. Non negamus tamen ſpem conditionis in hæredem quãdoque tranſmitti. Veluti, ſi caſu id quod præſtãdũ erat, te uiuo defecerit, cùm enim legatũ tibi acquiras [u], tuis quoque hæredibus ius competit. Videtur tamen neutri competere. Vlp. [x] enim ſcripſit, Si inſtitutus fuero ſub conditione, Si Stichum manumiſero, & Sthichus occiſus ſit poſt mortem teſtatoris: in æſtimatione hæreditatis, precium me cõſequuturũ, propter occiſionem enim deficit conditio. Sed hoc in odium eius, cuius culpa, cõditio defecerit, receptum eſt, qui ad eiuſdem hæreditatis æſtimationem mihi tenebitur [y]. Præterea ſi iuſto errore ductus, conditionem non impleuero, eã in hæredes meos trãſ-

b. l. ij. ff. de cõ. & demon.
c. l. hæc conditio. de con. & demon.
d. d. l. ij.
e. d. l. hæc.
f. d. l. ij.
g. d. l. ij. in fi.
h. l. fi. ff. de cõ. inſt.
i. l. à teſtatore. ff de con. & dem. l. ſub diuer. §. fi. eo.
k. l. ſub hac. ff. de act. & ob.
l. l. ſi ita legatum. § illi. de leg. j. l. ſi ita. l. intercidit. de con. & de. l. ſi poſt uerſ. ſed ſi. l. ſi uſuf. l. ſi ueniũ. & cum illud. ff. quan dies le. ced. l. j. §. fi. C. de cad. tol.
m. l. fi. C. de neceſ. ſer.
n. l. hæc cond. ff. de con. & dem. l. ab omnibus. §. j. de leg. j. Bart. l. lx. nu. 14. cũ ſeq ff. de con. ind.
o. l. quibus. §. terminum nu. 3 ff. de cond. & dem. l. à teſtatore. nu. 2. eo.
p. Bar. l. heres. nu 2 eod.
q. l. cui fundus. num. 4. ff. de cõ. & demõ.
r. d. l. cui.
s. d. l. cui.
t. d. l. cui. num. 4 & 5.
u. l. fi. ff de cõ. inſt. l. ſi Titio. l. turpia. § ij. de leg. j.
x. l. unde. §. j. ff. ad le. aqu.
y. d. § j. doc. & glo. l. j. C. de inſt. et ſub. l. in teſtamento. de con & dem. ubi glo. & Bar.

a. l. iij. §. si conditioni. ff. de sen. Sylania

mitto [a]. Limitatur & iij. si negatiua conditio insit, ueluti, Decē tibi promitto, si hoc nō feceris: post mortem tuam, illa decem, in hæredem tuum transmittis, si secus non feceris, perinde enim est, ac si tibi decem promisissem, cùm morieris [a]. In ultimis uolūtatibus, idem receptum esse, ex Sceuolę respons. [b] colligimus, Vxori, inquit, ex parte sextante hæredi institutæ substituit, & hæredis fidei commisit, si uxor hæres non erit, dotem ei & alia quædam dari. Post mortem mariti, uxor ante conditionem, & priusquam adiret hæreditatem, decessit. Quæsitum est, an dies fidei commissi, cùm morietur, cessisse uideatur. Resp. si uxor prius decesserit, quàm hæreditatem adiret, uideri diem fidei commissi cessisse. Hoc est, dos & alia relicta ad uxoris hæredes transmissa esse [c]. Quarta, cum seq. exceptionibus, ex Vlp. [d] eliciuntur. Sed si, inquit, ea conditio fuerit, quā prætor remittit, statim dies cedit. Idem quoque in impossibili conditione, quia pro puro hoc legatū habetur. Item si qua conditio sit, quæ per legatarium non stat, quò minus impleatur: sed aut per hæredem, aut per eius personam, in cuius persona iussus est parere conditioni, eius dies legati cedit, quoniam pro impleta habetur.

a. §. sub cond. Inst. de uerb. ob.

b. l. si. ff. qu. di. leg. ced.

c. l. ab omnibus. §. cū quidam. de leg. j.

d. l. si post. §. sed si. ff. qu. di. leg. ced.

2. CASVALIS.

7 † CONDITIONES casuales uiuo testatore impleri possunt: ut, Si nauis ex Asia uenerit [e]. Ita tamen si is cui relictum est, impletam esse sciuerit, nisi iuris conditio sit: Veluti si quis se filiumfa. existimat, cùm sit paterfa. hæreditatē acquirere poterit [f]. De testatore nihil refert, nā etiā eo inscio impleta conditione, relictū nihilominus debetur [g]. Porrò ubi conditio, casu deficit, duplex consideratio est. Aut enim simpliciter in casum futuri euentus relinquitur, aut potestatiuę conditioni adiecta est. Priore capite, non existente conditione, nihil peti potest: altero uerò sic, de quo antè diximus.

e. l. ij. ff. de cō. di. & dem.

f. l. multum. eo.

g. l. hæc conditio. §. fi. cū l. seq. eo.

3. MISTA.

8 † CONDITIO mista illa dicitur, quæ ex duorum uoluntate pendet, cuius effectus est, ut si recusante eo in quem conditio impleri debet, defecerit, pro impleta habeatur [h]. Veluti si hac conditione legatum tibi relictum proponatur, si cum T. manseris: eo nolente, cùm defuncti uoluntatem adimplere paratus esses, aut iusta ex causa recusare posses [i], legatū nihilomin9 tibi debetur [k]. Quòd si casu conditio defecerit, ut quòd T. mortuus sit, ex receptiore nostrorum sententia, legatū deficit [l]. Imp. [m] enim sic scribit, Legatum siue fidei commissum à patre tuo relictum tibi, sub conditione, si filio eius nupsisset: cùm mortuo filio, priusquàm matrimonium cum ea contraheres, conditio defecerit, nulla ratione tibi deberi existimas. Cui sententiæ Africa. [n] Pomp. [o] & Bart. [p] adstipulantur. Hinc est, quòd si cui legatur, cùm quatuordecim annorum erit, si antè decesserit, in hæredes suos non transmittit [q]. Idem si cùm hæres morietur, legatum sit: uiuo hærede, legatarius defunctus, ad hæredes nihil transfert [r]. Sceuola [s], tamen contrà, Quamuis, inquit, uerba testamenti ita se habeant, ut quoad cum Claudio Iusto morati essetis, uobis alimē ta & uestiaria legata sint: tamen hāc fuisse defunctæ uoluntatem & cogitationem interpretor, ut & post mortem Iusti, eadem uobis præstari uoluerit. Sed hoc speciale est alimentorum fauore, secūdùm Bar. [t] quem ita demū sequimur, si legatarij duntaxat contemplatione alimenta relicta essent, quod in dubio præsumimus [u], quod si gratia alterius, certè eo deficiēte, alimētorū legatū extinguitur [x]. Videamus tamē ne ullo pacto, legatarij cōtēplatione hęc cōditio adijciatur. Nam si tibi relicta sint alimenta, si cum Tit. manseris: gratia T. & non tua, hoc tibi relictum censetur, secūdum Bar. [y] Sed ut eodē in loco in ipsum animaduerti, sua sententia nequaquā defendi potest. Nā si gratia T. duntaxat relictum alimētorum proponeretur, eo mortuo amplius non deberentur, sed Sceuola [z] deberi nihilominus respondet, quare legatarij fauore relictum esse censendum est, nisi apertè contraria fuerit testatoris dispositio. In reliquis, cùm adhuc eo mortuo, in

h. l. fi. §. quacunque. C. de cond. inser.

i. l. caio. §. pup. ubi Bar. v. 2. de ali. lega.

k. l. j. C. de inst. & subst. l. menia ff. de ann. lega.

l. l. liber. §. ti. tius. ubi Bar. ff. de her. inst.

m. l. iiij. C. de cond. inser.

n. l. in testa ij. ff. de cond. et demonst.

o. l. Seio. de ann. lega.

p. l. xx. ff. de alim. leg.

q. l. si cu. leg. her. §. j. de leg. j. l. iiij. l. si in. coe. de. le. ced.

r. d. l. iiij.

s. l. caio. §. imperator. ff. de alimen. lega.

t. l. qui concubinam. §. uxori. nu. 3. de leg. iij. & l. §. imp. nu. 1.

u. l. annua ff. de ann. leg.

x. l. illis. ff. de cond. & dem. l. seio. ff. de ann. leg.

y. l. illis libertis. de cond. et demonst.

z. l. annua. ff. de ann. leg.

quem

quem conditio adimplenda erat, per annum integrum relictum deberi censeat[a], licet hoc ex eodem Iurisconsulti resp.[b] ad quæstionem propositam elici non possit, tamē Sceuolæ[c] autoritate apertè comprobatur. Obstat præterea Caius[d], Qui ex duabus inquit, partibus hæres institutus fuerit, ex alia purè, ex alia sub conditione, & ex pura institutione adierit, & decesserit, posteaq́ conditio extiterit, ea quoque pars ad hæredē eius pertinet. Cuius respons. aduersus superiores iuris communis regulas ideò receptum est, ne quis pro parte tātū testatus decessisse uideretur. Hinc fit, ut qui totam hæreditatem adire potest, pro parte adire nō possit[e], cùm nemo pro parte hæreditatem adeat[f], uel pro parte onus agnoscat[g].

4. NEGATIVA.

9 † NEGATIVA cōditio, aut possibilis est, aut impossibilis. Possibilis, aut in cōtractibus, aut in ultimis uoluntatibus, aut à lege. Si in contractibus, aut dies appositus est, aut non. Si dies appositus sit, neque ante ditim cōmittitur[h], neque antè peti potest[i]. Aut dies appositus non est, & tunc ante mortem nō committitur, ueluti si decem tibi promisero, si me non impedieris: non statim illa decem petere potes, sed quum certum erit, te impedire me non posse[k]. Quæ nimirùm in tēpus mortis tuæ cōfertur, ut hæredes tui, si secus non feceris, petere possint[l]. Perinde enim est, ac si stipulatus esses, Cùm morieris tibi dari[m], in qua cautio Mutiana non exigitur[n]. Si uerò à lege, pœna pro facto negatiuo imponitur, monitio iudicis[o], uel aliqua interpellatio, puta, diei[p], requiritur. Secus si facto adfirmatiuo adijciatur[q]. In ultimis uerò uoluntatibus, statim peti potest quod sub negatiua conditione relictum est, ita tamen ut cauere teneatur, quæ cautio Mutiana, appellata est[r]. Alia porrò est conditio negatiua impossibilis, quæ cùm purum actum faciat, relictum sub eadem conditione statim peti poterit, ueluti, Si digito cœlum non attigero, decem dare spondes? purè facta obligatio intelligitur, ideóque

a. Bar. d. §. uxori. in prin.
b. d. §. uxori.
c. l. annua. ff. de ann. leg.
d. l. qui ex duabus. ff. de acq. hæred.
e. § j. cum seq. l. si ex asse. ff. de acq. hær.
f. l. quidam C. de iur. delib. l. solus de acqui. hær.
g. l. iij. de omni agr. deser. lib xj. C.
h. l. magnam. C de contr. stip.
i. l. si ita stip. de uerb. ob.
k. d. l. si ita stipulatus.
l. l. ex conditionali. inst. de uerb. ob.
m. §. sub cōditione. Instit. de uer. ob.
n. Bar. l. iij nu. 7. de cōd. & dem.
o. l. un. C. extirpāda. de præb. c. licet. de elec. in vj.
p. d. l. magnā.
q. Inn. d. c. licet. Bal. l. si mora. in fi. sol. mat. Bar. l. eius qui. de iur. fisc. ut i. non solum. §. morte. de ope. no. nūcia.
r. l. mutianæ. ff de cond. et demonst.

statim peti potest[s]. Sic si in non faciendo impossibilis conditio, in institutione hæredis expressa sit: perinde hæres erit, ac si purè hæres institutus esset[t].

2. TACITA.

10 † TACITA conditio trāsmissionem nō impedit[u], tametsi ignorauerit is, cui hæc tacita conditio inest. Puta, cùm hæres ex legis præscripto, sui iuris esse debeat, seruus enim sibi non acquirit, filiusfa. sine patris, uel iudicis autoritate adire non potest. At si quis cùm paterfa. esset, filiūfa. se putauerit, adeundo hæreditatem, eam nihilominus sibi acquirit[x]. Tacita igitur conditio est, quæ ex legis dispositione pendet. Veluti, Quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit: aut, si hæres erit Seius: uel, si hæreditatem adierit: subiectum legatum, uel fideicōmissum nō faciunt conditionale, secundùm Vlp.[y] Intelligo nō facere conditionale, expressè, sed tacitè quę secūdū legē inerat, secūdū quam non tenetur is uoluntatem defuncti adimplere qui hęreditaria cōmoda non consequitur. Frustra igitur testator exprimit, quod tacitè inerat[z]. Nam conditio quæ tacitè inest, si exprimatur, actum conditionalem non facit[a]. Sic cùm hæredes tacitè æqualiter instituti censeantur[b], si testator ex partibus quas ascripserit, hæredes instituerit: nullis partibus ascriptis, non eo nomine, hæredis institutio uitiatur: sed secundùm tacitam legis conditionem, ex æquis partibus instituti cēsebūtur[c]. Sic legato simpliciter relicto, tacitè inest cōditio, si legatarius uelit. Qui tamē si mortuo testatore, antequàm uelle expresserit, decedat, legatum nihilominus suis acquiritur. Si uerò expressum sit, Si uoluerit, legatū expressè conditionale facit[d], meritò nisi uelle expresserit, ad suos non trāsmittit. Alios præterea modos huius tacitæ conditionis refert Bart.[e] qui cùm non admodum frugi sint, eos prætermittam, ut uim naturāq́ eiusdem persequar. Quæ (ut antè diximus) transmissionem non impedit. Conditiones enim quæ extrinsecus, non ex testamento ueniunt, id est, quæ tacitè inesse uidentur, non faci-

s. §. impossibilis. Insti. de inut. stip.
t. l. seruum §. j ff. de hær. inst.
u. Bar. l. si optio serui. in fi. ff de op. leg. l. milit. §. j de leg. ij. ubi Bar. glo. & doct. l. filio quem. de leg. j.
x. l. multū. in fi. de cōd. & demonst.
y. l. iij. de leg. j.
z. l. nonnunquā ubi Bar. no. nu. 2. ff. de cōd. et de.
a. l. in conditionibus. § j. ff. de cond. et demonst.
b. l. si quis T. de usufr. accresc.
c. l. ij. ff. de hær. inst.
d. l. si ita expressum. ff. de cond. & dem.
e. l. j nu. 30 ff. de con. & de.

unt legata conditionalia[f]. Et consequenter si extrinsecus suspendatur legatum, non ex ipso testamento: licet antè decedat legatarius, ad hæredem, legatum trãsmittit[g]. Hoc Bar[h]. uoluit intelligere, in conditione tacita, quæ uenit ex necessitate, non in ea quæ ex testatoris dispositione uenit. Sed cùm illa quæ à testatore proficiscitur, dicatur esse expressa, nescio quorsum ipse tendat, neque uerum est, Iul.[i] huic sententiæ nostræ pugnare. De expressa enim conditione loquutus est, cuius spes in hæredẽ nequaquã trãsmittitur, sic enim ipse ait, Si legatum purè datum Titio, adimatur sub conditione, & pendente conditione T. decesserit: quãuis conditio defecerit, ad hæredem
11 Titij legatum non pertinebit. † Porrò ijs omnibus conditionibus ea insita uis est, ut qui pro parte ei paruit nihil agat, indiuidua enim suapte natura conditio est[k], maximè si in faciendo consistat. Vt si legatum pluribus relictum sit, si quid fecerint: non potest nisi in omnibus conditio existere. Pomp.[l] enim sic scribit, Tales conditiones, si monumentum, puta, fecerint, pluribus propositæ: nõ possunt nisi in omnibus simul personis existere. Paul.[m] contrà, Si ita fuerit, inquit, seruis duobus libertas data, Si insulam ædificauerint: diuidi hæc conditio non poterit. Solummodò illam habebit dubitationem, an altero faciente, satisfactum uoluntati uideatur, ideóque ad libertatem perueniat. quod magis est, nisi aliud expresserit testator, faciendo tamen sibi conditionẽ adimpleuit, alteri nõ, quinimò ei extinguitur conditio. Quæ posterior sententia, & ab Imper[n], comprobata sic intelligenda est, ut sibi tantùm implenti prosit, non omnibus, nisi expressè contraria sit defuncti uoluntas[o], secũdùm quam Pomp.[p] respon. Quòd si in dãdo consistat, soluẽs pro parte sua, suam quoque legati partem consequitur[q]. Et portio eius qui conditionem non adimplet, implenti accrescit[r]. Atque ita Imp.[s] respons. interpretabimur. Videtur, inquit, unũquenque necessitatem habere, hanc conditionem adimplere, & portionẽ sibi cõtingẽtem accipere. Quod dicimus conditiones, quæ in dando consistunt, diuiduas esse: sic intelligimus, ut quisque parendo conditioni, quæ sibi imposita est, partem suam cõsequi possit. Nõ uerò sic diuidua putãda est, ut quis parendo pro parte conditioni sibi adscriptæ, partẽ quoque rei sibi relictæ petere possit, quod minimè ferendum est[t]. Nisi is cui dare tenetur, totum relictum capere non possit, tunc ius dãdi scinditur[u]. Vel alioqui impossibile sit, totam cõditionem adimplere[x]. Addimus prætereà has cõditionales obligationes quæ in dando consistũt, à quolibet adimpleri posse[y]. Videamus, ne hæc dãdi, faciẽdique conditio superuacua sit, cùm cõditiones quæ in facto cõsistunt utrãque speciem cõplectantur[z]. Respõ. faciendi uerbũ generale esse[a], tamẽ cùm species deroget generi, eius naturam immutabit, si in dando consistat, cùm ea suapte natura diuisionẽ admittat. Cùm tamẽ omnes legitimi actus, nullam recipiant cõditionem, secũdum Pap.[b]. Meritò ne superuacua hæc tota nostra cõditionũ disputatio uideri possit, ad eius interpretationem aggrediamur.

Pap. l. Actus legitimi. ff. de Reg. Iuris.

ACTVS legitimi[a] qui[b] non recipiũt di...

12 a ACTVS legitimi. † Quidã sunt legitimi actus in quibus cùm stricta interpretatio facienda sit, nullam tacitam conditionem ipso iure recipiunt. Vt sunt stipulationes[c], expressam uerò possibilem, citra controuersiam recipiũt[d]. Alij sunt actus qui neque tacitã, neque expressam conditionem admittunt. Vt sententia, quæ sub cõditione dicenda non est[e]. Quod interpretatur Bar.[f] in cõditione extrinseca: sub conditione uerò intrinseca, quæ ad rem spectat, ferri potest. Sic & hæres proprius institui cùm liber erit, non potest[g].

13 b † QVI. Hoc relatiuũ, Qui, ad illos actus restringitur, qui suapte natura conditionem non admittũt, non uerò ad uniuersos referendum est[h].

Videamus

f. l. conditiones. ubi not. Bar. ff. de cõ. & dem.
g. l. quod purè. ff. quã di. leg. ced.
h. l. si legatũ. nu. 1. de adi. leg.
i. d. l. si legatũ.
k. Bar. l. legatarius. de leg. §. & in l. qui quadringenta. ff. ad leg. falc.
l. l. pe. ff. de cond. & de.
m. l. si ita fuerit. de ma. testa.
n. l. si plures. C. de cond. infer.
o. Bar. d. l. pe. nu. 1.
p. d. l. pe.
q. l. iiij. & l. cui fundus. uers. dissimilis. de cõd. & dẽ. l. xxx. ff. de usuf. leg. ubi no. Bar.
r. l. si quis legata. §. fi. de cond. & de.
s. l. pe. C. de cond. insert.
t. l. qui duobus & l. cui fundus. ff. de cõd. & demonst.
u. l. plurimum. §. itẽ. de cõd. & dem.
x. l. pe. uers. ed. eo.
y. l. arethusa. in fi. ff. de sta. ho.
z. l. in facto. ff. de cond. & demõst.
a. l. uerbũ facere. de uer. signi.
b. l. actus. de reg. iur.
c. l. quicquid. ff. de uer. ob.
d. l. iiij. ff. de seruit. §. ex cõditione. inst. de uer. ob. l. quæ legat. de reg. iur.
e. l. i. §. bidũ. ff. qu. appel. f. l. cum iudex. num. 2. C. de senten. & interloc.
g. l. seruum. §. de condit.
h. l. iij. §. si cui. ubi Bar. ff. de pena lega. l. xij ubi Bar. de auro leg. Lea... men adiectio de l. iij. Bar. l. reg. cõditi nu. 9. de leg. iij.

Videamus tamen ne ad uniuersos relatio facienda sit. Casus[i] enim cùm scribat, omnes populos qui legibus & moribus reguntur &c. nullos excipit, sublata Accurs. ridicula hominum siluestrium exceptione. Respõ. Quando genus præcedens, omnibus conuenit, non restringitur, sed uice demonstrationis relatiuũ adiectum censetur. Vt fundus Tusculanus, qui meus est[k]. Si uerò ea quæ præcedunt, generi sequẽti non conueniant, ad illa, relatio minimè facienda est. Nam quãdo relatiuum, puta, Quis, uel qui, refertur ad aliquod genus, nõ ponitur relatiuè, sed distributiuè, non enim trahit ad se omnes de genere, sed aliquos[l]. Puta, si testator tibi simpliciter usumfructum rerum suarum relinquat, omnium bonorum ususfructus cedit[m]. Si uerò adijciat, *Rerum suarum quæ domi sunt*: generale præcedens legatum restringitur[n]. Sic Imp.[o] ait, Cũctos populos, quos clementiæ nostræ regit imperium. Hæc relatio exteris minimè cõuenit[p]. Sic contractus qui conditionem recipiunt, regulæ nostræ non insunt. Nam ut rectè Bar.[q] censet, Relatiuũ quis uel qui, limitat suum antecedens, non solum in quantitate, sed etiam in tẽpore, alia uerò non limitat[r]. Contrà tamen facit, quòd enumeratio specierum, genus præcedens non restringat[s]. Quare species hîc à Iuriscon. connumeræ, genus non restringẽt, quò minus dicamus omnes in uniuersũ legitimos actus, non admittere conditionem. Sed uerum est, connumeratione speciẽrũ, genus præcedens non restringi, quãdo rerum substantia non mutatur[t]. Hîc uerò dubium non est, rerum substantiã mutari, diuersa enim est hæreditatis, acceptilationis & similiũ causa, ut posteà dicemus. Contra me tamen facit, quòd in dubio relatiuum ad id referẽdum sit, quod dispositiuè, non ad id quod exceptiuè ponitur, secundũ Bar.[u] Sed in eum, eodem in loco animaduertimus, & ipse quò se uertat, profitetur se nescire. Nos igitur in hac sententia moneamus, quòd uerba generalia accessoriè posita, restringantur[x]. Intelliguntur autẽ accessoriè posita, quãdo species expressæ sunt, ut hîc, Clausula autem generalis, quin ad specificata referatur, pro confesso est[y]. Puta, adoptio, quæ conditionem recipit. Imper.[z] enim sic scribit. Cum quibusdam cõditionibus adrogatio fit, id est, ut caueat adrogator personæ publicæ, si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui si adoptio facta non esset, ad successionem eius uenturi essent. Sic in datione procuratoris, quæ in diem, uel sub conditione fieri potest[a]. Sic in emptione & uenditione[b], & reliquis contractibus[c]. Qua conditione pendente, obligatio non reuocatur[d]. Quibus tamen si impossibilis cõditio adijciatur, contractum uitiat[e]. Vt, Si digito cœlum tetigero[f]. Si liberum hominem, uel iam mortuum, uel ædes cõbustas stipulatus sim[g]. Si quis rem sacram, suam, uel religiosam stipuletur[h]. Naturali enim iure res sacra, uel religiosa nullius est[i]. Res quoque usibus publicis in perpetuum relicta, ut forũ, ut basilica, stipulari non potest[k]. Sic si quis ob turpem causam promiserit[l], ut si. x. quis stipuletur, si sororẽ tuã in uxorẽ nõ duxeris, utrũque uitiatur[m], quia cũ sorore matrimonium contrahere, contra bonos mores est[n]. Sic, Si quæ publicis usibus relicta sunt, non uendideris[o]. Si culpa tua diuortium non fiat[p]. Si furti uel iniuriarum egeris[q]. Si aliquam exceptionem in promissione omissam obieceris[r]. Si ex empto agas[s]. Si me hæredem non feceris[t]. Si falc. petas[u]. Sed non tantummodò stipulationes, uerùm etiam cæteri cõtractus, ueluti emptio, locatio, propter cõditionem impossibilem uitiantur[x]. Nisi stipulatio primò purè, deinde sub impossibili cõditione facta sit, prior per sequentem inutilem non uitiatur[y]. Vt si id quod tibi numeraui, sub impossibili conditione stipuler: licet inutilis sit stipulatio, obligatio tamen manet[z]. Præterea quando impossibilis conditio negatiuè apponitur, uitiatur conditio, sed stipulationem non uitiat[a]. Videamus tamen ne impossibilis conditio disiuncta, præcedentem obligationem uitiet. Cùm enim

i. l. omnes. ff. de iust. et iur.
k. l. stichum qui meus erit. de leg. j.
l. l. si fuerit. de reb. dub. Bar. l. demonstratio. nu. 6. de cond. & demonst.
m. l. pediculis §. Labeo. de auro & arg. leg. l. tul. in prin. de leg. iij.
n. l. ea tamen. de leg. iij.
o. l. j. C. de sum. trin.
p. Bar. d. l. ea. nu. j.
q. l. à filio. §. testator. ff. de ali. leg.
r. Bar. d. l. à filio. § fi.
s. l. pediculis. §. labeo. ff. de auro et arg. leg.
t. d. §. labeo. uers. sed.
u. l. iiij. §. si cui. in fi. ff. de penu lega.
x. l. prædijs. de leg. iij.
y. l. doli clausula. l. stipulationes cõmodissimè. de uerb. ob.
z. §. cùm autem. Inst. de adop.
a. l. iij. ff. de proc.
b. §. emptio. Inst. de emp.
c. l. obligationum fere. §. j. ff. de act. & ob. §. omnis. Inst. de uer. ob.
d. c. uerũ. ext. de cond. appos.
e. No. Bar. l. 8. C. de lega. l. ix §. j. nu. 9. cum

add. ff. si cer. pet.
f. §. si impossibilis. Inst. de inut. stip.
g. l. j. §. si id quod. ff. de act. & ob.
h. d. l. j. §. idẽ. l. inter. §. sacram. de u. et ob.
i. §. quædam. cũ §. nullius. Inst. de re. di.
k. l. inter. §. sacrã. de uerb. ob.
l. l. pen. ff. de cõd. ob turp. cau.
m. l. si stipuler. §. j. de uerb. ob.
n. l. nihil de ri tu nup.
o. l. continuus. §. cùm quis. de uerb. ob.
p. l. si ita stip. facta fuerit. eo.
q. l. si unus. §. pacta. ff. de pact.
r. l. sed & §. quæsitum. ff. siquis caut.
s. l. iul. §. idem iul. de act. ẽp.
t. l. si hoc mõ. de uerb. ob.
u. l. quod de bonis. § j. ff. ad leg. falc.
x. l. nõ solum. ff. de act. & ob.
y. l. si ita stipulatum fuero, te sisti. & l. si ita stipulatus fuero, si T. de uerb. ob.
z. l. certi. §. i. tẽ queri pot. si cer. pet.
a. §. si impossibilis. uer. at si Inst. de inut stip. l. in illa. §. in. si. de uerb. ob.

prior pura ſtipulatio, cenſeatur per ſecundam conditionalem nouata[b]. Sed ſecunda ſtipulatio eſt inutilis, propter conditionem impoſſibilem, meritò utraque uitiatur? Reſpon. Prior non cenſetur nouata per ſecundam inutilem[c]. Niſi quãdo quis id quod ſibi debetur, à pupillo ſine tutoris autoritate ſtipulatus fuerit, Nam licet non ualeat, prior tamen obligatio tollitur[d]. Ex ijs regulam cum quinque exceptionibus elicere poſſumus. Regula eſt, Impoſſibilis conditio contractum uitiat. Primò limitatur, ſi conditio ab ſtipulatione diſiuncta ſit[e]. Deinde, niſi conditio impoſſibilis negatiua fuerit[f]. Tertiò, niſi conditio impoſſibilis in ſtipulatiõe dotis interpoſita ſit, nam licet conditio uitietur, tamen ſtipulationem non uitiat[g]. Quartò, uerba ſuperflua, quæ nihil ad actum pertinẽt,
15 obligationem non uitiant[h]. †Incertitudo autem contractum uitiat. Cùm enim in uerbis nulla eſt dubitatio, nõ debet admitti uoluntatis quæſtio[i]. Si qua autem uerba incerta fuerint, actum uitiant[k]. Vt ſi quis inſulam fieri ſtipuletur, & locus incertus ſit[l], uel ſi quis incertum hominem ſtipuletur[m]. Vlp.[n] contrà, Sed is intelligit, promittentem plures homines habuiſſe. Atque ita non uitiatur ſtipulatio, ſi quis hominem ſtipuletur[o]. Quemadmodùm non uitiabitur, ſi incertitudo ad certum locum referatur[p]. Præterea qui à muliere dotem incertam ſtipulatur, actionem non habet[q]. Pap.[r] contrà. Sed fauore dotis receptum eſt, ut ex ſtipulatione incerta agi poſſit. Tertiò, dies in ſtipulatione omiſſus, totam ſtipulationem uitiat: ut ſi ſtipulatus ſim, re ſiſti in certo loco, & niſi ſtiteris, pœnam dares: cùm id agatur, ut certo die ſiſtas, imperfecta erit ſtipulatio[s]: ſic in nunciatione noui operis, dies & hora neceſſariò exprimenda eſt[t]. Sic in reſcriptis[u]. Sic in omnibus inſtrumentis, cùm annus imperij exprimatur[x]. Cont. dies incertus non uitiat ſtipulationem, ſed iuuantr autoritate legis, ut præſenti die debeatur[y]. Vt ſi dictum ſit, Vt hoc faciam in diebus: non uitiatur ſtipulatio, ſed infra biduum faciendum eſt. Aut ſi Lutetiæ aliquid dari ſtipulatus ſim, ineſt tempus[z]. Quod autem accipi debeat, quæritur. Et magis eſt, ut totam eam rem, ad iudicem remittamus[a]. In criminalibus quoque iudicijs, dies commiſſi delicti omiſſus, non uitiat iudicium[b]. Reſpon. quando dies eſt de ſubſtantia actus, ſi omittatur, neque Legis interpretatione iuuetur, actum uitiat, alioqui minimè. Vt in hac ſtipulatione, Rem ratam haberi, Iudicatum ſolui: tametſi incertam quantitatem cõtineat, non uitiabitur, quia prætoris autoritate iuuatur[c]. Sic pœnalis ſtipulatio non uitiatur, ſi incerta ſit[d]. Et quatenus ſua intereſt, agere poterit[e]. In legatis uerò, incertitudo uitiatur, ſi circa perſonam, cui legatum eſt, uerſetur[f]. Caius[g] contrà: Si quis (inquit) ex hæredibus cæteriſq; amicis, quorum hoc teſtamento mentionem habui, ſiue quis alius reſtitutionem mihi impetrauerit, &c. Elicitur ex uerſ. Siue quis alius, quòd legatum etiam incertæ perſonæ relictum, ualet. Tu dicito, ibi diſpoſitionem conditionalem eſſe, quæ à primo adimplente certior redditur[h]. At ſi pura diſpoſitio eſſet, ut, lego Titio decem, & duo eſſent Titij, relictum propter incertitudinem uitiaretur[i], quia in corpore erratur. Atq; hinc rectè colligimus, relictum incognito ualere, modò de perſona ipſius alioqui conſtiterit[k]. Sed & tametſi de certa perſona non conſtet, fauore piæ cauſæ relictum defendemus, ut ſi pauperibus legatum ſit[l]. At ſi legatarias, onere fideicõmiſſi, tacito nomine grauatus ſit, non eo nomine fideicommiſſum uitiatur, ſed tacitè ineſt, hæredi reſtituendum eſſe[m]. Hæc quod attinet circa incertitudinem perſonæ, cui relictum eſt. De incertitudine rei legatæ, Vlp.[n] ſic ſcripſit: Legato generaliter relicto, ueluti homine, id obſeruãdum eſt, ne optimus uel peſſimus accipiatur. Annuere uolens hoc loco, legatarij electionem eſſe[o]. Quod uerum eſt, niſi de re ipſius teſtatoris agatur. Quid enim ſi teſtator, cùm plures Stichos haberet, Stichum legauerit, eo nomine non uitiatur legatum, ita tamen ut non legatarij, ſed
16 hęredis electio ſit[p]. † Sic actus ambi

gui

b. l. obligationum feré §. ſi. de uer. ob. §. preterea. quib. mo. tol. obl.
c. l. ſi cùm dolũ §. ſi mulier. ff sol. mat. an no. lib. iiij. quæſt. cap. xj num. 2.
d. §. preterea. inſt. qui. mo. tol. obl.
e. d. l. ſi ita.
f. d. §. ſi impoſſibilis.
g. l. j. uerſ. eodẽ C. de rei uxo. act.
h. l. quæ extrinſecus. de uer. obl.
i. l. ille aut ille. de leg. iij.
k. §. ſi de alia. inſt. de inuti. ſtip.
l. l. qui inſulã. de uer. obl.
m. l. continuus. §. j. eod.
n. l. in executione. § pro parte. ff. de uerb. obl.
o. l. ſi in emptione. de cõtrah. emp.
p. l. ſi mihi & ti. §. j. de uer. obl.
q. l. j. C. de dot. promiſ.
r. l. cùm poſt. §. gener. ff. de iu dot.
s. l. ita ſtipulatus. de uer. o.
t. l. aut. §. j ff. quod ui aut clam.
u. l. ſi quis. C. de di. reſcr.
x. §. imperij. auth. ut præ. no imp.
y. l. eũ qui. § ſi. de uer. obl. §. omnes. inſt. e.

z. l. in itinere. de uerb. ſign. Bal. l. ij. C. cõmod.
a. l. j ff. de iure delib. l. continuus. §. cũ ita de uer. ob. d. l. in itinere.
b. l. libellorum. §. & generaliter. ff. de accuſ.
c. l. ij. §. incertã de præt. ſtip. C. de ſen quæ ſine cer. quã.
d. l. v. § ſi. de uer. ob.
e. l. ſi pœnã eo.
f. §. incertis. inſtit. de lega l. iij. §. ſi quis duobus de adi. leg.
g. l. quidem in reb. dub.
h. l. ſi ſeruum legatum. §. hoc ſermodi. de leg. j.
i. l. cùm ex pluribus. de inſt. teſt. l. ſi quis ſeruũ. § ſi iter. de leg. j. & l. duo ſunt ff. de teſt. tut. l. ſi quis de pl. de reb. dub.
k. l. extraneum C. de hæ. inſt.
l. l. id quod. C. de ep. & ale.
m. l. qui pecuniam. de ſtat. lib.
n. l. legato. ff. de leg. j.
o. §. ſi generaliter. Inſtit. de lega.
p. l. ſi quis à filio. § pen. de leg. j. de quibus amplius Bar. l. vj. nu. 2. de re. dub.

gui interpretandi sunt, ut potius ualeant, quàm pereant[q]. Patet in stipulationibus, in quibus si ambigua oratio fuerit, id accipiendum est, quò res de qua agitur, in tuto sit.[r] Sic uerba ambigua contractus emptionis, ipsum non uitiant[s]. Hinc est, quòd cùm in ipsa propria uerborum figura uerificari non possunt, uerificantur & seruantur per subauditionem uerbi, quondam[t]. Puta, cùm quidam seruus hæres institutus esset, qui status sui ignorans, pecunias defuncti exegit, debitores qui eidem soluerant, liberari sunt[u], si ignorent dominum decessisse. Sed cùm defunctus nihil habeat, nō potest dici pecunia defuncti, mors enim omnia soluit[x]. Meritò subintelligimus, Quondam, qui defunctus est[y]. Sic si pecunia mea ad te peruenerit, æquum est, ut eam mihi reddas[z]. Intelligimus pecuniam meam, hoc est, mihi debitā. In contractibus igitur uerba quæ non possunt intelligi secūdum propriam significationem, improprianda sunt,
17 ut actus ualeat[a]. † Eaq; in stipulationibus contra stipulantem[b], & secundum promittentem interpretamur[c], quia incūbebat stipulatori uerba latè concipere[d]. Vt si ab eó qui plures fundos Tusculanos habebat, fundum Tusculanum stipulatus sim: is debetur, quem promissor dare uoluerit[e]. Sic si quis hominem Stichum aut decem stipuletur, promissoris erit electio[f]. Sic in contractu emptionis, uerba ambigua aduersus eum, qui ea protulit, interpretantur[g], & electio erit uenditoris, si ab emptore uerba ambigua prolata sint[h]: uel emptoris, si à uenditore[i]. Sibi enim imputet, qui potuit legem apertius dicere[k]. Contrà in ambiguis orationibus, maximè sententia sequenda eius est, qui eam protulit[l]. Respō. hoc procedit in eo, qui leges sancit[m]. Insto secundò, quòd etiam in stipulationibus, uerba ambigua ab eo interpretanda sint, qui ea protulit[n]. Respon. quando in stipulatione apponitur uniuersalis particula, puta, Quicquid, & ad rem certam referri potest, ab stipulatore interpretanda est[o]. Stipulatio præterea iudicialis ambigua, ab stipulatore, tametsi eam protulerit, interpretanda est[p]. Sic in ultimis uolūtatibus, in quibus cùm plenius uoluntatem testantis interpretemur[q]: uerba ambigua ab ipso prolata, in eius fauorem interpretabimur[r]. Vt si quid in foro fieri uoluerit, in eius municipij foro faciendum est[s]. In fauorem quoque hæredis, ambigua uerba interpretanda sunt[t]. Vt si hæres damnatus sit, tantùm alteri dare, quantùm unus ex hæredibus consequutus sit, & inæquales hæredum partes fuerint, hæres minimam partem præstando liberatur[u]. Quum etiam in alternatiua summarum, quod minus est, inspiciendum sit: in alternatiua uerò temporum, quod est longius[x]. Tametsi tacitè quædam rei legatæ insint, ut si uinum, uel penus legata sit, etiam uasa debentur[y]. Quòd si ex contractu deberentur, secus esset[z], nisi obstet consuetudo.

em, uel conditionem, ueluti emancipatio[c], acceptilatio[d] hæ-

18 c EMANCIPATIO. † Imò ualere conditionem emancipationis, ex Imperatore[a] colligimus, dum ait: "Si mater (inquit) uos sub conditione emancipationis hæredes instituit, & prius quàm uoluntati defunctæ pareretur, pater defunctus est, patria potestate liberatus, ius adeundæ hæreditatis quæsiisti[b]." Sed intelligit Pap. emancipationem, nullam conditionem admittere: ac si diceret, duo opposita, non posse subsistere in eodem subiecto. Nam sui iuris, & in alterius potestate esse nemo potest. Quo fit, ut si à patre sub conditione filius emancipatus sit: non eo nomine patria potestas soluitur: quę si extiterit, secus, tunc enim patria potestate liberatur.

19 d ACCEPTILATIO. † Cùm res eodem iure dissolui debeat, quo soluta fuit[c]: non potest conditionalis acceptilatio, priorem puram stipulationem, pendente conditione elidere, sic enim iste Pap. locus interpretandus est.

q. l. quoties in actionibus. l. ubi. ff. de reb. dub. l. quæ ex transuerso. §. sed. de uer. ob. not. Bart. l. 8., nu. 2. ff. qui satisd. cog. idē l. xl. ff. de pactis.
r. l. quoties in stipu. de uer. oblig.
s. l. pe. de con. empt.
t. l. fi. C. re. amo. l. si marinus. C. de coll. gl. institiæ. l. apud. §. fi. ff. ad trebel.
u. l. j. ff. si cer. pet.
x. §. soluitur. Inst. pro soc.
y. l. uiro atque uxore. ff sol. matr.
z. l. si & me. in fi. ff. si cer. pe.
a. l. insulam. de pr. ef. uer. l. tenetur. §. j. de act. emp.
b. l. stipulatio ista. §. in stip. de uer. obl. l. xvj. §. j. ff. de ser. urb. præ.
c. l. si ita stipulatus fuero decē. de uer. ob.
d. l. quicquid. eod.
e. l. qui ex pluribus. eod.
f. §. huic autē. Inst. de act.
g. l. labeo. l. cū in lege. ff. de contr. emp.
h. l. si ita. eod.
i. l. si in emptione. cū §. fi. eod.
k. l. labeo. l. ueter. ff. de pac. l. in cōtrahenda. de re. iur.
l. l. in ābiguis. de reg. iur.

m. l. fi. C. de legib. l. non aliter. de leg. iij.
n. l. si mihi & T. §. j. l. inter. § si stichum. de uer. ob.
o. d. §. si stichū.
p. d. §. si stichū. l. si quis intentione ff de iudic. ubi Bart.
q. l. in testamentis. de reg. iu.
r. l. non aliter. de leg. iij.
s. l. quæ conditio. §. si ita. de con. & dem.
t. l. qui pecuniam. l. ita liber. l. labeo. ff de statuli.
u. l. qui concubinam. §. j de le. iij. no. Bar. l. xiiij. nu 3. de legat. j. l. xxxij. §. j. l. xxxvij. eo. l. iiij. §. si ita. l. xlj. §. scio. cū addit. l. xlix. nu 5. l. lxxuij. l. lxxvij. §. fi. l. lxxxv. §. si cui l. cxj. §. ij. eod. idē Bar. l. xj § j. nu. 2. de leg ij. & l. xxiij. l. xliiij. §. fi. l. lxix nu. 4. l. lxxviij. uarijs. nu. eod. de leg. ij. idē l. xxj. de usuf. le. et l ij. & l xviij de opt. leg l iiij. nu. 2. 3 de triti. leg.
x. l. si ita stipulatus fuero decē. de uer. ob.
y. l. si cui. §. si uinum. ff. de ui. oleo leg. l. quæsi §. qui uasa ff. de pe. leg.

z. l. j. cum seq. ff. de peric. & com.
a. l. iij. C. de instit. & subst.
b. l. fi. de cond. quæ sub mo. l. filijs. de inof. test. l. j. § idem. ff. d. act. & obl. l. si stipuler. de uer. obl.
c. l. nihil ff. de reg. iur

HÆRI

20 e HÆREDITATIS aditio. †Hæreditas ex die, uel ad diem non rectè datur. d Modest. e contrà. In tempus, inquit, capiendæ hæreditatis institui hæredem posse, beneuolentiæ est. Cuius respon. secūdum Bar. f in die certa interpretandum est. Nos uerò dicamus, nihil referre, utrùm dies certa uel incerta fuerit, & utroque casu die sublata, institutionem puram manere g, & bō. poss. agnoscere, & tanquā hæres hæreditatem distrahere posse h. Ita tamen si alterius non intersit, quid enim si ab hærede legatum relictum sit, cùm T. moriетur, antè peti non poterit i, & conditionale est k. Sed & miles ex certo tempore & ad certum tempus indistinctè hæredem instituere potest l. Addit Pap. non tantùm in diem hæreditatis aditionem uitiari, uerùm etiam si conditio adiecta sit m. In legatis tamen secus est, diem enim & conditionem admittunt n. Verùm si in diem sit, in hæredem suum transmittit, sub conditione uerò, antequàm existat, non utique o. Pap. igitur hîc non de legatis, sed de hæreditatis aditione loquitur, quam conditionem non recipere respondet. Vt si quis ita dixerit, si soluendo hæreditas sit, adeo hæreditatem, nulla aditio est p. Sic si ita scripserit testator, Quantā ex parte Titium hæredē institutum recitassem, ex ea parte Sempronius mihi hæres esto: nullo recitato testamento, ab ipso testatore inanis uidetur institutio q. Secus si inter eosdem hæredes agatur. Veluti, si hæredes ita instituerit, *Ex partibus, quas adscripsero*: uel, *Si eis partes adscripsero*. Si partes non constent, non uitiatur institutio, sed ex æquis partibus hæredes existunt r. Sic qui ita hæres institutus est, si decem dederit: non eò uitiatur institutio, sed differtur, donec conditionem adimpleuerit s. si in mora fueris, tunc uerum est, hæredis institutionem, propter defectū
21 cōditionis uitiari. † Ita tamen si conditio possibilis existat, alioqui minimè. In ultimis enim uolūtatibus impossibilis conditio in testamēto scripta, pro nulla habetur t: ut si natura

(reditatis aditio e, | serui optio, da-)

impossibilis sit u. Incerta præterea hæredis instituti conditio uitiatur, sed hæredis institutionem non uitiat x. Nam quæ in testamento scripta sunt, si non intelligantur, perinde habentur, ac si scripta non essent, reliqua autem firma manent y. Idem si aliqua superflua sint z. Impossibilis quoq; conditio in hæredem apposita uitiatur, sed hęredis institutionem non uitiat a. Minus quoq; turpis & inepta b. Puta, inepta testatoris uoluntas est, si uestes & alia superuacua, in funus impendi iusserit c. Si hæreditatem alteri restituturum iurare iusserit d. Si supellectilia in mari proijciat e. Sic si conditio contra bonos mores fuerit, ueluti, si patrem suum ab hostibus non redemerit, Si parentibus suis alimenta non præstiterit f, si diuortium fecerit g, si non nupserit h, nisi in uidua i. Sic si derisoria fuerit, ut si indecorum nomē sibi assumpserit k. Sic si contra legem l, uel in fraudem legis conditio apposita fit: ut si quis hac conditione hæres instituatur, si legis falc. beneficium omittat m. Nam licet hæres remittere possit n, tamen testator non potest o. Igitur ijs conditionibus hæres institutus, licet conditionem non impleat, non tamen ab eo, utpote indigno, hæreditas auferenda est p, & fidei commissum præstabitur q. Contrà, eùm conditiones denotent nudum ministerium facti, in forma specifica implendæ sunt, alioqui relictum amittitur r. Respon. hoc uerum est, si turpitudinem, uel difficultatem non contineat, Nam tunc conditio uitiatur, sed testamentum non uitiat. s Insto secundò, quæ contra legis prohibitionem testamento accedunt, infirmant testamentum t. Respon. licet strictò iure conditiones contra formam legis, totum actum uitient. Tamen fauore ultimarum uoluntatum prætor in testamentis eas remittit u. Insto tertiò, iurisiurandi conditio in testamento apposita non remittitur, sed omnino præstandum est x. Vt si

d. l. hæreditas. ff de hær. institu. §. hæres. Inst. eo. Bar. l. ij. num. 3 ff. de cond. inst.
e. l. in tempore. eo. l. sed & si. ff. ad treb.
f. l. extraneum. C de hær. institu. ampli⁹ not. Bart l ij. §. j. ff de bo. pos. secū. tab. l. v. §. j. & l. vj eod.
g. d. l. hæreditas.
h. l. si quis insti tuatur. ff. de hær. inst.
i. l. hæres. ff de con. & dem.
k. l. iiij ff quā. di. leg. ced.
l. l. quærebatur. in fi. l mi les. ij. §. & quod. ff. de mi lit. test. § sed. inst. eo.
m. Alc. l. centurio. nu. 7. ff. de uulg.
n. Bar d. l. extraneū in fi.
o. d. l. iiij.
p. l. eum qui. §. fi. ff. de acqu. hær.
q. l. clemens ff. de hær. inst.
r. l ij. ff. de eod.
s. l. iij. & l si quis Sempro nium. eo. l j. §. sed & ff. ad treb.
t. l. obtinuit ff. de con. & de. l. ab omnibus. §. j. de leg. j l. mulier de cō. inst. § impos sibilis. inst. de hær. inst. no. Bar. l j nu. 3. ff de cō inst.
u. l. cùm in secundo § fi. de inst. rup.

x. l. pen. C de inst. & subst. l. serui nō. §. j. l. si quis. ff. de hær. inst.
y. l. ij ff. de his quæ pro non scrip.
z. l. testamēti. C. de testa.
a. l. si quis ite. ff. de cō. inst. l. obtinuit. l. in testamēto. ff. de con. & demon.
b. l facta. § si sub conditione. ff. ad treb. l. xx. de con. & dem.
c. l. seruo alieno. § fi. de leg. ij.
d. l. quæ sub cō. ff de cō. inst.
e. l. q'ida. eo.
f. l. cōditiones. j. eod.
g. l. reprobanda. C de inst. & subst. l. iij. C. de cō. inser.
h. l ij. C. de in di. uid. tol.
i. auth. cui relictum eod.
k. l. sed secundum. § fi. ad trebel.
l. l. conditiones. ij. de cō. inst.
m. l. seius. ff. ad leg. fal.
n. l. fi. eo.
o. l. quod dibitus. § fin
p. l. ... oportet. C. de his qui ut ind. l. fi. § fin. ff. de eiu. ar. leg.
q. l. quæ sub § quoties § ... conditi ...

cond. inst l cùm pater. § filius matrem. de leg. ij. l. hæc scriptura. cond. & dem. r. l. meuius. eod. s. l. facta. § si sub. ad trebel. t. l. non dubium. uers. nulliū. C. de legib. l. j. C. de his quæ pœ. nomi no. Bar. u. l. conditiones. j. ij. ff de con. inst l. facta. § quod si ff. ad treb. no. Bar. l. lxiij. § si sub. eo. x. l. municipibus. de cō. & de.

libe-

libertas relicta sit, si decem daturum iurauerit, libertas non debetur, nisi se daturum iurauerit[y]. Respon. hæc iurisiurandi conditio, à prætore remittitur[z]. Insto quartò, incertitudinem testamentum uitiare. Vt si ex qua parte hæredem me institueris, te hæredem instituam: hæc hæredis institutio omnino uitiatur[a]. † Licet hæc stipulatio, Si me hæredem non feceris, omnino uitietur[b]. In testamentis secus est, quia omnes turpes & contra legem conditiones in testamento appositæ, à prætore remittuntur[c]. Mentò ambiguum Iuliani[d] responsi sic interpretabimur, ut dicamus improbatas cōditiones, non hæredum institutiones, tametsi Accurs.[e] secus existimauerit. Tamen limitatur, si filiofamil. hærede instituto, illicita, uel probrosa in patrem conditio apposita sit, totum enim testamentum uitiatur[f]. Satius tamen dicendum uidetur, conditionem solam infirmari, testamentum uerò prætoria humanitate defendi. Limitatur secundò, si conditio à senatu, uel principe improbata sit, testamentum enim infirmat[g]. Sed nec ad certum tempus hæres institui potest, & dies adiectus pro superuacuo habetur[h]. Conditio
22 † quoque turpis, impossibilis, uel inepta, legato apposita reijcitur, & perinde legatum debetur, ac si nulla apposita conditio esset[i]; ut si dempto itinere, actus legatus sit, inutilis est ademptio[k], quia actus sine itinere esse non potest[l]. Contrà, si legatus fuerit fundus Titio, eidemque uia per alium fundum: deinde idem fundus fuerit Caio legatus sine uia: si uterque fundum uendicasset, uia non debetur[m]. R. Licet legato fundo, dēpto itinere, iter nihilominus debeat, quòd tacitè necessariò insit[n], tamen uia nō sic inest[o], magna enim inter actum & uiam differentia est[p]. Insto secundò, si filiosa, sub probrosa conditione, in ignominiam patris, legatum relictum sit, nullius momenti legatum est[q]. Vel si quis quos manumittere non poterat, legauerit ut manumitterentur: nec legatum, nec libertas ualet[r]. Aut si ita legatum relictum sit, ut ancillæ restituere cogeretur: neque ipse restituere, neque hæres eidē præstare cogitur[s]. Respon. Iure ciuili huiuscemodi turpes, uel impossibiles conditiones, ultimam uoluntatem, puta, legatum uitiabant. Iure tamen prætorio, cùm sint odiosæ, reprobantur. Maximè quando testator eam sciebat impossibilem, alioqui minimè[t].

tio tutoris, totū uitiantur, per temporis, uel conditionis adiectio-

Et hinc est, quòd non minus legatum debetur, si hæredis institutio inutilis fuerit[u], uel si in nomine erratum sit[x]. Si tamē incertum legatum relictū fuerit, non debetur, tametsi testamentū firmum maneat[y]. Idem in tutela obseruandū est[z]. Prætereà, si testamentum iure perfectum testator in alio testamento imperfecto irritum esse uelit, & intestatus esse malit: hæredum prioris testamenti institutiones iure ualebunt, legata uerò non debentur[a]. Si testator, priusquàm secundum testamentum perfecisset, decesserit: prius quidem testamentum non infirmatur, legata tamen deberi desinunt[b], nisi nominatim à testatore approbata sint[c].

23 *§ TVTORIS.* † Datio tutoris non admittit conditionem. Imper.[d] contrà. Ad certum (inquit) tempus, uel ex certo tempore, uel sub conditione, uel ante hæredis institutionem posse dari tutorem non dubitatur. Intelligo constit. Imper. procedere, in datione tutoris à testatore facta, illa enim tametsi conditionalis non prorsus uitiatur, sed pendente conditione alius interim à iudice subrogatur in locum illius, quem sub conditione dare minimè poterit[e]. De quo puto Pap. uelle hic intelligere, sed dationem tutoris sub conditione à testatore factam non excludit. Quum enim pupillus tutore carere non possit, hoc enim Reipub. interest[f], meritò uitiatur quidē adiectione conditionis, cùm pendente conditione, tutor datus, tutelam non gerat, & alius in locum ipsius sufficitur[g]: qui tamen existente conditione, tutor esse desinit, & primus sub conditione datus suscipit[h]. Hinc est quòd licet contractus conditionalis cum

y. l. stichus. ff. de sta.lib. l. si quis liberta-tem. de ma te. l. ut iusiurandi. §. j. de op. lib.
z. l. quæ sub cōditione. ff. de cōd. inst. not. Bartol. d. §. si sub. num. 1. l. facta. ad treb.
a. l. j. uers. ex qua parte. ff. de his q pro non scrip.
b. l. stipulatio hoc modo. de uer. ob.
c. l. facta. §. si sub cōd. ff. ad treb. l. si quis ita. de cond. inst.
d. l. j. uer. quo improbata sunt illa.
e. glo. illa.
f. l. j. ff. de his quæ pœ. no.
g. l. filius. ff. de cond. inst.
h. l. heres. ff. de hær. inst.
i. l. si quis aum. §. dies incertus. ff. de con. & demon. l. sed nec. ff. de usu & hab.
k. l. j. de adi. leg.
l. inst. de ser. rust.
m. l. si fundum. de ser. leg.
n. d. l. j.
o. d. l. si fundū.
p. Inst. de ser. rust.
q. l. j ff de his quæ pœ. no.
r. l. si quis quos. de leg. ij.
s. l. codicillis. in prin. de legat. ij.
t. l. seruo manumisso. ubi Bar. ff. de cō. inde. & l. ab omnibus. §. j. de leg. j.
u. l. cùm quidā. ff. de his qui. ut indign. l. si quis eam. de cond. & de.
x. l. iiij. de leg. j.
y. l. si quis de pluribus. de reb. dub.
z. l. duo. de testam. tut.
a. l. militis. §. ueteranus. de test.
b. l. ex parte. de adim. leg.
c. l. cancellauerat. ff. de his quæ in te. del.
d. §. ad certum. inst. qui te. tu.
e. l. muto. §. j. ff. de tutel.
f. §. est autem. Inst. eod.
g. l. illud. l. nec. §. fi. ff. de tut. & cur.
h. §. sed & si. insti. de Atil. tut. l. furiosus ff. de tutel.

cum pupillo fiat, tamen tutor purè
autor fieri debet. Nam autoritas nō
conditionaliter, sed purè interpo=
nenda est, ut conditionalis contra=
24 ctus confirmetur[i]. Igitur† actus legi
timi per conditionis appositionem
ideò uitiantur, quòd pendente con=
ditione actus nihil operetur[k]. Vt si
sub conditione tutor datus sit, pen=
dente conditione, iudex alium dare
poterit[l]. Et legatum sub conditione
relictum, legatario ante conditionis
euentum, non acquiritur[m]. Paulus[n]
contrà. Sed hoc in tacitis conditioni
bus, non in expressis. Expressa enim
nocent, non expressa non nocent.
Imò expressæ conditiones non su=
spendunt actum. Nam societas sub
cōditione contrahi potest[o], qua pen
dente, iudicio societatis omnia con
ferri poterunt. Quod uerum putan=
dum est, si nominatim inter contra=
hentes hoc actum sit. At uerò non
25 extra rem quærendum est, † apud
quem relictum conditionale mane=
at. Et certissima est Iurisregula, Pen=
dente conditione, quæ actum sus=
pendit, legatum apud eum manere,
à quo relictum est[p]. Contrà, Qui al=
teri mortis causa donat, uidetur præ
dilexisse legatariū ipsi hæredi[q]. Me=
ritò apud ipsum legatarium potius,
quàm apud hęredem esse debet. Re=
spon. hoc uerum est, nisi inesset con=
ditio, quæ cùm hoc operetur, Vt si
conditio non extiterit, legatum ei ac
quiratur, à quo relictum est (nisi con
ditio impossibilis esset[r].) meritò a=
pud eum interim manere debet, nisi
sub uiduitatis conditione relictum
esset[s], qui cauere non tenetur[t]. Vt si
annua legata ad distribuendum per=
cipere iussus sit[u]. Vel si usufructus
sub conditione relinquatur.[x] Quia
eius fidem testator sequutus esse ui=
detur[y]. Paulus[z] tamen, Vlpianus[a] &
Triphonius[b] magis probant, cautio=
nem exigendam esse. Quorum re=
spon. ad Mutianam cautionem, quæ
in non faciendo consistit[c], referen=
da mihi uidetur. Atque ita Imper.
respon.[d] interpretandum est. Sed ut
tandem ad Pap. certam sedem statua
26 mus†, uidendum est quando condi=
tiones actum uitient. Actus condi=
tionalis effectus est, ut si ante condi=

i. l. I & si ff. de auto. tut.
k. l. legata. de con. & dem.
l. §. sed & si. Instit. de atil. tut.
m. l. ab omnibus. §. j. de cō di. & demō.
n. l. j §. si in an nos. ff ad le. falc.
o. l. j ff pro so.
p. l. si sub con ditiōe ff qui. mo. usus fu. a= mit. l. quibus. §. quidam. de con. & dem.
q. l. j. C. de do. cau. mor.
r. l si quis eum. ff. de con. & demon.
s. l fi. § j C. de ind uid. tol.
t. l. si ff. de usu= fr. & quē ca.
u. l. dium. ff si cui plus quā per leg falc.
x. l. fundus ff si usufr. pet.
y l firmio. §. j. ff. quā. di. le. ced.
z. l j §. si in an nos ff. ad le. falc.
a. l. j ff. ut leg. no. ca.
b. l. pactum in= ter heredem. ff de pact.
c. l. mutiane. l. is cui sub con ditione de cō di. & dem. l. seia § j. de do na. cau. mor.
d. l. si in prin. uer. mutianā. C de ind. uid.
e. l. quibus. §. quidā Titio.

tionis euentum, is cui sub conditio=
ne relictum est, decesserit, in suos ni-
hil transmittat[e], cùm legatum uitie=
tur[f]. Vt si ab hærede cùm morietur,
legatum T. relictum sit, & T. uiuo
hærede decesserit, ad hæredes lega=
tarij non pertinet[g], sed acquiritur ei,
à quo relictum est[h]. Sic si Titio cùm
annorum puta, quatuordecim erit,
legatum sit, & is antè decesserit, ni=
hil in suos transmittit[i]. Quia tempus
& conditionem hoc legatum conti=
net[k], Paulus[l] contrà. Sed legatum
post decem annos relictum, si quid
non fecerit, & intra decem annos
decesserit, legatum transmittit, quia
moriente eo, conditio extitit[m]. Vi=
deamus tamen, ne existat conditio,
uel non, semper ei acquiratur, cui re=
lictum est[n]. Quod procedit in hære=
de, qui partim pure, partim sub con=
ditione hæres instituitur, omnino
enim hæres futurus est, nisi substi=
tutum habeat. Insto secundò, Spem
conditionis in hæredem transmitti[o].
Quod uerum est, in conditionali=
bus stipulationibus, quæ iuris sunt[p].
Et ea quæ iuris sunt, transeunt in hæ
redem[q]. Secus in legatis conditio=
nalibus, quæ facti sunt[r]. Facta au=
tem in hæredem non transeunt[s].
27 Quid † si relictum sit sub conditio=
ne, quæ ab alio impleri debet, si non
impleatur, an deberi desinat. Puta,
si tibi sub conditione, quæ ab alio
implenda est, relictum sit: & is qui
cōditionem implere tenebatur, eam
implere recusauerit, relictum debe=
tur[t]. Hinc etiam receptum est, quòd
si alternatiua rei legatæ alteri com=
missa sit, & is intra annum eligere ne
glexerit, legatarius eliget[u]. Idem si is
cuius interest conditionem non im
pleri, fecerit quò minus impleretur,
conditio pro impleta habetur[x]. Sic
si tibi legatum relictum fuerit, si ne=
gotia T. gesseris: si T. impediat, le=
gatum debetur[y]. Vel si legatum sit,
ut seruus Titij manumitteretur, &
dominus eū uendere nolit, nihilomi
nus relictum debetur, quia per eum
non stetit[z]. Tametsi inutile legatum
esset, si quis quos manumittere non
poterat, legauerit, ut manumitteren=
tur[a]. Quòd si is qui conditionem im
plere tenebatur, antè decesserit, se=
cus

de con. & de. l. quidam. ff. ad treb.
f. l. heres meus l. intercidit. & l. hæc scri ptura. de cō. & dem. Ro. sing. 168.
g. l. ab omnibus §. j. de leg. j. l. si pecunia. §. quod ita. de leg. ij.
h. l. iul. de leg. ij.
i. l. si Titio ff. qu di. leg. ce.
k. l. si cui hoc legatū. de le= gat j.
l. l. si ita lega tum. de cond. & dem.
m. d. l. si ita.
n. l. cùm here= des. § j de ac quir. her.
o. § ex condi= tionali. Inst. de uer. ob.
p. l. si unus §. pactus. ff. de pact.
q. l. cùm here= des. de acqu. possess.
r. §. legatariis. Inst. de testa.
s. l. qui in futu= rum § j de pact. d l. cùm heredes.
t. l. pater §. Tu= scul. cum. inst. de leg. iij l. j. C. de inst. & subst. l. in te= stamento. §. j. de cond. dem. Alex. in. l. 10. de ind.
u. l. iij. §§ & ibi Bar. C. cō. de leg.
x. l. iure ciuili. de cō. & de.
y. l. mevia. de ann. leg.
z. l. si Titio. de leg. j.
a. l. si quis quos de leg. ij.

cus est, legatarius enim nihil consequitur. Atque ita legitimus iste actus relicti legati per conditionem, secundùm Pap. respon.[b] uitiatur, ut si legatum tibi relictum proponatur, si B. uxorē duxeris, & B. prius quàm matrimonium contrahatur, decesserit, legatum amittis[c]. Idem si in sponsalibus, arrarum nomine aliquid datum sit, & ante cōtractum matrimonium is qui dedit, decesserit, datum repetitur[d]. Nisi osculum interuenerit, tunc dimidium tantùm eius quod datum est, repetitur[e]. Si tamen necatus fuerit is qui donauerit, donatio minimè rescinditur[f]. Sic si res legata à legatario relicta sit, si ad ipsum peruenire desiisset, & legatarius uiuo testatore decesserit, fideicommissum non debetur[g]. Sic si hæres institutus fuero, si decem Caio dedero, & Caius occisus sit, hæreditatē amitto[h], quia conditio deficit[i]. Neque pareo conditioni, si hæredi Caij dedero[k]. Sic si tibi legatum annuū relictum sit, si filiorum negotia gesseris, & unus decesserit, pro rata legatum decrescit[l]. Sic si ex his partibus, quas T. arbitratus fuerit, societas coita sit, & T. antequàm arbitraretur, decesserit, nihil agitur. Nam hoc actum est, ne aliter societas sit, quàm si T. arbitraretur[m]. Excipitur primò, si uiuo testatore decesserit is, in quem pars conditionis implenda esset, & alteram partem legatarius uiuo testatore impleuerit, ut si mulieri legatum sit, si arbitrio Titij nupsisset. Si eius arbitrio, uiuo testatore nupserit, extitisse conditionem non dubitamus[n], tametsi uiuo testatore iterum defecerit[o]. Idem si sine arbitrio eius nupsisset, modò Titius non impediat[p]. Quòd si T. uiuo testatore decesserit, & ea nupsisset, legatum nihilominus debetur[q]. Nam quoties conditio legato, uel hæredi institutioni apposita, uiuo testatore deficit, ultimam uoluntatem non uitiat[r]. Prætereà liberorum fauore, si is qui conditionem implere tenebatur, decesserit, ipsis tamen relictum debetur. Vt si filio alimenta relicta sint, si cum matre manserit: licet mater decedat, nō eò minus alimenta debentur[s]. Quod propter paternam pietatem in filios,

b. d. l. actus.
c. l. legatum de con. inser. l. in testamēto. ij. de con. & de.
d. l. arris. C. de spon.
e. l. si à sponso. C. de do. ante nupt.
f. l. si tibi. C. eo.
g. l. Titio usufructus. de cō di. & dem.
h. l. cum ita datur. eo.
i. l. inde. §. j. ad le. Aquil.
k. l. si stipulatus sum mihi. de solut.
l. l. illis. in fi. de con. & de. l. Seio. de an. leg.
m. l. si ita coita. ff. pro soc.
n. l. publius ff. de con. & de.
o. l. si qui. C. de inst. & subst.
p. l. eū tale § rescriptū. ff de con & dem.
q. l. turpia. § j. de leg. j. l. si lite. ff. de con. & demon.
r. l. quæ. §. mortuo de condi. instit. l. Celsus. de lega. ij. l. si ab eo. de usufru leg.
s. l. Caio § j. de ali. leg. l. annua. eod. l. illis. de con & dem. l. j. C. de lega.
t. l. meuia. § fi. ff de ann. leg.
u. l. si cōpetenti. C. de alē. li.
x. l. si quis ita. de con. & de. l. iij. C. de con. inser. l. qui cō

tum etiam alimentorum fauore receptum est. Tametsi ad quæstionem propositam, incertam esse testatoris uoluntatē, Sceuola respondeat[t]. Cæterùm si mater nō decesserit, & cum matre non uiuat, nihilominus filio alimenta debentur[u]. Si extraneo relicta sint, quamdiu cum Titio manserit: si sibi non imputetur, quò minus maneat, debentur[x]. Tertiò, fauore libertatis idem obseruandum est[y]. Vt si seruus Titio pecuniam dare iussus est, ut liber sit: & cùm paratus esset pecuniam dare, Titius decesserit, liber erit, quia per eū non stetit[z]. Idem dicendū, si pecunia à latronibus sibi surrepta sit[a]. Si tamen libertas seruo data sit, si ad T. pertinere desiisset, & T. uiuo testatore decesserit, secundū Paul. resp.[b] libertas non ualet. Quartò limitatur, si non sub cōditione, sed in diem legatum sit. Vt si ab impubere legatum relinquatur, si ad pubertatem peruenerit: licet ante pubertatem decedat, legatū nihilominus debetur[c]. Quintò idem in actu alternatiuo, nā si optio rei legatæ alteri committatur, & is antequàm elegerit, decesserit, electio in legatarium trans=
28 fertur[d]. Sed † an in hæredem conditio impleri possit, uideamus[e]. Puta, si legatum relictū sit, si hæredi decem dederit: & hæredis hæredi dando, legatum cōsequitur[f]. Tametsi secus dicendum esset, si alteri, puta, legatario dare teneretur, nam hæredi eiusdem dando, conditioni non paruit[g]. In stipulationibus idem receptum est[h]. Sicque non solùm conditionalis stipulationis[i], uel alterius cuiuslibet contractus[k]. Verùm etiam legati, uel alterius cuiuslibet ultimæ uoluntatis spem in hæredem transmittimus, ita tamen ut uerborum diligens obseruatio adhibeatur. Nam si hæredi dare iussus est, hæredis hæredi dando liberatur[l], hæres enim iuris successor est[m]. Hinc est, quòd si ex parte purè, ex alia sub cōditione institutus, ex pura institutione adierit & decesserit, postea quàm cōditio extiterit, ea ad hęredē suū pertinet[n]. Quòd si alteri, quàm hæredi, in eius tantū persona conditio impleri potest[o]. Legatarij enim nō sunt iuris successores[p]. Hinc est, quòd si legatum Titio relictum sit, si uolu-

cubinā. § uxori. de leg. iij.
y. l. fideicom. C. de fidei. lib. l. qui duos. in prin. de man. testam.
z. l. si peculiū. §. is cui. de statu lib.
a. l. fi. C. de con. infer.
b. l. Titio usufructus. de cō di. & demon.
c. annot. s. cap. xj.
d. l. fi. § sed & fi. C. cō. de le.
e. not. Bar. l. sed si in hac. ff. de in ius uoc. in pr. l. xv. nu. 1. ff. de stat. ho. l. xxxij. §. j. de arbit. l. iij de acq. hær. Bar. l. si decē cum petiero. de uer. ob.
f. l. sub. in fi. ff. de con. & de.
g. l. cum ita datur libertas. in pr. uer. diuersa. eod.
h. l. si quis si T. de uer. oblig. Bart. contr. l. xxv. num. 1. si cer. pet.
i. d. l. si quis. & §. ex cōditionali. instit. de uer obl §. cū quis. de inuti. stipul.
k. l. qui negotia §. cum hæres. uersi. nam. ff. mand.
l. d. l. sub.
m. l. cum hæredes. de ac. pos.
n. l. qui ex duabus. ff. de acqui. hær.
o. d. l. sub. & l. cū ita datur libertas. eod.
p. §. legatarijs. inst. de testa.

erit:non aliter ad hæredem legatarij
transmittitur, quàm si ipse legatari-
us uoluerit ad se pertinere[p]. Quod
& in stipulationibus obseruandum
29 est[q]. Sed tan retro trahatur uidēdum
est,[r]ut si filiusfa.sub cōditione stipula
tus emācipat[9] fuerit, deinde cōditio
extiterit,patri actio cōpetit[s],quia cō
ditio retrò trahit[t]. Sic si un[9] ex socijs
sub condirione promiserit,& distra-
cta societate conditio extiterit,ex cō
muni soluendū est[u]. Sic militis testa-
mentū,licet intra annū dūtaxat post
missionē ualeat:tamen si cōditio hæ
redi ascripta,post annū extiterit,qua
si militis testamētum ualebit[x]. Sic si
sub cōditione res uendita sit,& pen
dente condirione perierit,emptoris
periculū erit[y].Sic si quis decē promi
serit,qua die petētur:obligatio à die
promissionis initiū capit[z].Sic si quis
pro conditionali debito de pignore
cauerit,deinde eadem ipsa alteri pi-
gnori dederit,posteà conditio exti-
terit:is tuendus est,qui prius pignus
accepit[a]. Sic si stipulatus decem ,si
nauis ex Asia uenerit, & post trien-
nium conditio existat, triginta peti
poterunt[b].Sed & res legata sub con
ditione,si à testatore usucapi cœpta
esset, existente conditione retrò ad
id tēpus trahintr,quo testator possi-
debat[c]. Sic hæres rogatus hæredita-
tem restituere,si sine liberis decesse-
rit:ipso sine liberis decedente, etiam
fructus percepti restituendi sunt[d].
Bart.[e] tamen contrà, condictionale
enim in legatum, retrò non fingi,ex
» Vlp.[f] probat,qui sic scripsit:Serui ap
» pellatione, etiam ij continentur,qui
» sub conditione legati sunt,nam me-
» dio tempore hæredes sunt. Et[g], Si
» sub conditione res mihi legata fue-
» rit,deinde medio tempore aequisito
» dominio petam,mox existente con-
» ditione legati rursus petam,puto nō
» obstare exceptionē. Sic & Pap.[h] ser-
» uus sub cōditione libertate data,siui
» ta decesserit,siquidē impleta cōditio
» quādoq; fuerit,hæredi nō uidebitur
» perijsse. annuere uolens,conditionē
retrò trahendā nō esse. Nam si retrò
cōditio traheretur, & sic si hæredi pe
rijsse uideretur,ad æstimationē serui,
ipsi legatario,existente cōditione te-
neretur. Atqui non uidetur perijsse

p. l. si ita expressū. de cō. & demon.
q. l. qui Romæ. §. angerius. de uer. ob. l. si stipulatus sum. de solut. l. sub hac. de act. et obl.
r. Not. Bar. l. ij. C. de pa. inter emp. l. xxxix de mil. test. l. iij. § fin autē. cū si. add. C. com. de leg. l. lecta. nu. 26. ff si cer. pet.
s. l. si filiusfa. de uer. ob.
t. l. huiusmodi. l. cxxvj. ff. de uer. ob. l. hæres. ff. de acq. hær.
u. l. omne. ff. pro socio.
x. §. sed hactenus. uer. quod ergo. Inst. de mil. test.
y. l. necessario. ff. de peri. & com. rei uen.
z. l. si ita quis promiserit. de uer. ob.
a. l. qui balneū. §. sed & si. ff. qui po. in pi. hab.
b. l. si ita stipulatus fuero. si Tit. de uerb. obl.
c. l. Pompon. §. sed & si. de acqu. pos.
d. l. mulier. §. cū proponeretur. ad treb.
e. l. dotalē. nu. 2 ff sol. ma.
f. l. j. ff. ad syla.
g. l. si mater. §. eandem. ff. de exce rei iud.
h. l. in ratione. §. j. ff. ad legē falc.

hæredi, sed legatario[i], meritò retrò
non trahitur,hoc est, nihil acquisitū
cēsetur ipsi legatario ante euentū cō
ditionis. Sed si tēpore existētis con-
ditionis,res esse desiit:meritò nō ha-
betur ratio eius tēporis, quo seruus
in rerū natura erat,& sic nō retrò tra
hitur,Pap. tametsi[i] Vlpiano[k] obstare,
Bar.[l] asserat. Sic si filiofa. mādauero,
ut pro me solueret, & emancipatus
soluat:non mādati,sed in factū actio
cōpetit. Non enim ad tēpus,quo in
patris potestate erat,retrò trahitur[m].
Sic si testator gregē legauerit,& an-
te diem legati accreuerit,licet posteà
moriatur is qui legauit,tamen quod
accreuit,ad legatariū nō pertinebit[n].
Aut si rem meā sub conditione stipu
ler,utilis stipulatio est, si conditionis
existēti tēpore mea non sit[o].In re præ
senti spectādū esse cēseo:utrū in diē,
uel sub cōditione actus existāt. Nam
si in diē,retrò minimè trahēdi sunt[p].
Quòd si sub cōdirione,tunc referre
existimo,an cōtractib. uel ultimis uo
lūtatib. adijciatur. Si cōtractibus,aut
adijcitur ante cōtractū,uel in contra
ctu. Si ante contractū,ueluti,Si pecu
niā mihi credideris,sit hęc res tibi ob
ligata:Si alius mihi credat,tu deinde
credideris,retrò nō trahit,sed potior
is erit,qui posteriore loco credidit[q].
Aut post cōtractū,& tūc retrò trahi-
tur[r],quia iam conuentio,certā habet
causam,à qua contrahētes recedere
nō possunt,qua ratione Affric.[s] mo-
tus,idē resp. Idē in ultimis uolūtatib.
siquidē cōditio casualis extiterit. Si
potestatiua conditio sit,secus est, im
putet enim sibi morā suā,qui alioqui
de lucro tantū certet[t]. Atque ita Im-
» per. resp.[u] interpretabimur: Quam-
» uis(inquit)cum statu libero contra-
» xeris,tamen ex antè gesto te non ha-
» bere cum eo post impletam condi-
» tionem,libertatis actionem scire de-
» bes. Sic & res æstimata,retrò nequa
quam trahenda est, secundum Pro-
cul.[x] Cuius respon. malè a Bart. in-
tellectum, pessimè ab eodem inter-
pretatum est, cùm ex eo eliciat, fru-
ctus perceptos pendente conditio-
ne,ad legatariū non pertinere. quod
non dicit lex:& si diceret,non seque
remur, quoniam contraria senten-
tia receptior est, quemadmodū antè
diximus.

i. d. §. j.
k. d. l. j.
l. d. l. j. §. seruū.
m. l. si uerò. §. si filiusf. ff. mād.
n. l. quæsitū §. pen de leg. j.
o. l. si rē meā. ff. de uer. obl.
p. d. §. si filiof. d. §. pe. l. cxx. de uer. obl.
q. l. potior. ff. qui po. in pi.
r. d. l. potior. §. j.
s. l. qui uas meū. ff. qui pot. in pigno. ; Bar. l. vij. §. / nu. 2 ff. de peri. & cō. idem d. §. si filiusfa.
t. Bar. d. §. si filiof. Imo post Ang. l. quæsitum. §. si mihi seruus. de le. j.
u. l. j. C. an ser. ex suo facto.
x. l. Licinius. ff. de leg. j.

antè diximus. Idem Bart. suo axiomate, Sceuolæ respons.[y] planè corrupit, quòd dicat, fructus pendente conditione ex re legata perceptos, legatario non deberi. Nam qui aliquid in tempus certum confert (sic enim Sceuola loquutus est) non conditionē, sed diē ponit. Quare qd' medio tempore accreuerit, nō debetur[z].

y. l. filium. de opt. leg.

z. d. l. filium.

nem. Nonnunquā[g] tamen actus suprascripti tacitè recipiunt, quæ apertè cōprehensa uitium afferunt. Nam si acceptum feratur ei, qui sub cōditione promisit, ita demū egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit. Quòd si uerbis nominatim acceptilationis cōprehēdatur, nullius momenti facit actum.

g NONNVNQVAM. Nonnunquam contigit, ut quædam nominatim expressa noceant, tametsi omissa tacitè insint, nec cesset ob futura: ueluti, si decem tibi legauero, si Titius hoc fecerit. Nam licet in arbitrio Titij sit, hoc facere, ut tibi legatum debeatur, non tamen poterit alijs uerbis utiliter legari: Si Titius uoluerit, tibi lego. Nam in alienam uoluntatem conferri legatum nō potest. Inde dictum est, Expressa nocent, non expressa non nocent[a]. Secus si dictū esset, Si Tit. fuerit arbitratus, si æstimauerit, si utile sibi uisum fuerit, uel uidebitur, deberi enim constat. Non enim plenum arbitrium uoluntatis, hæredi suo dat, sed quasi uiro bono commissum[b].

a. l. nōnunquā. ff de con. & demon.

b. l. fideicommissaria libertas. ff. de fidei cō. lib. Bar. eum propones. §. j. C. de fideic. in l xj. §. v. ff de leg. iij.

CAPVT XIIII.

DE OBLIGATIONE POENALI.

1 Obligatio pœnalis quare introducta.
2 Obligatio pœnalis liquidat interesse.
3 Pœna ex inutili obligatione petitur.
4 Pœna tametsi nihil interest, peti potest.
5 Alienatione sub pœna prohibita, an comitatur pœna, si res alienata sit.
6 Electio pœnæ uel rei, quando sit promittētis.
7 Pœna & res non petitur, & quando utrunque petatur.
8 Pœna an sæpius committi possit.
9 Pœnæ adiectio actui à lege prohibito, inutilis est.
10 Pœnalis stipulatio, actum natura diuiduum, indiuiduum efficit.

1 HÆc † pœnalis obligatio introducta est, ut uel minus integrā iuuaret, uel perfectæ arctius uinculum adderet: ueluti, si quis stipulatus sit, ut aliquid fiat, uel non fiat, [a]cui optimū est, pœnā subijcere, ne cogatur actor probare, quod eius interfuit, ita factū uel non factum esse. Quam docet nos Imper.[a] sic cōcipere, *Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?* Sed si quędam fieri, quædam non fieri, una eademq; conceptione stipuletur quis, clausula huiusmodi erit adijcienda, *Si aduersus ea factū erit, siue quid ita factum non fuerit: tunc pœnæ nomine decem aureos*
2 *dare spondes?* † Prima igitur causa introducendæ huius obligationis pœnalis fuit, ut præcedentis puræ obligationis interesse, uelut incertum liquidaret. Idq; ex Venul.[b] sententia receptum est. In huiusmodi (inquit) stipulationibus, quæ quanti ea res est, promissionem habent, commodius est certam summam cōprehendere, quoniam plerunque difficilis probatio est, quanti cuiusque intersit, & ad exiguam summam deducitur. Intelligit Venul. deduci à iudice, nam ubi obligationis initio à contrahētibus, interesse expressum non
3 est, id iudici committitur[c]. † Præterea actum alioqui inutilem ualidat: ueluti cùm alteri stipulari nemo possit[d], cùm alius pro alio daturum facturum'ue non soluturum promittens, non obligetur, cùm de se quenque promittere oporteat[e]. Nam ut Celsus[f] ait: Possum utiliter à te stipulari, Nomine Titij te mihi soluturū spondes? Neque enim hoc simile est illi, Te daturum? Sed ex ea stipulatione, dum interest mea, agere te cum possum. Tamen si pœna adijcitur, committitur stipulatio, si ita factum non sit, ut comprehensum est[g]. Contra me facit, quòd pœna non committatur

a. §. non solum. Inst. de uerb. oblig.

b. l. fi. ff de præto. stip.

c. l. iij. in fi. C. de inut. stip.

d. §. si quis alij Inst. eo. l. stipulatio ista. § alteri ff. de uerb. obl.

e l. inter stipulantem. ff eo.

f. l xcvij. §. j. eod.

g. §. alteri §. uice uersa. Inst. de inut. sti.

mittatur, si actus cui interponitur, inutilis sit. Quod Bar.[h] ex ea municipali lege comprobat, quæ eum multat, qui nobili actionem cesserit. De cessiõe enim ritè facta intelligit[i]. Quod uerum est in pœnis legalibus, secus in conuẽtionalibus, in quibus tametsi actus inutilis sit, pœna committitur. Vt cùm arbitrorum sententiæ, uel trãsactioni stare nemo cogatur, pœna compromisso[k], uel transactio
4 ni adijcienda est[l]. † Quæ pœnæ adiectio tantùm operatur, ut etiam si alioqui nihil intersit, peti possit: ut Vlpiani[m] resp. & Imp. constit.[n] comprobatum est. Planè (inquit) si quis uelit hoc facere, pœnam stipulari conueniet, ut nisi ita factum sit, ut comprehensum est, committatur pœnæ stipulatio, ei cuius nihil interest, Papin.[o] contr. Seruus ea lege uenit, inquit, ne in Italia esset, quòd si aliter factum esset, conuenit circa stipulationem, ut pœnã præstaret emptor. Vix est ut eo nomine uindictæ ratione uenditor agere possit, acturus utiliter, si nõ seruata lege, in pœnam quam alij promisit, inciderit. Sed codices qui habẽt, *circa*, corrupti sunt, legendum enim est, *citra*, ut in emendationibus legitur. Annuere uolens Pap. propositæ conuentioni, citra stipulationem pœnalem stare, neminem cogendum esse[p]. Atque ita Modest.[q] interpretabimur. Cùm pœna ex compromisso (inquit) petitur, is qui compromisit, dãnandus est. Nec interest, an aduersarij eius intersit, sententiæ arbitri stare, nec ne. Hoc uerum intelligas, si per stipulationẽ, pœna comprehensa sit. Iul.[r] tamen contrà, Si cum fideiussore compromisit, inquit, & à reo petatur: nisi intersit fideiussoris (pœna) non committitur. Sed multùm refert, utrùm contra eum qui pœnam stipulatus est, uel contra alium, secus actum sit, quàm conuentum est. Nam si contra alium, tunc is qui pœnam stipulatus est, non aliter ad pœnam agere poterit, quàm si sua intersit[s]. Et secundùm ea, quæ hactenus proposita sunt, Bar.[t] interpretabimur. Quærit enim, an ex pacto agi possit, si Titio dari promittatur. Et respon. posse, si intersit, alioqui minimè. Nisi intelligas, pœnalis stipulatio adijciatur, nam tunc etiamsi non intersit, ad pœnam agi poterit. Paul.[u] contrà, Si quis, inquit, in ius uocatus non ierit, si nihil interest actoris, eo tempore in ius aduersarium uenisse, pœnam remittet prætor. Sed in iudicialibus pœnis hoc nõ immeritò speciale est, quòd in inuitum initio contrahantur. Videamus tamen, ne etiam si initio, partiũ consensũ contrahatur, pœna non cõmittatur, si contrà factum sit. Puta seruum hac lege uendidisse, ne manumittatur, & si secus factum sit, euincatur: fauet ratio, inquit Pap.[u] ut iure nõ teneat stipulatio, si ut non manumitteretur, exceptum est. Sed obstat Pap. Imp. respons.[x] dum ait, Ea quidem mancipia, quorum uenditio eam legẽ accepit, ne ad libertatem perducantur: etiã si manumittantur, nancisci libertatem non possunt. Neq; enim eius conditio, quæ personæ eius cohæsit, mutari facto eius, qui ea lege comparauit, potest. Addo rationem ex eodem[y], forsitan enim multùm intererat, ne manumitteretur. Quò fit, ut ubi nihil interesse possit, Pap. resp. procedat: quòd si intersit, Imp. const. locum obtinet[z], qui cùm legem à contrahentibus latam, nulla libertatis ratione habita, seruandam esse statuat, nostræ nimirùm sentẽtiæ initio adstipulari uidetur, sed quod tandem addit, impugnat: Nec tamen, inquit, pœnæ exactio, si qua addita est cõditioni non seruatæ, iustam exigendi tribuit causam. Sis attentus beneuole Lector, nam etsi mei instituti esset, hũc iuris apicẽ, unà cum alijs, separatim à nostra Epitome pertractare, tamẽ cùm occasio & locus ualde accõmodus sese offerat, & frequẽtissimus sit, exactissimè interpretandum operæpre-
5 cium esse duxi. † Quare uidendũ est, an alienatione alicuius rei, sub pœna prohibita, comitatur pœna, si res alienata sit. Bar.[a] quæstionem attigit, sed admodùm leuiter: ait enim secundũ Accurs.[b] non incidere in pœnam, quia alienatio non ualet[c]. Sed secundùm alias glo. & doctores, incidit in pœnã, quia alienatio ualet. Ego uerò lõgè secus iudico, atq; ipse Bar. cẽset. Nam siue de pura & simplici alienationis

h. l. viij. § ij. num. 4. ff. de bo. pos. cõtra tab. & l. v. § ij. de le. præ.
i. Bar. l. ij. § si seruus. cũ addit. nu. 4. ff. de pecul.
k. l. ij. ff. de recep. arb.
l. l. ubi. C. de transact.
m. l. stipulatio ista. § alteri. ff. de uer. obl.
n. § alteri. inst. de inut. stip.
o. l. seruus. ff. de ser. expor.
p. d. § alteri.
q. l. cùm pœna. ff. de arbit.
r. l. aduersus. ff. de arbit.
s. l. si duo. ff. de arbitr. Bar. l. cũ pœna. eo.
t. l. j. nu. 4. ff. de pact.
t. l. ij. ff. si quis in ius uoc. nõ ierit. l. & si post tres. ff. si quis caut.
u. l. si uenditor. ff. de ser. exp. l. lvj. ff. de cõtrah. empt.
x. l. pœnul. C. si manc. ita fue. alie.
y. l. fi. C. de pa. inter emp.
z. l. si sterilis. § quãuis. ff. de act. emp.
a. l. seruo lega. to. § j. nu. 2. de leg. j.
b. glo. d. § j.
c. d. l. pen.

tionis prohibitione loquamur, siue de ea quæ sub pœna prohibita est, alienationem ualere censemus. De pura, aliquando ambigendum esse non uidetur, Imper.[d] enim sic rescri-
» psit, Res quæ subiacent restitutio-
» ni, prohibentur alienari, uel obliga-
» ri, &c. At uerò ubi pœna adijcitur, hoc opus, hic labor est. Sed dicendum uidetur, quòd præstando pœnam, liberatus sit is, qui sub pœna a-
6 lienare prohibitus est.† Nam licet stipulatio non ualeat, si in arbitrium promittentis conferatur[e], tamen si pœnalis sit, secus est, promittentis enim tunc electio est. sic enim nos
» docet Vlp.[f] Vbi quid (inquit) fieri
» stipulamur, si non fuerit factum, pe-
» cuniã dari oportere. Eiusdem extat aliud perelegans & ualde singulare,
» in hanc sententiam responsum[g]. Si
» res in dotem datæ fuerint, quamuis
» æstimatæ, &c. Nam, inquit, cùm illa,
» aut illa res promittitur, rei electio
» est[h], utram præstet. Sic & Sceuola[i]
» ait, Non utique ea quæ tacitè insunt
» stipulatiõibus, semper in rei esse po-
» testate, sed quid debeat, esse in eius
» arbitrio[k]. Quia adiectione pœnę, stipulatio non censetur nouata. Atq;
» ita Paul.[l] interpretandus est: Si ita
» stipulatus sum, inquit, à te, Si fundũ
» non dederis, cẽtum mihi dare spon-
» des. Sola centum in stipulatione
» sunt (Intelligas, Si fundum non de-
» deris) in exolutione, fundus. Sed si
» nauem fieri stipulatus sim: & si non
» feceris, centum: uidendum utrùm
» duæ stipulationes sint, pura & con-
» ditionalis: & existens sequens con-
» ditio non tollat priorem, an uerò
» transferat in se, & quasi nouatio pri-
» oris fiat, quod magis est. Intelligas instar habere nouationis, post electionem rei. Tamen in proposita quæstione, propter præcedens pactum, secus respondendum esse censeo. Puta, rem tuam mihi uendidisse hoc pacto, ne alienarem: hoc pactũ, rei affixum est, legem enim dedisti, quam sine te reuocare nequaquam potero[m]. Quòd si adhuc pœnam à me stipulatus sis, si alienauero: non eliditur prius pactum per sequẽtem stipulationem[n]. Sed tu qui à me pœnam stipulatus es, electionẽ habes,

d. auth. res quę C. com. de leg.
e. l. xvij. ff. de uer. ob.
f. l. lxxij. §. Celsus. ff. de uer. oblig.
g. l. plerunq. § si ff. de iure dot.
h no. Bar. l. ubi pactum. nu. 6 C de transac.
i. l. iij ff. de eo quod cer. lo.
k. l. sancimus. C. de fideiuss.
l. l. obligationũ ferè. §. si ita. de act. & ob.
m. l. rescriptũ. §. si pacto. ff. de pact.
n. l. si unus. §. pactus. ff. eo.

an ad rem quam alienam, uel ad pœnam, quam promisi si alienarem, agere uelis[o]. Quia pacta cùm facti sint, stipulationes uerò Iuris[p], unum per aliud non nouatur. Pactum autem fauore stipulatoris appositum esse censetur[q]. Hanc meam solutionem nota diligenter: nam Bart.[r] ab hac antinomia sese cum Accurs. extricare nequiuit. Hinc est, quòd domino qui rem suam in emphyteusim dat, si pœnam adijciat, si pensio non soluatur: poterit nihilomin9 emphyteutã expellere, si nõ soluerit[s]. Quia etiam si non fuerit expressum, tacitè inest pactum, ut pensione non soluta, expelli possit. quo priuilegio per stipulationem pœnalem renũciasse non cẽsetur. Quare quod pacto nominatim cautum est, adinstar habẽs contractus innominati, si non præstetur quod nominatim cautum est, datũ repeti poterit[t]. Ex ijs finẽ huic cõtrouersiæ sic imponito, Aut enim pactum & pœnalis stipulatio contractui inest, & reo contrafaciente, erit electio actoris, utrum malit agere ex pacto, uel ex stipulatione pœnali. Aut solùm pœnalis stipulatio interponitur, & tunc electio rei est, aut præstare pœnã, aut facere quod
7 conuentũ est.† Quarum altero contentus esse debet actor, quia bona fides non patitur, ut duæ causæ lucratiuæ, circa eãdẽ rẽ cõcurrant[u]. Quò fit, ut si quis rẽ & pœnam petat, exceptione repellẽdus sit: iniquum enim est, & rem possidere, & pœnam exigere[x]. Videamus tamen, ne & res & pœna peti possit, Vlp.[y] enim sic scri-
» bit: Furti actio pœnam petit legiti-
» mam, condictio rem ipsam. Ea res fa-
» cit, ut neq; furti actio per condictio-
» nem: neq; condictio per furti actio-
» nem consumatur. Resp. hoc in persecutorijs & pœnis legalibus speciale esse[z], puta in hac actione furti, quæ ad pœnæ persecutionẽ pertinet, condictio uerò & uẽdicatio, ad rei recuperationẽ, qua recepta, nihilominus furti actio salua est: sicut ex diuerso, post solutam furti pœnam, salua est uendicatio & condictio[a]. At uerò idem Vlpian.[b] contrarius sibi uisus
» est: Si pignore (inquit) surrepto, fur-
» ti egerit creditor, & totum quicquid

o. d. §. si pacto l. si pater. §. si mulier. ff. de pact. dot.
p. d. § pactus.
q. Bar. l. penul. num. 10. ff. de transact.
r. l. prædia. nu. 1. ff. de actio. emp.
s. Bar. l. ij nu. 11. 12. C. de iu. emphy.
t. l. j. in fi ff. de rer. per. l. naturalis. §. sed etsi quidẽ. ff. de præs. uer. l. si sterilis. §. si fundum. ff. de act. emp.
u. l. si. C. si mancip. ita fu. ad.
x. l. apud. §. Labeo. ff. de do. excep.
y. l. si pro fure. § j. ff. de con. fur.
z. l. rei communis. ff. man.
a. l. si pignore. §. cum furti. ff. de fur.
b. l. si pignore. ff. de pig. act.

perceperit, debito imputat. Sed hoc
ideò, quòd alioqui creditor, de casu
fortuito non teneatur, modò culpa
uacet: æquum quoque est, ut si hinc
cōmodi aliquid obuenerit, sibi, non
creditori prosit[c]. Nisi ipse debitor, pi
gnus surripuisset: tunc non ambigi=
mus creditorem, & debitum & fur=
ti pœnam petere posse[d]. Commoda=
tarius uero, cuius gratia cùm res cō=
modetur, indistinctè de casu fortui=
to tenebitur, ut si furto surtepta fue=
rit, suo periculo cedat, quò fit ut pœ
nam quoq; furti, sibi acquitat[e]. Idem
in conductore receptum est, non e=
nim cogitur restituere pœnā, quam
ex re locata, furto surrepta consequi
tur[f]. In pœnis uerò conuentionali=
bus, altero contenti esse debemus[g].
Extat in hanc sententiam præclaris=
simū Vlp. resp.[h] Prædia (inquit) mihi
uendidisti, & conuenit, ut aliquid fa
cerem: quòd si non fecissem, pœnam
etiam promisi. Respon. uenditor, an=
tequàm pœnam ex stipulatu petat,
ex uendito agere potest. Si cōsequu
tus fuerit, quantùm pœnæ nomine
stipulatus esset, agentem eum ex sti=
pulatu, doli mali exceptio summo=
uebit. Si ex stipulatu, pœnam conse=
quutus fuerit, ipso iure ex uendito
agere nō poterit, nisi in id quod plu=
ris eius interfuerit[i]. Idem Paul. an=
nuere uisus est: Si ita, inquit, facta
non essent, uiginti dari: non uidetur
res in stipulationem peruenisse, sed
duntaxat pœna[k]. Non enim utriusq;
rei promissionem obligat, ut ea da=
ret, faceret: sed si nō fecisset, pœnam
sufficeret[l]. Atque ita Imp. respons.[m]
interpretabimur, dum ait: Si puel=
lam ea lege uendidisti, ut manumit=
teretur: & si manumissa non esset,
centum aurei præstarentur: non ser=
uata fide, nihilominus eam raptam
ex uestigio seruitutis ad libertatem,
quæ præstari potuit, constitit: nec
pecunia, quasi rupta fide suscepta,
rectè petetur. Videamus tamen, ne
etiam in pœnis conuentionalibus,
utrunque insit, & peti possit. Nam
conductor ob moram pēsionis non
solutæ, non tantummodò expellitur
fundo[n], uerùm etiā ad debitam pen=
sionem conuenitur[o]. Sed hîc nulla
pœna est, cùm nihil decedat ex re cō
ductoris, tantùm enim locator rem
suam & fructus eiusdem repetit. Vi
deamus tamen, ne etiam si pœna in=
sit, utrunque petatur. Nam si facto
compromisso, præstando pœnam li=
beratus sim, non eò minus causa in
iudicio agenda est[p]. Quòd si pro
aduersario meo feratur, iam & pœ=
nam & rem consequitur. Sed hoc
ideò quòd actus agentium, ultra ip=
sorum intentionem nihil operetur,
quem hoc loco ex natura compro=
missi colligimus, quæ est huiuscemo
di, Vt aut præstetur pœna, aut arbi=
trorum sententia exequatur. Hoc ue
rum est, nisi iusiurandum interposi=
tum sit: tunc enim qui reuocare ten=
tauerit, non solùm ad pœnam tene=
tur, & data repetuntur: uerùm etiam
infamia notatur, & actionem amit=
tit[q]. Idem si causa, transactione om=
nibus numeris absoluta & decisa,
quis eam reuocare tentauerit[r]. Sed
8 an † sæpius pœna committi possit, ui
deamus. Et Paul.[s] probat, semel dun
taxat pœnam cōmitti. Sic enim scri=
bit: Semel cōmissa pœna, solui com=
promissum rectius puto dici, nec
amplius posse cōmitti, nisi id actum
sit, ut in singulas causas toties com=
mittatur. Qua de re loco suo pluri=
bus[t]. Hoc tamen unum interim ad=
monendi sumus, ne hæc nostra de
pœnali obligatione disputatio su=
peruacua esse uideatur, ad illas tan=
tùm obligationes pertinere, quæ à le
9 ge prohibitæ non sunt †. Nam ubi
lex obsistit actui, pœnæ adiectio in=
utilis est[u]. Nos uerò hîc de ijs loqui=
mur, quæ à iure non prohibentur.
Quarum cōplures aliæ sunt, de qui=
bus loco suo[x] agemus. Quare unum
tantùm dicam, ac tandem absolutis
ijs obligationū exordijs, quibus ob=
ligationes constant, ad Actiones &
contractuum nominatorum uel in=
nominatorū species perueniemus.
Hoc igitur duntaxat addendum su=
10 perest, quòd † ubi pœnalis stipulatio
actui diuiduo adijcit, si à promitten
te comitatur, omnes stipulatoris hæ
redes agere possunt, cùm alioqui is
solus, in quem stipulatio commissa
est, agere possit. Vt in hac stipulatio=
ne, mihi hærediq; meo habere lice=
re: diuidua est, & meritò is solus qui
prohi=

c Bart. l. si pignore. de pigno. act.
d. d. l. si pignore. uersic. sed quod.
e. l. si. §. sed cū. C. de fur.
f. l. si h. ff. loca.
g. l. si pater. §. j. ff. de pa. dot.
h. l. prædia. ff. de act. emp. ubi no. Bar.
i. l. lucius. ubi Bar. nu. 1. eo.
k. l. duo societatem. ff. pro soc. ubi etiam no. Bar. nu. 1.
l. l. si quis à socio. eod.
m. l. si. C. si mācip. ita fu. al.
n. l. quero. §. j. ff. loca.
o Bar. l. colonus. nu. 3. eo.
p. l. si quis maior. C. de trāsi.
q. l. si quis maior. eod.
r. l. cum proponas. ubi Bar. nu. 3. & l. 57. eod. l. paul. ff. eod.
s. l. si duo. §. j. ff. de arb. it.
t. j. de obligatione uerborum, ad §. Cato.
u. Bar. l. nō dubium. nu. 22. 23. ff. de legi. l. cum. ij. nu. 7. ff. de trans.
x. ad d. §. Cato.

prohibentur habere, aget. Si uerò pœna adiecta sit, etiam ijs qui prohibiti non sunt, actio competit[y]. Idem in pecunia promissa à testatore, si sub pœna promissa sit, nam licet hæc obligatio diuidatur per legem duodecim tabularum: tamen quia nihil prodest, ad pœnam euitandam, partem suam soluere[z]: meritò etiam, si unus ex hæredibus portionē suam ex parte soluerit, nihilominus pœna committitur, donec portio hæredis soluatur[a]. Nam quamdiu aliquid eorum, de quibus nominatim actum est, constat addendum, nihil actum censetur[b]. Hactenus de ijs quibus obligationes perficiuntur: nunc ad Actiones & singulas ipsarum species, paulatim perueniendum est.

y. l. iij. ff. de uer. obl.

z. l. hæredes. §. idem iuris ff. fam. ercis.

a. l. v. §. fi. ff. de uer obl. l. si is qui ducenta. § cùm ita. de reb. dub.

b. l. pe. in fi. C. de ijs quib. ut ind. z.

CAPVT XV.

ACTIONIS ORIGO ET DEFINITIO.

1 POst† leges duodecim tabularū, & Responsa interpretationesq; prudentum, ex quibus Iuris Ciuilis & prætorij obligationes originem sumpserunt[a]: ex eisdem, Actiones compositæ sunt[b]. Quæ formam persequendi ius nostrum, aduersus obligatum continent[c], nam sine actione experiri nemo potest[d]. Sed ne populus prout uellet, illas institueret: & certas & solennes esse uoluerunt, & appellatur hæc pars iuris, LEGIS ACTIONES, hoc est, legitimæ actiones[e], ab Agendo dictæ. Est autem Agere, litem contestari[f]. Vnde iudiciarij actus dicti sunt ij, qui coram iudice proponuntur[g]. Atque hinc Actio, quæ sic ab Imp.[h] & Cels.[i] definita est:

a. l. ij. § hac disputatio. ff. de orig. iur.

b. §. deinde ex ijs. d. l. ij.

2 Actio† nihil aliud est, quàm ius[a] quod sibi[b] debetur[c], in iudicio[d] persequendi[e].

a IVS. Quod ex præcedente legitima tantùm obligatione proficiscitur. Nam naturalis tantùm[k], uel Ciuilis tantùm[l], uel neutra[m], hoc est, ea quæ nominatim legibus interdicta est[n], ius ad producendam actionem non parit: sed obligatio mista, quæ sola ad actiones legitima est, de qua loco suo egimus[o].

3 b SIBI. † Elicimus hîc, ei dumtaxat
actionem cōpetere, cui nominatim,
ex legitima aliqua præcedente obli-
gatione debetur[p], uel cui nomina-
tim experiēdi potestas mādata est[q].
Arguit Accurs.[r] de populari actio-
ne, quæ cuilibet aduersus eum com-
petit, qui nihil sibi debet. Cùm tamē
cuilibet intersit, ut popularis actio
seruetur, qui populare crimen com-
miserit, cuilibet obligatus est, & sic
cuilibet debetur. Puta, si quis Præto-
ris album corruperit, uel terminos
amouerit, populo obligatur[s]: qui ni-
mirùm ius persequendi in iudicio,
4 exceptis mulieribus, habet[t]. † Hinc
inferimus, quandam esse natiuam a-
ctionem, aliam datiuam. Natiua illa
est, quæ ex partium conuētione pro
ficiscitur[u]: datiua, quæ cùm naturali
æquitate aliquid debetur, à Prætore,
in subsidium Iuris Ciuilis, hoc est,
cùm iure ciuili, nulla actio compete-
ret, datur[x], quā utilem appellamus[y].
Vt cùm nulla obligatio præcessit, sed
tantùm subest naturalis. Puta, inter
dominum & seruum, non nisi natu-
ralis obligatio subsistere potest, in-
ter quos nimirum nulla actio nasci-
tur. Si tamen ex peculio serui, aduer-
sus dominum creditores experian-

c. d. l. ij. §. nouissimè.

d. l. si pupil. §. uideamus. ff. de neg. gestis. no. Bar. l. ubi pactum. nu. 8 C. de transac.

e. d. §. deinde.

f. Bart. l. nam & postea. nu. 1. ff de iureiu.

g. Bar. l. illud. nu. 1. C. de sacrosan. ecc.

h. §. j. Inst. de act.

i. l. nihil. ff. de act. & obl.

k. 1. cap. v.

l. 1. cap. vj.

m. 1. cap. vij.

n. l. quemadmodùm. de agri. & cens. lib. xj. C.

o. 1. cap. viij.

p. l. in rem. ff. de rei uen.

q. l. j ff. mand.

r. uer. debetur, d. §. j.

s. l. si quis. de in ius uoc. l. om. ind. l. agraria. de ter. amot.

t. l. mulieri. ff. de pop. act.

u. Bar. l. nam. § fin. nu. 2. ff. de iureiur.

x. Bar. l. iurisg. §. & ideo. ff. de pactis. l. j. nu. 19. C. de iuris & fa. ign. l. cū quis. nu. 23. ff. eod.

y. Bar. l. j nu. 11. 16. 19. C. de act. & ob.

tur, data est domino aduersus seruũ actio, per quam id quod naturaliter sibi à seruo deberi poterat, deduciť[z]. Quæ actio, datiua est, non natiua, tametsi Bart.[a] secus existimauerit, qui in huius actionis differentia, parum
5 sibi constitit[b]. Arguit secundò † Accurs. de actione iniuriarum, quæ neque hæredi, neque in hæredem datur[c]. Atq; ita persequi non possum, quod mihi debetur. Quod uerum est, si ante litem contestatam, is qui iniuriam intulit, decesserit[d].
6 c DEBETVR. † Debere, est aliquid obligatum esse[e], & iuris est[f]. Iuris (inquàm) ciuilis, uel honorarij, hoc est, prætorij[g], qui nimirùm Debitores, appellantur[h], quod ab ipsis inuitis debitum exigatur[i]. Ii uerò quibus debetur, creditores sunt[k].
7 d IVDICIO. † Hinc colligimus iudicium sine actione subsistere non posse[l], ut definitio eidem competat, cui & definitum, & utrunq; conuertatur[m]. Cùm tamen quoddam sit ius, quod petimus in iudicio, quod neque actio, neque accusatio est, me
8 ritò definitio bona non est. † Nam querela inofficiosi testamenti, in iudicio præponitur[n]: & tamen neque actio, neque accusatio est, secundum Accurs.[o] qui primò mouetur, quòd actio uictori prosit. Quasi uerò querela, proponenti prodesse nequeat. Præterea, inquit, actio perpetuò datur, querela nõ utique[p]. Sed cũ nullę sint actiones, quæ certa tẽporis definitione nõ terminẽtur[q]: & inofficiosi querela post annũ nõ cõpetat[r]: meritò nihil obstat, quò minus inter actiones cõnumereť. Tertia eiusdẽ ratio est, quòd nõ petať quid dari, sed ecõtrà, inanis illatio. Quartò (inquit) nõ est accusatio, quia aliquãdo dareť hę redi: sed nõ datur hæredi, ergo nõ est accusatio. Ridicula hęc sanè ratiocinatio est, maximè quòd actiones hęreditariç, nõ tãtũmodò hæredi cõpetãt, uerùm etiã in hæredẽ[s]. Quare nihil obstat, quò minus inofficiosi testamenti querelam, accusationem appellemus. Vt idem sensit Bart.[t] sibi contrarius, semel enim cum Accurs. dixit: Querelam, neque actionem, neq; accusationẽ esse[u], sed medium quoddã, quod iudicis officio com- petat[x]. Mihi uerò uisum est, actionẽ esse. Mouet me, quòd querela, ante aditam hæreditatem non proponatur, cùm ante exhæredatio non ualeat[y]. Est igitur hæredis actus, qui querelam confirmat, cuius aditione cum defuncti creditoribus quasi contrahit[z]. Sed filius, quod ad legitimam attinet, instar habet credito-
• ris,| cùm illa à testatore defraudari non possit[a]. Meritò ista defuncti obligatio, in hæredem transibit, & in ipsum ex quasi contractu ipsius, actio (aduersus Accurs. & Bar.) competit. Atque ita cùm in fraudem ducamur, dum leges deserimus, & interpretum nugas sectamur: rectius faciemus, si in naturam actus, inqui-
9 ramus de legibus. Cùm † igitur propria autoritate actionem suam exercere nemo possit, sed in iudicio proponenda sit[b]: in ijs causis quæ ad forum, leges ac iura pertinent, adea-
10 mus solenni more iudicia[c]. † Hinc est, quòd hæres institutus, iudici testamentũ ostendere tenetur, ut tandem in hęreditatis possessionem mittatur[d]. Propria uerò autoritate possessionem ingredi, siue ex asse, siue ex parte hæres institutus sit, non potest[e], sed ei petenda est[f]. Idem in parte caduca, quæ iure accrescendi, cohæredi competit, illa enim petenda est[g]. Iabol.[h] tamen contrà annuere ui sus est, dum ait, Cùm hæredes instituti sumus, adita hæreditate, omnia iura ad nos transeunt, possessio autem non nisi naturaliter comprehensa sit, ad nos non pertinet. Sed referre existimo, an de successione uniuersali, uel particulari agatur. Si de uniuersali, & nemo sibi hæreditatis controuersiam moneat: hęreditatem propria autoritate adire[i], uel si legatis exhausta hæreditas sit, quartam retinere poterit[k], alioqui minimè.
11 † Particularis successor indistinctè non potest, tametsi de re fauorabili agatur: puta, de legitima, quam filius propria autoritate capere non poterit[l]. Quam distinctionem prorsus necessariã nõ satis animaduertit Bar.[m] dum putat hæredem in re certa institutum, eam propria autoritate capere posse, sicut hæres uniuersalis hæreditatem. Sed non rectam facit illationem,

z. l. dominus. C. quod cum eo.
a d. l. dominus.
b. d. §. nam.
c. l. pœnales. ff. ad le. falc.
d. l. si cũ. §. qui iniuriarũ. ff. quis caut. l. omnes. de ac. & obl.
e. Bar. l. j nu. 3. C. de li. cont.
f. Inst. de oblig. in prin.
g l ius autem el uile. de iustit. & iure.
h. l. pecuniæ uerb. in fi. de uer. sig.
i. l. debitor. eo.
k l. is eut. in fi. de act. & ob.
l. creditores. de uer. sig.
l. l. j. ff de eden.
m. l. j §. dolum. ff de dolo.
n. l. Titia. ff. de inof. test.
o. l posthumus. uer. si quis ex ijs. ff de inof. test.
p. l. si quis filiũ. § penul. C. de inof test.
q. l. in honorarijs ff. de act. & obl.
r. l. j. §. largius. § non solùm. ff. de suc. ed.
s. l. hæreditat. ff. de reg. iur.
t. l j §. j nu. 3. ff de susp tut.
u. d. l nam. §. si minor. nu. 3. ff. de tuetur.
x. Bar. l. posthu mus. §. j nu. 2. ff. de inof. te.
y. Bar. l. j §. si pater. in fi ff. de coniun cũ eman. lib.
z. l. ex maleficio §. hæres. ff. de act. & obl.
a. l. quoniã C. de inof. test.
b l. dotis. C sol. matr.
c. l. iudex. C. de iud.
d l. fi. uers. si mus C. de ed. di. Adr. tol.
e. l. ij. ubi Bart. nu. 3. quæ ut qu. quor pot lib. x. C.
f l. j. ff. n pos hær. pe.
g. l. uni. uers. § sit fructu. ff. de pet. hæ.
h. l. cũ hæred ff. de acq. pos.
i. no Bar. add. l. v. C. de leg.
k. l. j. C. quæ leg.
l. Bar. l. ij nu. 4. C quæ ut qu. quor pot lib. x. C.
m. l. ex fac. nu. 2 ff. ad s. treb. inst.

tionem, nam licet successori uniuersali, ubi nemo hæreditatis controuersiam mouet, hoc ei permissum sit, tamen particulari successori non item. Adeò ut si testator expresserit, uelle bona sua ad Titium peruenire: non propterea propria autoritate ea capere poterit[n], nisi hoc testator exprimat, tunc iure directo relictum censetur, ut probat Bar[o]. in substituto, cui testator ius dedit capiendi sua autoritate, alioqui uerò ei non esset licitum. Sic in re donata obseruādum est, quam si donatarius, propria autoritate inuaserit, prædo est[p]. Nobis enim non licet, rem nostram, ne ab eo quidem, qui eam detinet, propria autoritate reposcere, sed præsidem adire, & libellum eidem porrigere conuenit[q]. Sic & qui debitum negat, iure conueniendus, non ui extorquendus est[r]. Sic creditori, autoritate sua, citra conuentionem, uel iudicis autoritatem, pignus, uel debitum occupare non licet[s]. Sic si quis rem alterius, citra domini iussum cōduxerit, à domino propria autoritate expelli non potest, sed à iudice defenditur, secundùm Imp. const.[t] quam malè intellexit Bar.[u] dum ex ea elicit, fas esse domino, propria autoritate conductorem expellere. Cæterùm licet ex partium conuētione, res debitoris à creditore capi possit: non tamē ipse debitor, ex conuentione capi, & in carceres detineri poterit, cùm seruitutis species sit, secundùm Bar.[x] quem sic intelligo, ut non liceat creditori, debitorem in priuatos carceres conijcere[y], secus si iudicis autoritate, & in
12 carceres publicos. †De pœna autem quæ in inuasorem sancita sit, cùm diuersæ nostrorum sententiæ proponantur, illas hoc ordine conciliabimus. Si quis cadauer in locum suum illatum effuderit, uel eruerit, iniuriarum tenetur, & hoc religionis fauore[z]. At uerò si quis alterius possessionem inuaserit, non solùm eam possidentibus restituere tenetur: uerùm etiam earundem æstimationem præstare compellitur[a]. Atque ita Imper. resp.[b] interpretabimur. Inuasor (inquit) locorum, pœna teneatur legitima, si tamen ui loca eadem inuasisse cōstiterit. Nam si per errorem, aut

n. Comen. cōs. 17.
o. Bar. l. centurio. nu. 27. ff. de uulg.
p. Bar. l. etiam. §. sed quis. nume. 2. 3. ff. de pet. hær.
q. l. ut perfectius. C. de an. except.
r. l. negātes. C. de act. & obl.
s. l. pignoris. C. de pig. act.
t. l. si seruum. C. quod cum eo.
u. d. l. si ser.
x. authen. ind. nume. 2. C. de act. & obl.
y. l. 1. C. de priua. car.
z. l. offa. ff. de relig.
a. l. si quis in tantam. in fi. C. unde ui.
b. l. v. eod.

incuriam domini, loca ab alijs possessa sint, sine pœna possessio restitui debet. Porrò, si quis cùm ius in re haberet, propria autoritate possessionē nanciscatur, prædo est[c], quam retinere non potest[d]: cùm ius quod in re haberet, amiserit[e]. Exemplum proponit Imp.[f] in legatario, cui in rebus quas subtraxit, actionem denegat. Amplius addēdum est, non tantùm ius rei surreptæ amittere, uerū etiam & quandoq; in quadruplum puniendum esse eum, qui ius suum autoritate propria persequitur. Veluti, si creditor autoritate propria, aliud quàm conuētum esset, exegerit, actionem amittit, totum ipsum, & quadruplū restituere tenebitur[g]. Sic si facta cessione bonorum, cùm creditores, bona, propria autoritate retinere nequeant[h], si retineant, ius quod in re
13 habent, amittunt. Sed †uideamus, an ius tantùm illius partis, quam quis propria autoritate subtraxerit, amittat, an uerò ius integrum quod haberet? Et probat Imp.[i] ius tantùm illius partis quam subtraxerit, amittere, Paul.[k] idem probat. Sed nouissimo iure, hæc sententia correcta est, uniuerso enim iure suo priuatur, qui partem inuaserit[l]. Intelligo priuari uniuerso illo iure indiuiduo, puta, Si creditor cui centum debebātur, decem huius debiti nomine à debitore inuito reposcat, illa centum amittit. Quòd si alio iure, alia'ue ex causa, quid sibi ab eodem deberetur, id
14 non amittit[m]. † Cæterùm quod amittit, non fisco, sed domino priori acquiritur, ut Imp. rescripsit[n], Si quis (inquit) dum solo cōmonitorio suffragio nititur, bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac uiolentiæ retinebitur, ac in statum pristinum possessio reducetur. At uerò cùm mihi exploratissimum sit, quantùm plerique iudices, magis potius auaritia, uel uindicta, quàm Reip. tranquillitatis gratia, crudeliter in eum, bona ue ipsius sæuiant, qui ad ius suum tuendum, citra iudicis autoritatem, aliquid aggressus fuerit, utq; etiam nimiam audaciam licentiam comprimam: uisum mihi est faciendum, pe-
15 culiares locos recensere, † in quibus sine iudicis autoritate, cuilibet experiundi

c. l. si ex stipul. ff. de acq. pos.
d. l. nec. C. eod.
e. l. extat. ff. qu. me. cau. auth. item. C. de sepul. uiol.
f. l. v. C. de legatis.
g. auth. sed C. ne uxor pro mar.
h. l. legis Iul. & ibi Bartol. C. qui bon. ced. pos.
i. l. v. C. de lega.
k. l. Paul. ff. ad Treb.
l. § sancimus. auth. de lege falc.
m. l. qui uas. in pr. ff. de fur. Bar. l. si quis. nu. 2. C. ad le. Iul. de ui pub.
n. l. 1. in fi. C. de suffrag.

prior pura ſtipulatio, cenſeatur per ſecundam conditionalem nouata[b]. Sed ſecunda ſtipulatio eſt inutilis, propter conditionem impoſſibilem, meritò utraque uitiatur? Reſpon.[c] Prior non cenſetur nouata per ſecundam inutilem[c]. Niſi quādo quis id quod ſibi debetur, à pupillo ſine tutoris autoritate ſtipulatus fuerit, Nam licet non ualeat, prior tamen obligatio tollitur[d]. Ex ijs regulam cum quinque exceptionibus elicere poſſumus. Regula eſt, Impoſſibilis conditio contractum uitiat. Primò limitatur, ſi conditio ab ſtipulatione diſiuncta ſit[e]. Deinde, niſi conditio impoſſibilis negatiua fuerit[f]. Tertiò, niſi conditio impoſſibilis in ſtipulatiōe dotis interpoſita ſit, nam licet conditio uitietur, tamen ſtipulationem non uitiat[g]. Quartò, uerba ſuperflua, quæ nihil ad actum pertinēt,
15 obligationem non uitiant[h]. †Incertitudo autem contractum uitiat. Cùm enim in uerbis nulla eſt dubitatio, nō debet admitti uoluntatis quæſtio[k]. Si qua autem uerba incerta fuerint, actum uitiant[k]. Vt ſi quis inſulam fieri ſtipuletur, & locus incertus ſit[l], uel ſi quis incertum hominem ſtipuletur[m]. Vlp.[n] contrà, Sed is intelligit, promittentem plures homines habuiſſe. Atque ita non uitiatur ſtipulatio, ſi quis hominem ſtipuletur[o]. Quemadmodùm non uitiabitur, ſi incertitudo ad certum locum referatur[p]. Præterea qui à muliere dotem incertam ſtipulatur, actionem non habet[q]. Pap.[r] contrà. Sed fauore dotis receptum eſt, ut ex ſtipulatione incerta agi poſſit. Tertiò, dies in ſtipulatione omiſſus, totam ſtipulationem uitiat: ut ſi ſtipulatus ſim, te ſiſti in certo loco, & niſi ſtiteris, pœnam dares: cùm id agatur, ut certo die ſiſtas, imperfecta erit ſtipulatio[s]: ſic in nunciatione noui operis, dies & hora neceſſariò exprimenda eſt[t]. Sic in reſcriptis[u], Sic in omnibus inſtrumentis, cùm annus imperij exprimatur[x]. Cont. dies incertus non uitiat ſtipulationem, ſed iuuatur autoritate legis, ut præſenti die debeatur[y]. Vt ſi dictum ſit, Vt hoc faciam in diebus non uitiatur ſtipulatio, ſed infra biduum faciendum eſt. Aut ſi Lutetiæ aliquid dari ſtipulatus ſim, ineſt tempus[z]. Quod autem accipi debeat, quæritur. Et magis eſt, ut totam eam rem, ad iudicem remittamus[a]. In criminalibus quoque iudicijs, dies commiſſi delicti omiſſus, non uitiat iudicium[b]. Reſpon. quando dies eſt de ſubſtantia actus, ſi omittatur, neque Legis interpretatione iuuetur, actum uitiat, alioqui minimè. Vt in hac ſtipulatione, Rem ratam haberi, Iudicatum ſolui: tametſi incertam quantitatem cōtineat, non uitiabitur, quia prætoris autoritate iuuatur[c]. Sic pœnalis ſtipulatio non uitiatur, ſi incerta ſit[d]. Et quatenus ſua intereſt, agere poterit[e]. In legatis uerò, incertitudo uitiatur, ſi circa perſonam, cui legatum eſt, uerſetur[f]. Caius[g] contrà: Si quis (inquit) ex hæredibus cæteriſq; amicis, quorum hoc teſtamento mentionem habui, ſiue quis alius reſtitutionem mihi impetrauerit, &c. Elicitur ex uerſ. Siue quis alius, quòd legatum etiam incertæ perſonæ relictum, ualet. Tu dicito, ibi diſpoſitionem conditionalem eſſe, quæ à primo adimplente certior redditur[h]. At ſi pura diſpoſitio eſſet, ut, lego Titio decem, & duo eſſent Titij, relictum propter incertitudinem uitiaretur[i], quia in corpore erratur. Atq; hinc rectè colligimus, relictum incognito ualere, modò de perſona ipſius alioqui conſtiterit[k]. Sed & tametſi de certa perſona non conſtet, fauore piæ cauſæ relictum defendemus, ut ſi pauperibus legatum ſit[l]. At ſi legatarias, onere fideicōmiſſi, tacito nomine grauatus ſit, non eo nomine fideicommiſſum uitiatur, ſed tacitè ineſt, hæredi reſtituendum eſſe[m]. Hæc quod attinet circa incertitudinem perſonæ, cui relictum eſt. De incertitudine rei legatæ, Vlp.[n] ſic ſcripſit: Legato generaliter relicto, ueluti homine, id obſeruādum eſt, ne optimus uel peſſimus accipiatur. Annuere uolens hoc loco, legatarij electionem eſſe[o]. Quod uerum eſt, niſi de re ipſius teſtatoris agatur. Quid enim ſi teſtator, cùm plures Stichos haberet, Stichum legauerit, eo nomine non uitiatur legatum, ita tamen ut non legatarij, ſed
16 hęredis electio ſit[p]. † Sic actus ambigui

b. l. obligationum ferè §. ſi. de uer. ob. §. preterea. quib. mo. ſol. obl.
c. l. ſi cùm dolū §. ſi mulier. ff ſol. mat. an not. lib. iiij. queſt. cap. xj num. v.
d. § preterea. inſt. qui. mo. ſol. obl.
e. d. l. ſi ita.
f. d. §. ſi impoſſibilis.
g. l. j. uerſ. eodē C. de rei uxo. act.
h. l. que extrinſecus. de uer. obl.
i. l. ille aut ille. de leg. iij.
k. §. ſi de alia. inſt. de inuti. ſtip.
l. l. qui inſulā. de uer. obl.
m. l. continuus. §. j. eod.
n. l. in executione. § pro parte. ff. de uerb. obl.
o. l. ſi in emptione. de cōtrah. emp.
p. l. ſi mihi & ti. §. j. de uer. obl.
q. l. j. C. de dot. promiſ.
r. l. cùm poſt. §. gener. ff. de iu. dot.
s. l. ita ſtipulatus. de uer. o.
t. l. aut. §. j ff. quod ui aut clam.
u. l. ſi qua. C. de di. reſcr.
x. §. imperij. auth. ut præ. no imp.
y. l. cū qui. § ſi. de uer. obl. §. omnes. inſt. e.
z. l. in Iticere. de uerb. ſign. Bal. l. ij. C. cō mod.
a. l. j ff. de iure delib. l. continuus. §. cū ita de uer. ob. d. l. in itinere.
b. l. libellorum. §. & generaliter. ff. de accuſ.
c. l. ij. §. incertā de præt. ſtip. C. de ſen. quæ ſine cer. quā.
d. l. v. § ſi. de uer. ob.
e. l. ſi pœnā. eo.
f. §. incertis. inſtit. de lega. l. iij. §. ſi quis duobus. de adi. leg.
g. l quidem in reb. dub.
h. l. ſi ſeruus legatus. §. huiuſmodi. de leg. j.
i. l. cùm ex pluribus. de ma. teſt. l. ſi quis ſeruū. §. ſi ter. de leg. ij. & l. duo ſunt ff de teſt. tut. l. ſi quis de pl. de reb. dub.
k. l. extraneum C. de hæ. inſt.
l. l. id quod. C. de ep. & cle.
m. l. qui pecuniam. de ſtat. lib.
n. l. legata. ff. de leg. j.
o. §. ſi generaliter. Inſtit. de lega.
p. l. ſi quis à filio. § pen. de leg. j. de quibus amplius. Bar l. v j. nu. 3. de re. dub.

gui interpretandi sunt, ut potius ualeant, quàm pereant[q]. Patet in stipulationibus, in quibus si ambigua oratio fuerit, id accipiendum est, quò res de qua agitur, in tuto sit.[r] Sic uerba ambigua contractus emptionis, ipsum non uitiant[s]. Hinc est, quòd cùm in ipsa propria uerborum figura uerificari non possunt, uerificantur & seruantur per subauditionem uerbi, quondam[t]. Puta, cùm quidam seruus hæres institutus esset, qui status sui ignorans, pecunias defuncti exegit, debitores qui eidem soluerant, liberati sunt[u], si ignorent dominum decessisse. Sed cùm defunctus nihil habeat, nõ potest dici pecunia defuncti, mors enim omnia soluit[x]. Meritò subintelligimus, Quondam, qui defunctus est[y]. Sic si pecunia mea ad te peruenerit, æquum est, ut eam mihi reddas[z]. Intelligimus pecuniam meam, hoc est, mihi debitã. In contractibus igitur uerba quæ non possunt intelligi secũdum propriam significationem, impropriãda sunt, ut actus ualeat[a].

17 † Eaq; in stipulationibus contra stipulantem[b], & secundum promittentem interpretamur[c], quia incũbebat stipulatori uerba latè concipere[d]. Vt si ab eo qui plures fundos Tusculanos habebat, fundum Tusculanum stipulatus sim: is debetur, quem promissor dare uoluerit[e]. Sic si quis hominem Stichum aut decem stipuletur, promissoris erit electio[f]. Sic in contractu emptionis, uerba ambigua aduersus eum, qui ea protulit, interpretantur[g], & electio erit uenditoris, si ab emptore uerba ambigua prolata sint[h]: uel emptoris, si à uenditore[i]. Sibi enim imputet, qui potuit legem apertius dicere[k]. Contrà in ambiguis orationibus, maximè sententia sequenda eius est, qui eam protulit[l]. Respõ. hoc procedit in eo, qui leges sancit[m]. Insto secundò, quòd etiam in stipulationibus, uerba ambigua ab eo interpretanda sint, qui ea protulit[n]. Respon. quando in stipulatione apponitur uniuersalis particula, puta, Quicquid, & ad rem certam referri potest, ab stipulatore interpretanda est[o]. Stipulatio præterea iudicialis ambigua, ab stipulatore, tametsi eam protulerit, interpretanda est[p]. Sic in ultimis uolũtatibus, in quibus cùm plenius uoluntatem testantis interpretemur[q]: uerba ambigua ab ipso prolata, in eius fauorem interpretabimur[r]. Vt si quid in foro fieri uoluerit, in eius municipij foro faciendum est[s]. In fauorem quoque hæredis, ambigua uerba interpretanda sunt[t]. Vt si hæres damnatus sit, tantùm alteri dare, quantùm unus ex hæredibus consequutus sit, & inæquales hæredum partes fuerint, hæres minimam partem præstando liberatur[u]. Quum etiam in alternatiua summarum, quod minus est, inspiciendum sit: in alternatiua uerò temporum, quod est longius[x]. Tametsi tacitè quædam rei legatæ insint, ut si uinum, uel penus legata sit, etiam uasa debentur[y]. Quòd si ex contractu deberentur, secus esset[z], nisi obstet consuetudo.

em, uel conditionem, ueluti emancipatio[c], acceptilatio[d] hæ-

q. l. quoties in actionibus. l. ubi. ff. de reb. dub. l. quæ extrinsecus. §. sed. de uer. ob. not. Bart. l. 8., nu. 1. ff. qui satisd. cog. idẽ l. xl. ff. de pactis.
r. l. quoties in stipu. de uer. oblig.
s l. pe. de con. empt.
t. l. fi. C. re. amo. l. si maritus. C. de coll. gl. institie. l. apud. §. fi. ff. ad trebel.
u. l. j. ff. si cer. pet.
x. §. soluitur. Inst. pro soc.
y. l. utro atque uxore. ff sol. matr.
z. l. si & me. in fi. ff. si cer. pe.
a. l. insulam. de præs. uer. l. tenetur. §. j. de act. emp.
b. l. stipulatio ista. §. in stip. de uer. obl. l. xvj. §. j. ff. de ser. urb. præ.
c. l. si ita stipulatus fuero de eẽ. de uer. ob.
d. l. quicquid. eod.
e. l. qui ex pluribus. eod.
f. §. huic autẽ. Inst. de act.
g. l. labeo. l. cũ in lege. ff. de contr. emp.
h. l. si ita. eod.
i. l. si in emptione. cũ § fi. eod.
k. l. labeo. l. ueter. ff. de pac. l. in cõtrahenda. de re. iur.
l. l. in ãbiguis. de reg. iur.

m. l. fi. C. de legib. l. non aliter. de leg. iij.
n. l. si mihi & T. §. j. l. inter. § si stichum. de uer. ob.
o. d. §. si stichũ.
p. d. §. si stichũ. l. si quis intentione ff de in dic. ubi Bart.
q. l. in testamentis. de reg. iu.
r. l. non aliter. de leg. iij.
s. l. quæ conditio. §. si ita. de con. & dem.
t. l. qui pecuniam. l. ita liber. l. labeo. ff de statuli.
u. l. qui concubinam. §. j de le. iij. no. Bar. l. xiiij. nu 5. de legat. j. l. xxxij. §. j. l. xxxvij. eo. l. iiij. §. si ita. l. xlj. §. scio. cũ addit. l. xlix. nu 5. l. lxxuij. l. lxxvij. §. fi. l. lxxxv. §. si cui l. cxj. §. ij. eod. idẽ Bar. l. xj § j. nu. 2. de leg ij. & l. xxiij. l. xliiij. § fi. l. lxix nu. 4. l. lxxviij. uarijs. nu. , eod. de leg. ij. idẽ l. xxj. de usuf. le. et l ij. & l xviij de opt. leg l uij. nu. 2. 3 de tri ti. leg.
x. l. si ita stipulatus fuero de eẽ. de uer. ob.
y. l. si cui. §. si uinum. ff. de ui. oleo leg l. qui ser §. qui uasa ff. de pe. leg.

18 c EMANCIPATIO. † Imò ualere conditionem emancipationis, ex Imperatore[a] colligimus, dum ait: Si mater (inquit) uos sub conditione emancipationis hæredes instituit, & prius quàm uoluntati defunctæ pareretur, pater defunctus est, patria potestate liberatus, ius adeundæ hæreditatis quæsiisti[b]. Sed intelligit Pap. emancipationem, nullam conditionem admittere: ac si diceret, duo opposita, non posse subsistere in eodem subiecto. Nam sui iuris, & in alterius potestate esse nemo potest. Quo fit, ut si à patre sub conditione filius emancipatus sit: non eo nomine patria potestas soluitur: quæ si extiterit, secus, tunc enim patria potestate liberatur.

19 d ACCEPTILATIO. † Cùm res eodem iure dissolui debeat, quo soluta fuit[c]: non potest conditionalis acceptilatio, priorem puram stipulationem, pendente conditione elidere, sic enim iste Pap. locus interpretandus est.

z. l. j. cum seq. ff. de peric. & com.
a. l. iij. C. de instit. & subst.
b. l. fi. de cond. quæ sub mo. l. filijs. de inof. test. l. j. § idem. ff. d. act. & obl. l. si stipuler. de uer. obl.
c. l. nihil. ff. de reg. iur

HÆRI

20 e HÆREDITATIS aditio. † Hæreditas ex die, uel ad diem non rectè datur.[d] Modest.[e] contrà. In tempus, inquit, capiendæ hæreditatis institui hæredem posse, beneuolentiæ est. Cuius respon. secūdum Bar.[f] in die certa interpretandum
reditatis aditio[e], serui optio, da-
est. Nos uerò dicamus, nihil referre, utrùm dies certa uel incerta fuerit, & utroque casu die sublata, institutionem puram manere[g], & bò. poss. agnoscere, & tanquā hæres hæreditatem distrahere posse[h]. Ita tamen si alteriùs non intersit, quid enim si ab hærede legatum relictum sit, cùm T. morietur, antè peti non poterit[i], & conditionale est[k]. Sed & miles ex certo tempore & ad certum tempus indistinctè hæredem instituere potest[l]. Addit Pap. non tantùm in diem hæreditatis aditionem uitiari, uerùm etiam si conditio adiecta sit[m]. In legatis tamen secus est, diem enim & conditionem admittunt[n]. Verùm si in diem sit, in hæredem suum transmittit. sub conditione uerò, antequàm existat, non utique[o]. Pap. igitur hìc non de legatis, sed de hæreditatis aditione loquitur, quam conditionem non recipere respondet. Vt si quis ita dixerit, si soluendo hæreditas sit, adeo hæreditatem, nulla aditio est[p]. Sic si ita scripserit testator, Quantā ex parte Titium hæredē institutum recitassem, ex ea parte Sempronius mihi hæres esto: nullo recitato testamento, ab ipso testatore inanis uidetur institutio[q]. Secus si inter eosdem hæredes agatur. Veluti, si hæredes ita instituerit, *Ex partibus, quas adscripsero*: uel, *Si eis partes adscripsero*. Si partes non constent, non uitiatur institutio, sed ex æquis partibus hæredes existunt[r]. Sic qui ita hæres institutus est, si decem dederit: non eò uitiatur institutio, sed differtur, donec conditionem adimpleuerit[s]. si in mora fueris, tunc uerum est, hæredis institutionem, propter defectū
21 cōditionis uitiari. † Ita tamen si conditio possibilis existat, alioqui minimè. In ultimis enim uolūtatibus impossibilis conditio in testamēto scripta, pro nulla habetur[t]: ut si natura impossibilis sit[u]. Incerta præterea hæredis instituti conditio uitiatur, sed hæredis institutionem non uitiat[x]. Nam quæ in testamento scripta sunt, si non intelligantur, perinde habentur, ac si scripta non essent, reliqua autem firma manent[y]. Idem si aliqua superflua sint[z]. Impossibilis quoque conditio in hæredem apposita uitiatur, sed hęredis institutionem non uitiat[a]. Minus quoque turpis & inepta[b]. Puta, inepta testatoris uoluntas est, si uestes & alia superuacua, in funus impendi iusserit[c]. Si hæreditatem alieri restituturum iurare iusserit[d]. Si supellectilia in mari proijciat[e]. Sic si conditio contra bonos mores fuerit, ueluti, si patrem suum ab hostibus non redemerit, Si parentibus suis alimenta non præstiterit[f], si diuortium fecerit[g], si non nupserit[h], nisi in uidua[i]. Sic si derisoria fuerit: ut si indecorum nomē sibi assumpserit[k]. Sic si contra legem[l], uel in fraudem legis conditio apposita sit: ut si quis hac conditione hæres instituatur, si legis falc. beneficium omittat[m]. Nam licet hæres remittere possit[n], tamen testator non potest[o]. Igitur ijs conditionibus hæres institutus, licet conditionem non impleat, non tamen ab eo, utpote indigno, hæreditas auferenda est[p], & fidei commissum præstabitur[q]. Contrà, cùm conditiones denotent nudum ministerium facti, in forma specifica implendæ sunt, alioqui relictum amittitur[r]. Respon. hoc uerum est, si turpitudinem, uel difficultatem non contineat, Nam tunc conditio uitiatur, sed testamentum non uitiat.[s] Insto secundò, quæ contra legis prohibitionem testamento accedunt, infirmant testamentum[t]. Respon. licet stricto iure conditiones contra formam legis, totum actum uitient. Tamen fauore ultimarum uoluntatum prætor in testamentis eas remittit[u]. Insto tertiò, iurisiurandi conditio in testamento apposita non remittitur, sed omnino præstandum est[x]. Vt si

d. l. hæreditas. ff. de hær. instit. §. hæres. Inst. eo. Bar. l. iij. num. 3 ff. de cond. inst.
e. l. in tempore. eo. l. sed & si. ff. ad treb.
f. l. extraneum. C de hær. institu. amplius not. Bart l. ij. §. j. ff. de bo. pos. secū. tab. l. v. § j. & l. vj eod.
g. d. l. hæreditas.
h. l si quis insti tuatur. ff. de hær. inst.
i. l. hæres. ff de con. & dem.
k. l. iiij ff. quā. di. leg. ced.
l. l quærebatur. in fi. l miles. ij. §. & quod. ff. de mi lit. test. § sed. inst. eo.
m. Alc. l. centurio. nu. 7. ff. de uulg.
n. Bar d. l. extraneū in fi.
o. d. l. iiij.
p. l. eum qui. §. fi. ff. de acqu. hær.
q. l. clemens ff. de hær. inst.
r. l ij. ff. de eod.
s. l. iij. & l si quis Sempronium. eo. l j. §. sed &. ff. ad treb.
t. l. obtinuit ff. de con & de. l. ab omnibus. §. j. de leg. j l. mulier de cō. inst. § impossibilis. inst. de hær. inst. no. Bar. l. j nu. 5. ff de cō inst.
u. l. cùm in secundo § fi. de inst. rup.

x. l. pen. C de inst. & subst. l. seruū meū. §. j. l. si quis ita. ff. de hæ. instit.
y. l. ij. ff. de his quæ pro non scrip.
z. l. testamētū. C. de testa.
a. l. si quis ita. ff. de cō. inst. l. obtinuit. l. in testamēto. ff. de con. & demon.
b. l facta. §. si sub conditione. ff. ad treb. l. xx. de con. & dem.
c. l. seruo alieno. §. fi. de legat. j.
d. l. quæ sub cō. ff de cō. & d.
e. l. quidā. eo.
f. l. cōditiones. j. eod.
g. l. reprehendenda. C. de inst & subst. l. ij. C. de con. inser.
h. l. ij. C. de indi. uid. tol.
i. auth. cui relictum. eod.
k. l. sed sciendum. §. fi. ad trebel.
l. l. conditiones ij. de cō. inst.
m. l. seius. ff. ad leg. fal.
n. l. fi. eo.
o. l. quod de bonis. §. fin.
p. l. cum oportet. C. de his qui. ut ind. l. fi. §. fin. ff. de his qu. ut. ind. leg.
q. l. quæ sub §. quoties. ff. de cond. inst. l. cùm pater. §. filium matrem. de leg. ij. l. hæc scriptura. de cond. & dem.
r. l. meuius. eod.
s. l. facta. § si sub. ad trebel.
t. l. non dubium. uers. nullū. C de legib. l. j. C. de his quæ poe. no. ubi no. Bar.
u. l. conditiones. j. ij. ff. de con. inst. l. facta. §. quòd si. ff. ad treb. no. Bar. l. lxiij. §. si sub. eo.
x. l. municipibus. de cō. & dē.

libertas

libertas relicta sit, si decem daturum iurauerit, libertas non debetur, nisi se daturum iurauerit[y]. Respon. hæc iurisiurandi conditio, à prætore remittitur[z]. Insto quartò, incertitudinem testamentum uitiare. Vt si ex qua parte hæredem me institueris, te hæredem instituam: hæc hæredis institutio omnino uitiatur[a]. †Licet hæc stipulatio, Si me hæredem non feceris, omnino uitietur[b]. In testamentis secus est, quia omnes turpes & contra legem conditiones in testamento appositæ, à prætore remittuntur[c]. Meritò ambiguum Iuliani[d] respons. sic interpretabimur, ut dicamus improbatas cōditiones, non hæredum institutiones, tametsi Accurs.[e] secus existimauerit. Tamen limitatur, si filiofamil. hærede instituto, illicita, uel probrosa in patrem conditio apposita sit, totum enim testamentum uitiatur[f]. Sanius tamen dicendum uidetur, conditionem solam infirmari, testamentum uerò prætoria humanitate defendi. Limitatur secundò, si conditio à senatu, uel principe improbata sit, testamentum enim infirmat[g]. Sed nec ad certum tempus hæres institui potest, & dies adiectus pro superuacuo habetur[h]. Conditio

22 † quoq; turpis, impossibilis, uel inepta, legato apposita rejicitur, & perinde legatum debetur, ac si nulla apposita conditio esset[i]; ut si dempto itinere, actus legatus sit, inutilis est ademptio[k], quia actus sine itinere esse non potest[l]. Contrà, si legatus fuerit fundus Titio, eidemq; uia per alium fundum: deinde idem fundus fuerit Caio legatus sine uia: si uterq; fundum uendicasset, uia non debetur[m]. R. Licet legato fundo, dēpto itinere, iter nihilominus debeat, quòd tacitè necessariò insit[n], tamen uia nō sic inest[o], magna enim inter actum & uiam differentia est[p]. Insto secundò, si filiosa. sub probrosa conditione, in ignominiam patris, legatum relictum sit, nullius momenti legatum est[q]. Vel si quis quos manumittere non poterat, legauerit ut manumitterentur: nec legatum, nec libertas ualet[r]. Aut si ita legatum relictum sit, ut ancillæ restituere cogeretur: neq; ipse restituere, neq; hæres eidē præ-

y. l. stichus. ff. de sta. lib. l. si quis libertatem. de ma te. l. ut iusiurandi. §. j. de op. lib.
z. l. quæ sub cō ditione. ff. de cōd. inst. not. Bartol. d. §. si sub. num. 1. l. facta. ad treb.
a. l. j. uers. ex qua parte. ff. de his q pro non scrip.
b. l. stipulatio hoc modo. de uer. ob.
c. l. facta. §. si sub cōd. ff ad treb. l. si quis ita. de cond. inst.
d. l. j. uer. quo improbatæ sunt illæ.
e. glo. illæ.
f. l. j. ff. de his quæ pæ. no.
g. l. filius. ff. de cond. inst.
h. l. heres. ff. de her. inst.
i. l. si quis cum. l. dies incertus. ff. de con. & demon. l. sed nec. ff. de usu & hab.
k. l. j. de adi. leg.
l. Inst. de ser. rust.
m. l. si fundum. de ser. leg.
n. d. l. j.
o. d. l. si fun lā.
p. Inst. de ser. rust.
q. l. j ff de his quæ pœno.
r. l. si quis quos. de leg. ij.

stare cogitur[s]. Respon. Iure ciuili huiuscemodi turpes, uel impossibiles conditiones, ultimam uoluntatem, puta, legatum uitiabant. Iure tamen prætorio, cùm sint odiosæ, reprobantur. Maximè quando testator eam sciebat impossibilem, alioqui minimè[t]. Et hinc est,

tio tutoris[f], totū uitiantur, per temporis, uel conditionis adiectio-

quòd non minus legatum debetur, si hæredis institutio inutilis fuerit[u], uel si in nomine erratum sit[x]. Si tamē incertum legatum relictū fuerit, non debetur, tametsi testamentū firmum maneat[y]. Idem in tutela obseruandū est[z]. Prætereà, si testamentum iure perfectum testator in alio testamento imperfecto irritum esse uelit, & intestatus esse malit: hæredum prioris testamenti institutiones iure ualebunt, legata uerò non debentur[a]. Si testator, priusquàm secundum testamentum perfecisset, decesserit: prius quidem testamentum non infirmatur, legata tamen deberi desinunt[b], nisi nominatim à testatore approbata sint[c].

23 § TVTORIS. † Datio tutoris non admittit conditionem. Imper.[d] contrà. Ad certum (inquit) tempus, uel ex certo tempore, uel sub conditione, uel ante hæredis institutionem posse dari tutorem non dubitatur. Intelligo constit. Imper. procedere, in datione tutoris à testatore facta, illa enim tametsi conditionalis non prorsus uitiatur, sed pendente conditione alius interim à iudice subrogatur in locum illius, quem sub conditione dare minimè poterit[e]. De quo puto Pap. uelle hic intelligere, sed dationem tutoris sub conditione à testatore factam non excludit. Quum enim pupillus tutore carere non possit, hoc enim Reipub. interest[f], meritò uitiatur quidē adiectione conditionis, cùm pendente conditione, tutor datus, tutelam non gerat, & alius in locum ipsius sufficiatur[g]: qui tamen existente conditione, tutor esse desinit, & primus sub conditione datus suscipit[h]. Hinc est quòd licet contractus conditionalis

cum

s. l. codicillis. in prin. de legat. ij.
t. l. seruo manumisso. ubi Bar. ff. de cō. inde. & l. ab omnibus. §. j. de leg. j.
u l. cum quidā. ff. de his qui. ut indign. l. si quis eam. de cond. & de.
x. l. iiij. de leg. j.
y. l. si quis de pluribus. de reb. dub.
z. l duo. de testam. tut.
a. l. militis. §. ueteranus. de test.
b. l. ex parte. de adim. leg.
c. l. cancellauerat. ff. de his quæ in te. del.
d. §. ad certum. inst. qui te. tu.
e. l. muto. §. j. ff. de tutel.
f. §. est autem. Inst. eod.
g. l. illud. l. nec. §. fi. ff. de tut. & cur.
h. §. sed & si. insti. de Atil. tut. l. furiosus ff. de tutel.

cum pupillo fiat, tamen tutor purè
autor fieri debet. Nam autoritas nō
conditionaliter, sed purè interpo-
nenda est, ut conditionalis contra-
24 ctus confirmetur[i]. Igitur† actus legi
timi per conditionis appositionem
ideò uitiantur, quòd pendente con-
ditione actus nihil operetur[k]. Vt si
sub conditione tutor datus sit, pen-
dente conditione, iudex alium dare
poterit[l]. Et legatum sub conditione
relictum, legatario ante conditionis
euentum, non acquiritur[m]. Paulus[n]
contrà. Sed hoc in tacitis conditioni
bus, non in expressis. Expressa enim
nocent, non expressa non nocent.
Imò expressæ conditiones non su-
spendunt actum. Nam societas sub
cōditione contrahi potest[o], qua pen
dente, iudicio societatis omnia con
ferri poterunt. Quod uerum putan-
dum est, si nominatim inter contra-
hentes hoc actum sit. At uerò non
25 extra rem quærendum est, † apud
quem relictum conditionale mane-
at. Et certissima est Iuris regula,[p] Pen-
dente conditione, quæ actum sus-
pendit, legatum apud eum manere,
à quo relictum est[p]. Contrà, Qui al-
teri mortis causa donat, uidetur præ
dilexisse legatariū ipsi hæredi[q]. Me-
ritò apud ipsum legatarium potius,
quàm apud hæredem esse debet. Re-
spon. hoc uerum est, nisi inesset con-
ditio, quæ cùm hoc operetur, Vt si
conditio non extiterit, legatum ei ac
quiratur, à quo relictum est (nisi con
ditio impossibilis esset[r].) meritò a-
pud eum interim manere debet, nisi
sub uiduitatis conditione relictum
esset[s], qui cauere non tenetur[t]. Vt si
annua legata ad distribuendum per-
cipere iussus sit[u]. Vel si usufructus
sub conditione relinquatur.[x] Quia
eius fidem testator sequutus esse ui-
detur[y]. Paulus[z] tamen, Vlpianus[a] &
Triphonius[b] magis probant, cautio-
nem exigendam esse. Quorum re-
spon. ad Mutianam cautionem, quæ
in non faciendo consistit[c], referen-
da mihi uidetur. Atque ita Imper.
respon.[d] interpretandum est. Sed ut
tandem ad Pap. certam sedem statua
26 mus†, uidendum est quando condi-
tiones actum uitienr. Actus condi-
tionalis effectus est, ut si ante condi-

i. l. 1 & si ff. de auto. tut.
k. l. legata. de con. & dem.
l. §. sed & si. Instit. de atil. tut.
m. l. ab omnibus. §. j. de cō di. & demō.
n. l. j §. si in an nos. ff ad le. falc.
o. l. j ff pro so.
p. l. si sub con ditiōe ff qui. mo. usus fu. amit. l. quibus. §. quidam. de con. & dem.
q. l. j. C. de do. cau. mor.
r. l si quis eum. ff. de con. & demon.
s. l fi. § j. C. de uid. uid. tol.
t. l. si ff. de usufr. & quē ca.
u. l. diuum. ff si cui plus quā per leg falc.
x. l. fundus ff si usufr. pet.
y l firmio. §. j. ff. quā. di. le. ced.
z. l j § si in an nos ff. ad le. falc.
a. l. j ff. ut leg. no. ca.
b. l. pactum inter hæredem. ff de pact.
c. l. mutianæ. l. is cui sub con ditione. de cō di. & dem. l. seia § j. de do na. cau. mor.
d. l. si in prin. uer. mutianā. C de ind. uid.
e. l. quibus. §. quidā Titio.

tionis euentum, is cui sub conditio-
ne relictum est, decesserit, in suos ni-
hil transmittat[e], cùm legatum uitie-
tur[f]. Vt si ab hærede cùm morietur,
legatum T. relictum sit, & T. uiuo
hærede decesserit, ad hæredes lega-
tarij non pertinet[g], sed acquiritur ei,
à quo relictum est[h]. Sic si Titio cùm
annorum puta, quatuordecim erit,
legatum sit, & is antè decesserit, ni-
hil in suos transmittit[i]. Quia tempus
& conditionem hoc legatum conti-
net[k]. Paulus[l] contrà. Sed legatum
post decem annos relictum, si quid
non fecerit, & intra decem annos
decesserit, legatum transmittit, quia
moriente eo, conditio extitit[m]. Vi-
deamus tamen, ne existat conditio,
uel non, semper ei acquiratur, cui re-
lictum est[n]. Quod procedit in hære-
de, qui partim pure, partim sub con-
ditione hæres instituitur, omnino
enim hæres futurus est, nisi substi-
tutum habeat. Insto secundò, Spem
conditionis in hæredem transmitti[o].
Quod uerum est, in conditionali-
bus stipulationibus, quæ iuris sunt[p].
Et ea quæ iuris sunt, transeunt in hæ
redem[q]. Secus in legatis conditio-
nalibus, quæ facti sunt[r]. Facta au-
tem in hæredem non transeunt[s].
27 Quid † si relictum sit sub conditio-
ne, quæ ab alio impleri debet, si non
impleatur, an deberi desinat. Puta,
si tibi sub conditione, quæ ab alio
implenda est, relictum sit: & is qui
cōditionem implere tenebatur, eam
implere recusauerit, relictum debe-
tur[t]. Hinc etiam receptum est, quòd
si alternatiua rei legatæ alteri com-
missa sit, & is intra annum eligere ne
glexerit, legatarius eliget[u]. Idem si is
cuius interest conditionem non im
pleri, fecerit quò minus impleretur,
conditio pro impleta habetur[x]. Sic
si tibi legatum relictum fuerit, si ne-
gotia T. gesseris: si T. impediat, le-
gatum debetur[y]. Vel si legatum sit,
ut seruus Titij manumitteretur, &
dominus eū uendere nolit, nihilomi
nus relictum debetur, quia per eum
non stetit[z]. Tametsi inutile legatum
esset, si quis quos manumittere non
poterat, legauerit, ut manumitteren-
tur[a]. Quòd si is qui conditionem im
plere tenebatur, antè decesserit, se-
cus

de con. & de. l. quidem. ff. ad treb.
f. l. hæres meus l. intercidit. & l. hæc scri ptura. de cō. & dem. Ro. sing. 168.
g. l. ab omnibus §. j. de leg. j. l. si pecunia. §. quod ita. de leg. ij.
h. l. iul. de leg ij.
i. l. si Titio ff. qu. di. leg. ce.
k. l. si cui hoc legatū. de legat j.
l. l. si ita lega tum. de cond. & dem.
m. d. l. si ita.
n. l. cùm hære des. § j. de ac quir. hær.
o. § ex condi tionali. Inst. de uer. ob.
p. l. si unus. §. pactus. ff. de pact.
q. l. cùm hære des. de acqui. possess.
r. §. legatarij. Inst. de testa.
s. l. qui in futu rum. § j de pact. d. l. cùm hæredes.
t. l. pater. §. Tusculanus. ins. de leg. iij l. j. C. de inst. & subst. l. in testamento. §. j. de con & dem. Alex. in l. 10 ...
u. l. iij. §. j & ibi Bal. cō. de leg.
x. l. iure ciuili. de cō. & de.
y. l. mensa. de ann. leg.
z. l. si Titio. de leg. j.
a. l. si quis quos de leg. ij.

cus est, legatarius enim nihil consequitur. Atque ita legitimus iste actus relicti legati per conditionem, secundùm Pap. respon.[b] uitiatur, ut si legatum tibi relictum proponatur, si B. uxorē duxeris, & B. prius quàm matrimonium contrahatur, decesserit, legatum amittis[c]. Idem si in sponsalibus, arrarum nomine aliquid datum sit, & ante cōtractum matrimonium is qui dedit, decesserit, datum repetitur[d]. Nisi osculum interuenerit, tunc dimidium tantùm eius quod datum est, repetitur[e]. Si tamen necatus fuerit is qui donauerit, donatio minimè rescinditur[f]. Sic si res legata à legatario relicta sit, si ad ipsum pertinere desiisset, & legatarius uiuo testatore decesserit, fideicommissum non debetur[g]. Sic si hæres institutus fuero, si decem Caio dedero, & Caius occisus sit, hæreditatē amitto[h], quia conditio deficit[i]. Neque pareo conditioni, si hæredi Caij dedero[k]. Sic si tibi legatum annuū relictum sit, si filiorum negotia gesseris, & unus decesserit, pro rata legatum decrescit[l]. Sic si ex his partibus, quas T. arbitratus fuerit, societas coita sit, & T. antequàm arbitraretur, decesserit, nihil agitur. Nam hoc actum est, ne aliter societas sit, quàm si T. arbitraretur[m]. Excipitur primò, si uiuo testatore decesserit is, in quem pars conditionis implenda esset, & alteram partem legatarius uiuo testatore impleuerit, ut si mulieri legatum sit, si arbitrio Titij nupsisset. Si eius arbitrio, uiuo testatore nupserit, extitisse conditionem non dubitamus[n], tametsi uiuo testatore iterum defecerit[o]. Idem si sine arbitrio eius nupsisset, modò Titius non impediat[p]. Quòd si T. uiuo testatore decesserit, & ea nupsisset, legatum nihilominus debetur[q]. Nam quoties conditio legato, uel hæredi institutioni apposita, uiuo testatore deficit, ultimam uoluntatem non uitiat[r]. Prætereà liberorum fauore, si is qui conditionem implere tenebatur, decesserit, ipsis tamen relictum debetur. Vt si filio alimenta relicta sint, si cum matre manserit: licet mater decedat, nō eò minus alimenta debentur[s]. Quod propter paternam pietatem in filios,

b. d. l. actus.
c. l. legatum de con. inser. l. in testamēto. ij. de con. & de.
d. l. arris. C. de spon.
e. l. si à sponso. C. de do. ante nupt.
f. l. si tibi. C. eo.
g. l. Titio usufructus. de cō di. & dem.
h. l. cùm ita datur. eo.
i. l. inde. §. j. ad le. Aquil.
k. l. si stipulatus sum mihi. de solut.
l. l. illis. in fi. de con. & de. l. Seio. de an. leg.
m. l. si ita coita. ff. pro soc.
n. l. publius ff. de con. & de.
o. l. si qui. C. de inst. & subst.
p. l. eū tale § re scriptū. ff de con. & dem.
q. l. turpia. § j. de leg. j. l. filiæ. ff. de con. & demon.
r. l. quæ. §. mortuo de condi. instit. l. Celsus. de lega. ij. l. si ab eo. de usufru leg.
s. l. Caio §. j. de ali. leg. l. annua. eod. l. illis. de con & dem. l. j. C. de lega.
t. l. meuia. § fi. ff de ann. leg.
u. l. si cōpetens. C. de alē. li.
x. l. si quis ita. de con. & de. l. iij. C. de con. inser. l. qui cō

tum etiam alimentorum fauore receptum est. Tametsi ad quæstionem propositam, incertam esse testatoris uoluntatē, Sceuola respondeat[t]. Cæterùm si mater nō decesserit, & cum matre non uiuat, nihilominus filio alimenta debentur[u]. Si extraneo relicta sint, quamdiu cum Titio manserit: si sibi non imputetur, quò minus maneat, debentur[x]. Tertiò, fauore libertatis idem obseruandum est[y]. Vt si seruus Titio pecuniam dare iussus est, ut liber sit: & cùm paratus esset pecuniam dare, Titius decesserit, liber erit, quia per eū non stetit[z]. Idem dicendū, si pecunia à latronibus sibi surrepta sit[a]. Si tamen libertas seruo data sit, si ad T. pertinere desiisset, & T. uiuo testatore decesserit, secundū Paul. resp.[b] libertas non ualet. Quartò limitatur, si non sub cōditione, sed in diem legatum sit. Vt si ab impubere legatum relinquatur, si ad pubertatem peruenerit: licet ante pubertatem decedat, legatū nihilominus debetur[c]. Quintò idem in actu alternatiuo, nā si optio rei legatæ alteri committatur, & is antequàm elegerit, decesserit, electio in legatarium trans-
28 fertur[d]. Sed † an in hæredem conditio impleri possit, uideamus[e]. Puta, si legatum relictū sit, si hæredi decem dederit: & hæredis hæredi dando, legatum cōsequitur[f]. Tametsi secus dicendum esset, si alteri, puta, legatario dare teneretur, nam hæredi eiusdem dando, conditioni non paruit[g]. In stipulationibus idem receptum est[h]. Sicque non solùm conditionalis stipulationis[i], uel alterius cuiuslibet contractus[k]. Verùm etiam legati, uel alterius cuiuslibet ultimæ uoluntatis spem in hæredem transmittimus, ita tamen ut uerborum diligens obseruatio adhibeatur. Nam si hæredi dare iussus est, hæredis hæredi dando liberatur[l], hæres enim iuris successor est[m]. Hinc est, quòd si ex parte purè, ex alia sub cōditione institutus, ex pura institutione adierit & decesserit, posteaque cōditio extiterit, ea ad hęredē suū pertinet[n]. Quòd si alteri, quàm hæredi, in eius tantū persona conditio impleri potest[o]. Legatarij enim nō sunt iuris successores[p]. Hinc est, quòd si legatum Titio relictum sit, si uolu-

cubinā. § uxori. de leg. iij.
y. l. fideicom. C. de fidei. lib. l. qui duos. in prin. de man. testam.
z. l. si peculiū. §. is cui. de statu lib.
a. l. fi. C. de con. inser.
b. l. Titio usufructus. de cō di. & demon.
c. annot. ā. cap. xj.
d. l. fi. § sed & si. C. cō. de le.
e. not. Bar. l. sed si in hac. ff. de in ius uoc. in pr. l. xv. nu. 1. ff. de stat. ho. l. xxxij. §. j. de arbit. l. iij de acq. hær. Bar. l. si decē cùm petiero. de uer. ob.
f. l. sub. in fi. ff. de con. & de.
g. l. cùm ita datur libertas. in pr. uer. diuersa. eod.
h. l. si quis si T. de uer. oblig. Bart. contr. l. xxv. num. 1. ff. cer. pet.
i. d. l. si quis. & §. ex cōditionali. instit. de uer. obl §. cū quis. de inuti. stipul.
k. l. qui negotia §. cum heres. uersi. nam. ff. mand.
l. d. l. sub.
m. l. cùm heredes. de ac. pos.
n. l. qui ex duabus. ff. de acqui. her.
o. d. l. sub. & l. cū ita datur libertas. eod.
p. §. legatarijs. Inst. de testa.

antè diximus. Idem Bart. suo axiomate, Sceuolæ respons.[y] planè corrupit, quòd dicat, fructus pendente conditione ex re legata perceptos, legatario non deberi. Nam qui aliquid in tem pus certum confert (sic enim Sceuola loquutus est) non conditionē, sed diē ponit. Quare qd' medio tempore accreuerit, nō debetur[z].

nem. Nonnunquā[g] tamen actus suprascripti tacitè recipiunt, quæ apertè cōprehensa uitium afferunt. Nam si acceptum feratur ei, qui sub cōditione promisit, ita demū egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit. Quòd si uerbis nominatim acceptilationis cōprehēdatur, nullius momenti facit actum.

g NONNVNQVAM. Nonnunquam contigit, ut quædam nominatim expressa noceant, tametsi omissa tacitè insint, nec essent ob futura: ueluti, si decem tibi legauero, si Titius hoc fecerit. Nam licet in arbitrio Titij sit, hoc facere, ut tibi legatum debeatur, non tamen poterit alijs uerbis utiliter legari: Si Titius uoluerit, tibi lego. Nam in alienam uoluntatem conferri legatum nō potest. Inde dictum est, Expressa nocent, non expressa non nocent[a]. Secus si dictū esset, Si Tit. fuerit arbitratus, si æstimauerit, si utile sibi uisum fuerit, uel uidebitur, deberi enim constat. Non enim plenum arbitrium uoluntatis, hæredi suo dat, sed quasi uiro bono commissum[b].

CAPVT XIIII.

DE OBLIGATIONE PŒNALI.

1 *Obligatio pœnalis quare introducta.*
2 *Obligatio pœnalis liquidat interesse.*
3 *Pœna ex inutili obligatione petitur.*
4 *Pœna tametsi nihil interest, peti potest.*
5 *Alienatione sub pœna prohibita, an committatur pœna, si res alienata sit.*
6 *Electio pœnæ uel rei, quando sit promittētis.*
7 *Pœna & res non petitur, & quando utrunque petatur.*
8 *Pœna an sæpius committi possit.*
9 *Pœnæ adiectio actui à lege prohibito, inutilis est.*
10 *Pœnalis stipulatio, actum natura diuiduum, indiuiduum efficit.*

1 HÆc † pœnalis obligatio introducta est, ut uel minus integrā iuuaret, uel perfectæ arctius uinculum adderet: ueluti, si quis stipulatus sit, ut aliquid fiat, uel non fiat, cui optimū est, pœnā subijcere, ne cogatur actor probare, quod eius interest, ita factū uel non factum esse. Quam docet nos Imper.[a] sic cōcipere, *Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?* Sed si quędam fieri, quædam non fieri, una eademq; conceptione stipuletur quis, clausula huiusmodi erit adijcienda, *Si aduersus ea factū erit, siue quid ita factum non fuerit: tunc pœnæ nomine decem aureos dare spondes?*
2 † Prima igitur causa introducendæ huius obligationis pœnalis fuit, ut præcedentis puræ obligationis interesse, ueluti incertum liquidaret. Idq; ex Venul.[b] sententia receptum est. In huiusmodi (inquit) stipulationibus, quæ quanti ea res est, promissionem habent, commodius est certam summam cōprehendere, quoniam plerunque difficilis probatio est, quanti cuiusque intersit, & ad exiguam summam deducitur. Intelligit Venul. deduci à iudice, nam ubi obligationis initio à contrahētibus, interesse expressum non
3 est, id iudici committitur[c]. † Præterea actum alioqui inutilem ualidat: ueluti cùm alteri stipulari nemo possit[d], cùm alius pro alio daturum facturum'ue non soluturum promittens, non obligetur, cùm de se quenque promittere oporteat[e]. Nam ut Celsus[f] ait: Possum utiliter à te stipulari, Nomine Titij te mihi soluturū spondes? Neque enim hoc simile est illi, Te daturum? Sed ex ea stipulatione, dum interest mea, agere tecum possum. Tamen si pœna adijcitur, committitur stipulatio, si ita factum non sit, ut comprehensum est[g]. Contra me facit, quòd pœna non committatur

g 2 mittatur

y. l. l. filium. de opt. leg.
z. d. l. filium.
a. l. nōnunquā. ff de con. & demon.
b. l. fideicommissa libertas. ff. de fidei cō. l. b. Bart. cum proponas. §. f. C. de fideic. in l. x f. §. v. ff de leg. iij.

a. §. non solùm. Inst. de uerb. oblig.
b. l. f. ff de præto. stip.
c. l. iij. in fi. C. de inut. stip.
d. §. si quis alij Inst. eo. l. stipulatio ista. § alteri ff. de uerb. obl.
e. l. inter stipulantem. ff eo.
f. l. xcvij. §. f. eod.
g. §. alteri §. uice uersa. in sti. de inut. sti.

mittatur, si actus cui interponitur, inutilis sit. Quod Bar.[h] ex ea municipali lege comprobat, quæ eum multat, qui nobili actionem cesserit. De cessiōe enim ritè facta intelligit[i]. Quod uerum est in pœnis legalibus, secus in conuētionalibus, in quibus tametsi actus inutilis sit, pœna committitur. Vt cùm arbitrorum sententiæ, uel trāsactioni stare nemo cogatur, pœna compromisso[k], uel transactio
4 ni adijcienda est[l]. † Quæ pœnæ adiectio tantùm operatur, ut etiam si alioqui nihil intersit, peti possit: ut Vlpiani[m] resp. & Imp. constit.[n] comprobatum est. Planè (inquit) si quis uelit hoc facere, pœnam stipulari conueniet, ut nisi ita factum sit, ut comprehensum est, committatur pœnæ stipulatio, ei cuius nihil interest. Papin.[o] contr. Seruus ea lege uenit, inquit, ne in Italia esset, quòd si aliter factum esset, conuenit circa stipulationem, ut pœnā præstaret emptor. Vix est ut eo nomine uindictæ ratione uenditor agere possit, acturus utiliter, si nō seruata lege, in pœnam quam alij promisit, inciderit. Sed codices qui habēt, *circa*, corrupti sunt, legendum enim est, *citra*, ut in emendationibus legitur. Annuere uolens Pap. propositæ conuentioni, citra stipulationem pœnalem stare, neminem cogendum esse[p]. Atque ita Modest.[q] interpretabimur. Cùm pœna ex compromisso (inquit) petitur, is qui compromisit, dānandus est. Nec interest, an aduersarij eius intersit, sententiæ arbitri stare, necne. Hoc uerum intelligas, si per stipulationē, pœna comprehensa sit. Iul.[r] tamen contrà, Si cum fideiussore compromisit, inquit, & à reo petatur: nisi intersit fideiussoris (pœna) non committitur. Sed multùm refert, utrùm contra eum qui pœnam stipulatus est, uel contra alium, secus actum sit, quàm conuentum est. Nam si contra alium, tunc is qui pœnam stipulatus est, non aliter ad pœnam agere poterit, quàm si sua intersit[s]. Et secundùm ea, quæ hactenus proposita sunt, Bar.[t] interpretabimur. Quærit enim, an ex pacto agi possit, si Titio dari promittatur. Et respon. posse, si intersit, alioqui minimè. Nisi intelligas, pœnalis stipulatio adijciatur, nam tunc etiamsi non intersit, ad pœnam agi poterit. Paul.[t] contrà, Si quis, inquit, in ius uocatus non ierit, si nihil interest actoris, eo tempore in ius aduersarium uenisse, pœnam remittet prætor. Sed in iudicialibus pœnis hoc nō immeritò speciale est, quòd in inuitum initio contrahantur. Videamus tamen, ne etiam si initio, partiū consensu contrahatur, pœna non cōmittatur, si contrà factum sit. Puta seruum hac lege uendidisse, ne manumittatur, & si secus factum sit, euincatur: fauet ratio, inquit Pap.[u] ut iure nō teneat stipulatio, si ut non manumitteretur, exceptum est. Sed obstat Pap. Imp. respons.[x] dum ait, Ea quidem mancipia, quorum uenditio eam legē accepit, ne ad libertatem perducantur: etiā si manumittantur, nancisci libertatem non possunt. Neq; enim eius conditio, quæ personæ eius cohæsit, mutari facto eius, qui ea lege comparauit, potest. Addo rationem ex eodem[y], forsitan enim multùm intererat, ne manumitteretur. Quò fit, ut ubi nihil interesse possit, Pap. resp. procedat: quòd si intersit, Imp. const. locum obtinet[z], qui cùm legem à contrahentibus latam, nulla libertatis ratione habita, seruandam esse statuat, nostræ nimirùm sentētiæ initio adstipulari uidetur, sed quod tandem addit, impugnat: Nec tamen, inquit, pœnæ exactio, si qua addita est cōditioni non seruatæ, iustam exigendi tribuit causam. Sis attentus beneuole Lector, nam etsi mei instituti esset, hūc iuris apicē, unà cum alijs, separatim à nostra Epitome pertractare, tamē cùm occasio & locus ualde accōmodus sese offerat, & frequētissimus sit, exactissimè interpretandum operæpre
5 cium esse duxi. † Quare uidendū est, an alienatione alicuius rei, sub pœna prohibita, comitatur pœna, si res alienata sit. Bar.[a] quæstionem attigit, sed admodùm leuiter: ait enim secundū Accurs.[b] non incidere in pœnam, quia alienatio non ualet[c]. Sed secundùm alias glo. & doctores, incidit in pœnā, quia alienatio ualet. Ego uerò lōgè secus iudico, atq; ipse Bar. cēset. Nam siue de pura & simplici alienationis

h. l. viij. § ij. num. 4. ff. de bo. pos. cōtra tab. & l. v. §. ij. de le. præ.
i. Bar. l. ij. §. si seruus. cū sedit. nu. 4. ff. de pecul.
k. l. ij. ff. de recep. arb.
l. l. ubi. C. de transact.
m. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uer. obl.
n. §. alteri. inst. de inut. stip.
o. l. seruus. ff. de ser. expor.
p. d. §. alteri.
q. l. cùm pœna. ff. de arbit.
r. l. aduersus. ff. de arbit.
s. l. si duo. ff. de arbitr. Bar. l. cū pœna. eo.
t. l. j. nu. 4. ff. de pact.
t. l. ij. ff. si quis in ius uoc. nō ierit. l. & si post tres. ff. si quis caut.
u. l. si uenditor. ff. de ser. exp. l. l. vj. ff. de cō trah. empt.
x. l. pœnul. C. si manc. ita fue. alie.
y. l. fi. C. de pa. inter emp.
z. l. si sterilis. §. quāuis. ff. de act. emp.
a. l. seruo lega to. §. j. nu. 2. de leg. j.
b. glo. d. §. j.
c. d. l. pen.

tionis prohibitione loquamur, siue de ea quæ sub pœna prohibita est, alienationem ualere censemus. De pura, aliquando ambigendum esse non uidetur, Imper.[d] enim sic rescripsit, Res quæ subiacent restitutioni, prohibentur alienari, uel obligari, &c. At uerò ubi pœna adijcitur, hoc opus, hic labor est. Sed dicendum uidetur, quòd præstando pœnam, liberatus sit is, qui sub pœna a-
6 lienare prohibitus est.† Nam licet stipulatio non ualeat, si in arbitrium promittentis conferatur[e], tamen si pœnalis sit, secus est, promittentis enim tunc electio est. sic enim nos docet Vlp.[f] Vbi quid (inquit) fieri stipulamur, si non fuerit factum, pecuniã dari oportere. Eiusdem extat aliud perelegans & ualde singulare, in hanc sententiam responsum[g]. Si res in dotem datæ fuerint, quamuis æstimatæ, &c. Nam, inquit, cùm illa, aut illa res promittitur, rei electio est[h], utram præstet. Sic & Sceuola[i] ait, Non utique ea quæ tacitè insunt stipulatiõibus, semper in rei esse potestate, sed quid debeat, esse in eius arbitrio[k]. Quia adiectione pœnę, stipulatio non censetur nouata. Atq; ita Paul.[l] interpretandus est: Si ita stipulatus sum, inquit, à te, Si fundũ non dederis, cẽtum mihi dare spondes. Sola centum in stipulatione sunt (Intelligas, Si fundum non dederis) in exolutione, fundus. Sed si nauem fieri stipulatus sim: & si non feceris, centum: uidendum utrùm duæ stipulationes sint, pura & conditionalis: & existens sequens conditio non tollat priorem, an uerò transferat in se, & quasi nouatio prioris fiat, quod magis est. Intelligas instar habere nouationis, post electionem rei. Tamen in proposita quæstione, propter præcedens pactum, secus respondendum esse censeo. Puta, rem tuam mihi uendidisse hoc pacto, ne alienarem: hoc pactũ, rei affixum est, legem enim dedisti, quam sine te reuocare nequaquam potero[m]. Quòd si adhuc pœnam à me stipulatus sis, si alienauero: non eliditur prius pactum per sequẽtem stipulationem[n]. Sed tu qui à me pœnam stipulatus es, electionẽ habes, an ad rem tuam alienam, uel ad pœnam, quam promisi si alienarem, agere uelis[o]. Quia pacta cùm facti sint, stipulationes uerò Iuris[p], unum per aliud non nouatur. Pactum autem fauore stipulatoris appositum esse censetur[q]. Hanc meam solutionem nota diligenter: nam Bart.[r] ab hac antinomia sese cum Accurs. extricare nequiuit. Hinc est, quòd domino qui rem suam in emphyteusim dat, si pœnam adijciat, si pensio non soluatur: poterit nihilominus emphyteutã expellere, si nõ soluerit[s]. Quia etiam si non fuerit expressum, tacitè inest pactum, ut pensione non soluta, expelli possit. quo priuilegio per stipulationem pœnalem renũciasse non cẽsetur. Quare quod pacto nominatim cautum est, ad instar habẽs contractus innominati, si non præstetur quod nominatim cautum est, datũ repeti poterit[t]. Ex ijs finẽ huic cõtrouersiæ sic imponito, Aut enim pactum & pœnalis stipulatio contractui inest, & reo contrafaciente, erit electio actoris, utrum malit agere ex pacto, uel ex stipulatione pœnali. Aut solùm pœnalis stipulatio interponitur, & tunc electio rei est, aut præstare pœnã, aut facere quod
7 conuentũ est.† Quarum altero contentus esse debet actor, quia bona fides non patitur, ut duæ causæ lucratiuæ, circa eãdẽ rẽ cõcurrant[u]. Quò fit, ut si quis rẽ & pœnam petat, exceptione repellẽdus sit: iniquum enim est, & rem possidere, & pœnam exigere[x]. Videamus tamen, ne & res & pœna peti possit. Vlp.[y] enim sic scribit: Furti actio pœnam petit legitimam, condictio rem ipsam. Ea res facit, ut neq; furti actio per condictionem: neq; condictio per furti actionem consumatur. Resp. hoc in persecutorijs & pœnis legalibus speciale esse[z], puta in hac actione furti, quæ ad pœnæ persecutionẽ pertinet, condictio uerò & uẽdicatio, ad rei recuperationẽ, qua recepta, nihilominus furti actio salua est: sicut ex diuerso, post solutam furti pœnam, salua est uendicatio & condictio[a]. At uerò idem Vlpian.[b] contrarius sibi uisus est: Si pignore (inquit) surrepto, furti egerit creditor, & totum quicquid

d. auth. res quæ C. com. de leg.
e. l. xvij. ff. de uer. ob.
f. l. lxxij §. Celsus. ff de uer. oblig.
g. l. plerunq. §. si ff. de iure dot.
h no Bar. l. ubi pactum. nu. 6 C de transac.
i. l. iij ff. de eo quod cer. lo.
k. l. sancimus. C. de fideius.
l. l. obligationũ ferè. §. si ita. de act & ob.
m. l. rescriptũ. §. si pacto. ff. de pact.
n. l. si unus. §. pactus. ff. ea.

o. d. §. si pacto l. si pater. §. si mulier. ff. de pact. dot.
p. d. §. pactus.
q. Bar. l. penul. num. 10. ff. de transact.
r. l. prædia. nu. 3. ff. de actio. emp.
s. Bar. l. ij nu. 11. 12. C. de iu. emphy.
t. l. j. In fi ff. de rer. per. l. naturalis. §. sed etsi quidẽ. ff. de præs. uer. l. si sterilis. §. si fundum. ff. de act. emp.
u. l. fi. C. si mancip. ita fu. ad.
x. l. apud. §. Labeo. ff. de do. excep.
y. l. si pro fure. § j. ff. de con. fur.
z. l. rei communis. ff. man.
a. l. si pignore. §. cum furti. ff. de fur.
b. l. si pignore. ff. de pig act.

perceperit,debito imputat,Sed hoc
ideò,quòd alioqui creditor, de casu
fortuito non teneatur, modò culpa
uacet:æquum quoque est,ut si hinc
cōmodi aliquid obuenerit,sibi,non
creditori prosit[c].Nisi ipse debitor,pi
gnus surripuisset: tunc non ambigi=
mus creditorem,& debitum & fur=
ti pœnam petere posse[d].Commoda=
tarius uerò,cuius gratia cùm res cō=
modetur,indistinctè de casu fortui=
to tenebitur,ut si furto surrepta fue=
rit,suo periculo cedat, quò fit ut pœ
nam quoq; furti,sibi acquirat[e]. Idem
in conductore receptum est,non e=
nim cogitur restituere pœnā, quam
ex re locata,furto surrepta consequi
tur[f]. In pœnis uerò conuentionali=
bus,altero contenti esse debemus[g].
Extat in hanc sententiam præclaris=
simū Vlp. resp.[h] Prædia(inquit)mihi
uendidisti,& conuenit,ut aliquid fa
cerem:quòd si non fecissem,pœnam
etiam promisi.Respon.uenditor,an=
tequàm pœnam ex stipulatu petat,
ex uendito agere potest.Si cōsequu
tus fuerit, quantùm pœnæ nomine
stipulatus esset,agentem eum ex sti=
pulatu,doli mali exceptio summo=
uebit.Si ex stipulatu,pœnam conse=
quutus fuerit,ipso iure ex uendito
agere nō poterit,nisi in id quod plu=
ris eius interfuerit[i]. Idem Paul. an=
nuere uisus est: Si ita, inquit, facta
non essent,uiginti dari:non uidetur
res in stipulationem peruenisse, sed
duntaxat pœna[k].Non enim utriusq;
rei promissionem obligat,ut ea da=
ret,faceret:sed si nō fecisset, pœnam
sufficeret[l]. Atque ita Imp.respons.[m]
interpretabimur, dum ait: Si puel=
lam ea lege uendidisti,ut manumit=
teretur: & si manumissa non esset,
centum aurei præstarentur:non ser=
uata fide, nihilominus eam raptam
ex uestigio seruitutis ad libertatem,
quæ præstari potuit, constitit: nec
pecunia, quasi rupta fide suscepta,
rectè petetur. Videamus tamen, ne
etiam in pœnis conuentionalibus,
utrunque insit, & peti possit. Nam
conductor ob moram pēsionis non
solutæ,non tantummodò expellitur
fundo[n],uerùm etiā ad debitam pen-
sionem conuenitur[o]. Sed hîc nulla
pœna est,cùm nihil decedat ex re cō

c Bart.l.si pignore.de pigno.act.
d. d.l.si pignore.uersic.sed quod.
e.l.si.§.sed cū.C.de fur.
f.l.si is.ff.loca.
g.l.si pater.§.j.ff.de pa,dot.
h. l.predia.ff.de act. emp. ubi no.Bar.
i. l.lucius.ubi Bar.nu.2.eo.
k. l.duo societatem.ff.pro soc.ubi etiam no.Bar.nu.1.
l. l.si quis à socio.eod.
m. l.fi.C.si mācip.ita fu.al.
n. l.quæro.§.j.ff.loca.
o Bar.l.colonus.nu.1.eo.

ductoris, tantùm enim locator rem
suam & fructus eiusdem repetit. Vi
deamus tamen,ne etiam si pœna in=
sit, utrunque petatur. Nam si facto
compromisso,præstando pœnam li=
beratus sim,non eò minus causa in
iudicio agenda est[p]. Quòd si pro
aduersario meo feratur,iam & pœ=
nam & rem consequitur. Sed hoc
ideò quòd actus agentium,ultra ip=
sorum intentionem nihil operetur,
quem hoc loco ex natura compro=
missi colligimus,quæ est huiuscemo
di, Vt aut præstetur pœna,aut arbi=
trorum sententia exequatur.Hoc ue
rum est,nisi iusiurandum interposi=
tum sit:tunc enim qui reuocare ten=
tauerit,non solùm ad pœnam tene=
tur,& data repetuntur:uerùm etiam
infamia notatur, & actionem amit=
tit[q], Idem si causa,transactione om=
nibus numeris absoluta & decisa,
quis eam reuocare tentauerit[r]. Sed
8 an† sæpius pœna committi possit, ui
deamus.Et Paul.[s] probat,semel dun
taxat pœnam cōmitti.Sic enim scri=
bit:Semel cōmissa pœna,solui com=
promissum rectius puto dici, nec
amplius posse cōmitti,nisi id actum
sit,ut in singulas causas toties com=
mittatur.Qua de re loco suo pluri=
bus[t]. Hoc tamen unum interim ad=
monendi sumus, ne hæc nostra de
pœnali obligatione disputatio su=
peruacua esse uideatur, ad illas tan=
tùm obligationes pertinere,quæ à le
9 ge prohibitæ non sunt †. Nam ubi
lex obsistit actui,pœnæ adiectio in=
utilis est[u].Nos uerò hîc de ijs loqui=
mur, quæ à iure non prohibentur.
Quarum cōplures aliæ sunt,de qui=
bus loco suo[x] agemus. Quare unum
tantùm dicam, ac tandem absolutis
ijs obligationū exordijs,quibus ob=
ligationes constant, ad Actiones &
contractuum nominatorum uel in=
nominatorū species perueniemus.
Hoc igitur duntaxat addendum su=
10 perest,quòd† ubi pœnalis stipulatio
actui diuiduo adijcit,si à promitten
te comitatur,omnes stipulatoris hæ
redes agere possunt, cùm alioqui is
solus,in quem stipulatio commissa
est,agere possit. Vt in hac stipulatio=
ne,mihi hæredíq; meo habere lice=
re:diuidua est, & meritò is solus qui
prohi=

p. l.si quis maior.C.de trās.
q. l.si quis maior.eod.
r.l.cum proponas.ubi Bar.nu.5.& l.57.eod. l.pen.ff.eod.
s. l.si duo.§.j.ff.de arbit.
t. j.de obligatione uerborum,ad §.Cato.
u. Bar.l.nō dubium.nu.21.23.ff.de legi.l.cum.ij.nu.7.ff.de trans.
x. ad d.§.Cato.

prohibetur habere, aget. Si uerò pœna adiecta sit, etiam ijs qui prohibiti non sunt, actio competit[y]. Idem in pecunia promissa à testatore, si sub pœna promissa sit, nam licet hæc obligatio diuidatur per legem duodecim tabularum, tamen quia nihil prodest, ad pœnam euitandam, partem suam soluere[z]: meritò etiam, si unus ex hæredibus portionē suam ex parte soluerit, nihilominus pœna committitur, donec portio hæredis soluatur[a]. Nam quamdiu aliquid eorum, de quibus nominatim actum est, constat addendum, nihil actum censetur[b]. Hactenus de ijs quibus obligationes perficiuntur: nunc ad Actiones & singulas ipsarum species, pauladm perueniendum est.

y. l. iij. ff. de uer. obl.
z. l. hæredes. §. idem uris. ff. fam. ercis.
a. l. v. §. fi. ff. de uer. obl. l. si is qui ducenta. § cùm ita. de reb. dub.
b. l. pe. in fi. C. de ijs quib. ut ind g.

CAPVT XV.

ACTIONIS ORIGO ET DEFINITIO.

1 Actionum origo.
2 Actionis definitio.
3 Actio cui competat.
4 Actio natiua & datiua, quæ sit.
5 Iniuriarum actio, quando in hæredem transeat.
6 Debitor & creditor, quis dicatur.
7 Iudicium sine actione non subsistit.
8 Hæreditatis petitio, aduersus Accurs. actio est.
9 Ius nostrum, propria autoritate non persequendum.
10 Successor defuncti an propria autoritate possess. adire possit.
11 Particulares successores, ius suum propria autoritate persequi non possunt.
12 Pœna inuasoris.
13 An quis amittat ius pro parte rei surreptæ, an totum.
14 Pœna parti, non fisco acquiritur.
15 Quando ius suum propria autoritate persequi permissum sit.
16 Actio generaliter & specialiter sumitur.
17 Interdicta, sunt iuris prætorij.
18 Actionis ordinariæ & extraordinariæ differentia.

1 POst† leges duodecim tabularū, & Responsa interpretationesq; prudentum, ex quibus Iuris Ciuilis & prætorij obligationes originem sumpserunt[a]: ex eisdem, Actiones compositæ sunt[b]. Quæ formam persequendi ius nostrum, aduersus obligatum continent[c], nam sine actione experiri nemo potest[d]. Sed ne populus prout uellet, illas institueret: & certas & solennes esse uoluerunt, & appellatur hæc pars iuris, LEGIS ACTIONES, hoc est, legitimæ actiones[e], ab Agendo dictæ. Est autem Agere, litem contestari[f]. Vnde iudiciarij actus dicti sunt ij, qui coram iudice proponuntur[g]. Atque hinc Actio, quæ sic ab Imp.[h] & Cels.[i] definita est:

a. l. ij. § hac disputatio. ff. de orig. iur.
b. §. deinde ex ijs. d. l. ij.

2 Actio † nihil aliud est, quàm ius[a] quod sibi[b] debetur[c], in iudicio[d] persequendi[e].

a IVS. Quod ex præcedente legitima tantùm obligatione proficiscitur. Nam naturalis tantùm[k], uel Ciuilis tantùm[l], uel neutra[m], hoc est, ea quæ nominatim legibus interdicta est[n], ius ad producendam actionem non parit: sed obligatio mista, quæ sola ad actiones legitima est, de qua loco suo egimus[o].

3 b SIBI. † Elicimus hîc, ei dumtaxat actionem cōpetere, cui nominatim, ex legitima aliqua præcedente obligatione debetur[p], uel cui nominatim experiēdi potestas mādata est[q]. Arguit Accurs.[r] de populari actione, quæ cuilibet aduersus eum competit, qui nihil sibi debet. Cùm tamē cuilibet intersit, ut popularis actio seruetur, qui populare crimen commiserit, cuilibet obligatus est, & sic cuilibet debetur. Puta, si quis Prætoris album corruperit, uel terminos amouerit, populo obligatur[s]: qui nimirùm ius persequendi in iudicio,
4 exceptis mulieribus, habet[t]. † Hinc inferimus, quandam esse natiuam actionem, aliam datiuam. Natiua illa est, quæ ex partium conuētione proficiscitur[u]: datiua, quæ cùm naturali æquitate aliquid debetur, à Prætore, in subsidium Iuris Ciuilis, hoc est, cùm iure ciuili, nulla actio competeret, datur[x], quā utilem appellamus[y]. Vt cùm nulla obligatio præcessit, sed tantùm subest naturalis. Puta, inter dominum & seruum, non nisi naturalis obligatio subsistere potest, inter quos nimirum nulla actio nascitur. Si tamen ex peculio serui, aduersus dominum creditores experian-

c. d. l. ij. §. nouißimè.
d. l. si pupil. §. uideamus. ff. de neg. gestis. no. Bar. l. ubi pactum. nu. 8 C. de transac.
e. d. §. deinde.
f. Bart. l. nam & postea. nu. 2. ff de iureiu.
g. Bar. l. illud. nu. 1. C. de sacrosan. ecc.
h. §. j. Inst. de act.
i. l. nihil ff. de act. & obl.
k. i. cap. v.
l. i. cap. vj.
m. i. cap. vij.
n. l. quemadmodum. de agri. & cens. lib. xj. C.
o. i. cap. viij.
p. l. in rem. ff. de rei uen.
q. l. j ff. mand.
r. uer. debetur. d. §. j.
s. l. si quis. de iurisdi. om. iud. l. egraria. de ter. amot.
t. l. mulieri. ff. de pop act.
u. Bar. l. nam. § fin. nu. 2. ff. de iureiur.
x. Bar. l. iurisg. §. & ideo. ff. de pactis. l. j. nu. 19. C. de iuris & fa. ign. l. cū quis. nu. 23. ff. eod.
y. Bar. l. j nu. 13. 16. 19. C. de act. & ob.

tur, data est domino aduersus seruũ
actio, per quam id quod naturaliter
sibi à seruo deberi poterat, deducit[z].
Quæ actio, datiua est, non natiua, ta=
metsi Bart.[a] secus existimauerit, qui
in huius actionis differentia, parum
5 sibi constitit[b]. Arguit secundò † Ac=
curs. de actione iniuriarum, quæ ne=
que hæredi, neque in hæredem da=
tur[c]. Atq; ita persequi non possum,
quod mihi debetur. Quod uerum
est, si ante litem contestatam, is qui
iniuriam intulit, decesserit[d].
6 c DEBETVR. † Debere, est aliquid
obligatum esse[e], & iuris est[f]. Iuris (in=
quàm) ciuilis, uel honorarij, hoc est,
prætorij[g], qui nimirùm Debitores,
appellantur[h], quod ab ipsis inuitis
debitum exigatur[i]. Ii uerò quibus
debetur, creditores sunt[k].
7 d IVDICIO. † Hinc colligimus iu=
dicium sine actione subsistere non
posse[l], ut definitio eidem competat,
cui & definitum, & utrunq; conuer=
tatur[m]. Cùm tamen quoddam sit
ius, quod petimus in iudicio, quod
neque actio, neque accusatio est, me
8 ritò definitio bona non est. † Nam
querela inofficiosi testamenti, in iu=
dicio præponitur[n]: & tamen neque
actio, neque accusatio est, secundum
Accurs.[o] qui primò mouetur, quòd
actio uictori prosit. Quasi uerò que
rela, proponenti prodesse nequeat.
Præterea, inquit, actio perpetuò da=
tur, querela nõ unque[p]. Sed cũ nullę
sint actiones, quæ certa tẽporis defi=
nitione nõ terminẽtur[q]: & inofficiosi
querela post annũ nõ cõpetat[r]: meri
tò nihil obstat, quò minus inter acti
ones cõnumeret. Tertia eiusdẽ ratio
est, quòd nõ petat quid dari, sed ecõ
trà, inanis illatio. Quartò (inquit) nõ
est accusatio, quia aliquãdo daret hę
redi: sed nõ datur hæredi, ergo nõ est
accusatio. Ridicula hęc sanè ratioci
natio est, maximè quòd actiones hę
reditarię, nõ tãtũmodò hæredi cõpe
tãt, uerùm etiã in hæredẽ[s]. Quare ni
hil obstat, quò minus inofficiosi te=
stamenti querelam, accusationem ap
pellemus. Vt idem sensuit Bart.[t] sibi
contrarius, semel enim cum Accurs.
dixit: Querelam, neque actionem,
neq; accusationẽ esse[u], sed medium
quoddã, quod iudicis officio com=

z. l. dominus. C. quod cum eo.
a. d. l. dominus.
b. d. §. nam.
c. l. pœnales. ff. ad le. falc.
d. l. si eũ. §. qui iniuriarũ, ff. quis caut. l. omnes. de ac. & obl.
e. Bar. l. j nu. 3. C. de li. cont.
f. Inst. de oblig. in prin.
g. l. ius autem ci uile. de iustit. & iure.
h. l. pecuniæ uerb. in fi. de uer. sig.
i. l. debitor. eo.
k. l. is cui. in fi. de act. & ob. l. creditores. de uer. sig.
l. l. j. ff de eden.
m. l. j §. dolum. ff de dolo.
n. l. Titia. ff. de inof. test.
o. l. posthumus. uer. si quis ex ijs ff de inof. test.
p. l. si quis filiũ. § penul. C. de inof test.
q. l. in honorarijs ff. de act. & obl.
r. l. j. § largius. § non solum. ff. de suc. ed.
s. l. hæreditat. ff. de reg. iur.
t. l j §. j nu. 3. ff de susp tut.
u. d. l. nam. § si minor. nu. 3. ff. de inofficiosis.

petat[x]. Mihi uerò uisum est, actionẽ
esse. Mouet me, quòd querela ante
aditam hæreditatem non propona=
tur, cùm antè exhæredatio non ua=
leat[y]. Est igitur hæredis actus, qui
querelam confirmat, cuius aditione
cum defuncti creditoribus quasi
contrahit[z]. Sed filius, quod ad legi=
timam attinet, instar habet credito=
ris, cùm illa à testatore defraudari
non possit[a]. Meritò ista defuncti o=
bligatio, in hæredem transibit, & in
ipsum ex quasi contractu ipsius, a=
ctio (aduersus Accurs. & Bar.) com=
petit. Atque ita cùm in fraudem du=
camur, dum leges deserimus, & in=
terpretum nugas sectamur: rectius
faciemus, si in naturam actus, inqui=
9 ramus de legibus. Cùm † igitur pro=
pria autoritate actionem suam exer=
cere nemo possit, sed in iudicio pro=
ponenda sit[b]: in ijs causis quæ ad fo=
rum, leges ac iura pertinent, adea=
10 mus solenni more iudicia[c]. † Hinc
est, quòd hæres institutus, iudici te=
stamentũ ostendere tenetur, ut tan=
dem in hęreditatis possessionem mit
tatur[d]. Propria uerò autoritate pos=
sessionem ingredi, siue ex asse, siue
ex parte hæres institutus sit, non po=
test[e], sed ei petenda est[f]. Idem in par=
te caduca, quæ iure accrescendi, co=
hæredi competit, illa enim petenda
est[g]. Iabol.[h] tamen contrà annuere ui
„ sus est, dum ait, Cùm hæredes insti=
„ tuti sumus, adita hæreditate, omnia
„ iura ad nos transeunt, possessio au=
„ tem non nisi naturaliter comprehen
„ sa sit, ad nos non pertinet. Sed refer=
re existimo, an de successione uni=
uersali, uel particulari agatur. Si de
uniuersali, & nemo sibi hæreditatis
controuersiam moneat: hęreditatem
propria autoritate adire[i], uel si lega=
tis exhausta hæreditas sit, quartam
retinere poterit[k], alioqui minimè.
11 † Particularis successor indistinctè
non potest, tametsi de re fauorabili
agatur: puta, de legitima, quam filius
propria autoritate capere non pote=
rit[l]. Quam distinctionem prorsus ne
cessariã nõ satis animaduertit Bar.[m]
dum putat hæredem in re certa insti
tutum, eam propria autoritate cape=
re posse, sicut hæres uniuersalis hære
ditatem. Sed non rectam facit illa=
tionem,

x. Bar. l. posthumus. § j nu. 3. ff. de inof. te.
y. Bar. l. j § si pater. in fi. ff. de coniun cũ eman. lib.
z. Lex m. aliquo § hæres. ff. de act. & obl.
a. l. quoniã C. de inof. test.
b. l. dotis. C sol. matr.
c. l. iudex. C. de iud.
d. l. fi. uers. sancimus C. de ed. di. Adr. tol.
e. l. ij. ubi Bar. nu. 3. quæ et qui. quar. pot. lib. x. C.
f. l. j. ff i pet hær. pet.
g. l. itẽ ueniũt § sit fructus ff de pet. hær.
h. l. cũ hæred. ff. de acq. pos.
i. no Bar. add. l. v. C. de leg.
k. l. j. C. quæ leg.
l. Bar. l. ij nu. 4. C quan. et qu. quar. pot. lib. x. C.
m. l. ex facto. nu. 2 ff. de hæred. inst.

tionem, nam licet successori uniuersali, ubi nemo hæreditatis controuersiam mouet, hoc ei permissum sit, tamen particulari successori non item. Adeo ut si testator expresserit, uelle bona sua ad Titium peruenire: non proptereà propria autoritate ea capere poterit[n], nisi hoc testator exprimat, tunc iure directo relictum censetur, ut probat Bar[o]. in substituto, cui testator ius dedit capiendi sua autoritate, alioqui uerò ei non esset licitum. Sic in re donata obseruãdum est, quam si donatarius, propria autoritate inuaserit, prædo est[p]. Nobis enim non licet, rem nostram, ne ab eo quidem, qui eam detinet, propria autoritate reposcere, sed præsidem adire, & libellum eidem porrigere conuenit[q]. Sic & qui debitum negat, iure conueniendus, non ui extorquendus est[r]. Sic creditori, autoritate sua, citra conuentionem, uel iudicis autoritatem, pignus, uel debitum occupare non licet[s]. Sic si quis rem alterius, citra domini iussum cõduxerit, à domino propria autoritate expelli non potest, sed à iudice defenditur, secundùm Imp. const.[t] quam malè intellexit Bar.[u] dum ex ea elicit, fas esse domino, propria autoritate conductorem expellere. Cæterùm licet ex partium conuẽtione, res debitoris à creditore capi possit: non tamẽ ipse debitor, ex conuentione capi, & in carceres detineri poterit, cùm seruitutis species sit, secundùm Bar.[x] quem sic intelligo, ut non liceat creditori, debitorem in priuatos carceres conijcere[y], secus si iudicis autoritate, & in
12 carceres publicos. † De pœna autem quæ in inuasorem sancita sit, cùm diuersæ nostrorum sententiæ proponantur, illas hoc ordine conciliabimus. Si quis cadauer in locum suum illatum effuderit, uel eruerit, iniuriarum tenetur, & hoc religionis fauere[z]. At uerò si quis alterius possessionem inuaserit, non solùm eam possidentibus restituere tenetur: uerùm etiam earundem æstimationem præstare compellitur[a]. Atque ita Imper. » resp.[b] interpretrabimur. Inuasor (in» quit) locorum, pœna teneatur legi» tima, si tamen ui loca eadem inuasis» se cõstiterit. Nam si per errorem, aut incuriam domini, loca ab alijs possessa sint, sine pœna possessio restitui debet. Porrò, si quis cùm ius in re haberet, propria autoritate possessionẽ nanciscatur, prædo est[c], quam retinere non potest[d]: cùm ius quod in re haberet, amiserit[e]. Exemplum proponit Imp.[f] in legatario, cui in rebus quas subtraxit, actionem denegat. Amplius addẽdum est, non tantùm ius rei surreptæ amittere, uerũ etiam & quandoq; in quadruplum puniendum esse eum, qui ius suum autoritate propria persequitur. Veluti, si creditor autoritate propria, aliud q̃ conuẽtum esset, exegerit, actionem amittit, totum ipsum, & quadruplũ restituere tenebitur[g]. Sic si facta cessione bonorum, cùm creditores, bona, propria autoritate retinere nequeant[h], si retineant, ius quod in re
13 habent, amittunt. Sed † uideamus, an ius tantùm illius partis, quam quis propria autoritate subtraxerit, amittat, an uerò ius integrum quod haberet? Et probat Imp.[i] ius tantùm illius partis quam subtraxerit, amittere, Paul.[k] idem probat. Sed nouissimo iure, hæc sententia correcta est, uniuerso enim iure suo priuatur, qui partem inuaserit[l]. Intelligo priuari uniuerso illo iure indiuiduo, puta, Si creditor cui centum debebãtur, decem huius debiti nomine à debitore inuito reposcat, illa centum amittit. Quód si alio iure, alia'ue ex causa, quid sibi ab eodem deberetur, id
14 non amittit[m]. † Cæterùm quod amittit, non fisco, sed domino priori acquiritur, ut Imp. rescripsit[n], » Si quis (inquit) dum solo cõmonitorio » suffragio nititur, bona duxerit occupanda, » reus temeritatis ac uiolentiæ retinebitur, » ac in statum pristinum possessio reducetur. At uerò cùm mihi exploratissimum sit, quantùm plerique iudices, magis potius auaritia, uel uindicta, quàm Reip. tranquillitatis gratia, crudeliter in eum, bonaue ipsius sæuiant, qui ad ius suum tuendum, citra iudicis autoritatem, aliquid aggressus fuerit, utq; etiam nimiam audacium licentiam comprimam: uisum mihi est faciendum, pe-
15 culiares locos recensere, † in quibus sine iudicis autoritate, cuilibet experiundi

n. Comen. cõs. 17.
o. Bar. l. centurio. nu. 27. ff. de uulg.
p. Bar. l. etiam. §. sed quis. nume. 2. 3. ff. de pet. hær.
q. l. ut perfectius. C. de an. except.
r. l. negãtes. C. de act. & ob.
s. l. pignoris. C. de pig. act.
t. l. si seruum. C. quod cum eo.
u. d. l. si ser.
x. authen. imò. nume. 2. C. de act. & obl.
y. l. j. C. de priua. car.
z. l. off. ff. de relig.
a. l. si quis in tantam. in fi. C. unde ui.
b. l. v. eod.
c. l. si ex stipul. ff. de acq. pos.
d. l. nec. C. eod.
e. l. extat. ff. quemad. cau. auth. item C. de sepul. uiol.
f. l. v. C. de legatis.
g. auth. sed C. ne uxor pro mar.
h. l. legis Iul. & ibi Bartol. C. qui bon. ced. pos.
i. l. v. C. de lega.
k. l. Paul. ff. ad Treb.
l. § sancimus. auth. de lege falc.
m. l. qui uas. in pr. ff. de fur. Bar. l. si quis. nu. 3. C. ad le. Iul. de ui pub.
n. l. j. in fi. C. de suffrag.

riundi faculras concedatur. Qui licet iure permissi ac concessi fuerint, ut tandem uidebimus: tamen non aliter illis utendum esse censeo, quàm si uel ineuitabilis necessitas nos urgeat, uel iudicis copia non detur, quanquam si alioqui eos exerceamus, reprehendendi non simus, non enim peccat, qui legis beneficio uti-
16 tur. † Si quis aggredientem se cum telo, uel rei suæ inuasorem, uel furem, metu mortis occiderit, lege Aquilia non tenetur[o]. Vim enim atque iniuriam, sine iudicis autoritate propulsare possumus[p]. Sed non tantùm furem propria autoritate propulsare permissum est, uerùm etiam rem furto surreptam, uel æquipollens, ubi urget necessitas, arripere licet[q]: ita tamen ut quoad fieri poterit, tumultum uitemus[r]. Prætereà non tantùm iniuriam mihi, uerùm etiam socio meo illatam propulsare permissum est, cùm mihi quoque illata esse censeatur[s]. Quam non ex interuallo, sed confestim propulsare permissum est[t]. Sic & in eum qui coniurationē in nos facit, qui insidias struit, depopulatorem agrorum, & desertorem militiæ[u], uel in eū qui se defendit, cùm manus iniicere fas sit[x]: si se defendant, eum impunè interimere permittitur[y]. Sunt iam computatis calculis numero casus nouem, in quibus sine iudicis autoritate, uim pro-
17 pulsare permissum est. Addamus † & decimum aduersus officialem iniustè exequentem, cui de facto resistere permissum est, ut ex Imp. respon.[z] collegimus: Sancimus (inquit) licere uniuersis, quorum interest, obiicere manus iis, qui ad capienda bona alicuius uenerint[a]. Puta, executori exactionem ultra modum facienti, cui licitè propria autoritate obsisti potest[b]. Hos cōfestim repellere possumus, non ex interuallo[c]. Eum quoque ui eximere permissum est, qui in iudiciū autoritate illius, qui in eum nullam iurisdictionem habet, ducitur[d]. Suadet præterea Bar.[e] subditis, magistratui iniquè agenti ut obsistant, quemadmodùm & officiales rectori. Sed cum illo non censeo, cùm etiam discolis magistratibus parendum sit[f]. Cæteris uerò obsistere fas est, ut si quis in re tua signa aliena imposuerit[g]. Si ædificans detentor esset, ego possessor: demoliri mea autoritate potero, istud enim est, meam possessionem defendere[h]. Idem si ædificans naturaliter possideret, ut usufructuarius: ego ciuiliter, ut proprietarius, demoliri opus per te factum potero, secundùm Bar.[i] ex Nerat.[k] respon. qui tamen hoc non dicit, sed tantùm nouum ædificium imponere usufructuarium uetat. Quare noui operis interdicto aduersus usufructuariū uti potius conuenit[l]. Neque immeritò, nam iure quodam suo utitur usufructuarius, quod planè à iure proprietarii separatum est. Quòd si proprietarius partem eiusdem iuris ususfructus consequeretur, ad instar socii propria autoritate demolire posset, multò magis si ædificans nullum ius haberet. Vsufructuarius procuratorio nomine idem potest[m], adeò ut etiam opem & auxilium coniunctorum, & uicinorum exclamando pro opere demoliendo implorare ei permissum sit[n]. Sic & quilibet etiam priuatus potest sua propria autoritate, in uinculis ex iniusta causa coniectos extrahere, & solutos dimittere, etiam ui, iudice obsistente, secundum additorem ad Bar.[o] quam sententiam eodem arg.[p] improbamus. Extāt enim aduersus ipsos magistratus iuris remedia, appellationis scilicet, uel restitutionis in integrum[q]. Sed nec priuatæ personæ obsistendum esse censeo. Nam licet iure ciuili, hocque summo iure obsistere permissum sit: tamen ex quo prætor causam eorum, qui iacturam ex nimia quorundam petulantia patiebantur, suscipiens, edicta sua proposuit, legitimis illis utendum esse censeo. Habes enim interdictum, de noui operis nunciatione, si quis in rem tuam innouare aliquid cœperit. Si opus absoluerit, habes interdictum, quod ui aut clam[r]. Quare postquàm legitima iuris remedia habes, facto obsistendum nequaquam censeo, nisi ubi grauamen irreparabile foret[s]. Nam pro defendendis rebus nostris, licet uim ui repellere, cum moderamine tamen inculpa-

tæ

o l. sed & si. ff. ad le. Aquil.
p. l. ut uim. ff. de iust. & iu. l. iiij. ad legē Aquil. l. j. §. uim ui. ff. de ui & ui ar.
q. Innocen. c. olim de re. l. spol. glo. c. iuu gen. ij. dist. 10. And. c. olim. de do. & cōt.
r. Innocē. d. c. olim.
s. l. iij. §. cum igitur. ff. de ui & ui arm.
t. Bar. auth. ut defuncti. nu. 7 & 8.
u. l. j & sequē. qu. h. sine iud.
x. l. j C ubique de curiali.
y. l. iij & ibi Bar. num. 2. 3. C. de iis qui ad ec. con. l. iij. C qu. h unic. sine iud.
z. l. v. de iu. fis. ubi Bar nu. 2. cum add. j. et l vj. eod lib. x C
a. l deuotiū. de metu lib. x. C. Cyn. l j unde ui. Gulie. de Cug. l ut uim. ff de iust. & iure.
b l. contra. ubi Bar. de exec. lib. xij. C. §. et hoc quoque. auth. ut litig.
c l. iij. § cum igitur. ff. de ui & ui ar.
d. l. iij & ibi Bartol. ff. ne quis eum.
e. l quoniam. ij. nu j C. de appell.
f. Pau. Rom. 19.
g. l. j. C. ut nemo lic.
h. l. si seruus. C. quod cum eo. Bar. l. j. §. nunciatio. nu. 4. ff. de no. ope. nun.
i. l. j. §. nunciatio. nu. 7 & 8 ff. eod.
k. l. usufructuarius nouum j. & ij ff. de usufru.
l. l. ut prouinciali. § si ego. ff. de no. ope. nun.
m. l. j. ff. eod.
n. Bar. l. v. nu. 2. 3. 4. de ui. & fa. ign.
o. l ij nu. 7. de exact. li. x C.
p. Pau. Rom. 19
q l. iij ff de eo quod met. ca. Bar. l j de na ui. ul. nu. 2. lib. x. C.
r. Bar. l. j. §. j. nu. 5. ff. de no. op. nun.
s. Cast. Bar. l ut uim. ff. de iust. & iure. Dy. reg. quod quis. in vj.

tæ tutelæ [t]. Omnibus enim quo-
rum intereſt, obijcere manus ijs per
mittitur, qui ad inuadenda alicu-
ius bona uenerint [u]. Idem ſi quis in
re noſtra, innouare aliquid tentaue-
rit, fas nobis eſt, propria autoritate
eum deijcere & opus demoliri [x]. Vt
ſi quid immittatur in re mea, à me
poſſeſſa, uel precario conceſſa, idip-
ſum propria autoritate tollere poſ-
ſum [y]. Idem ſi quid immutatur in re
communi, tametſi à ſocio, poſſum id
tollere & demoliri propria autori-
tate [z]. Quanquam Bar [a]. ſibi contr. ſe
cus exiſtimauerit. Sic ſi quis impe-
diat me uti poſſeſſione mea [b]. Si quis
ſeruitutem, puta aquæductus, fundo
meo imponit, prohibere illum poſ-
ſum [c], ſed cum moderamine inculpa
tæ tutelæ [d]: niſi alioqui nos, uel res
noſtra ſalua eſſe non poſſit [e]. Tunc
enim ulciſci turbonem & inſolen-
tem aduerſarium etiam uicinis per-
miſſum eſt [f]. Nam in publica cauſa,
quemadmodùm quilibet admittitur
ad agendum, ita etiam ad capien-
dum [g]. Cùm tamen pro damno in re
mea illato, damni iniuria ex lege A-
quil. actio mihi competat [h], ſatius iu-
re experiendum uidetur. Sed ultio
ideò nobis conceſſa eſt, ut prædonũ
& inſolentium inſidijs occurramus.
Et ultio huiuſcemodi, non propriè
ultio, ſed defenſio eſſe cenſetur [i] At
uerò licet quod in meo innouatur,
propria autoritate tollere poſſim, nõ
tamen quod ſupra meum pendet.
Quò fit, ut ſi protectum meũ, quod
ſupra domum tuam pendet, reſcin-
das, damni iniuriæ tecum agere poſ-
ſim [k]. Et non poſſumus eum, qui rem
noſtram poſſidet, uel in poſſeſſione
noſtra nos interturbauit, niſi in loco
domicilij ſui conuenire & iure age-
18 re. [l] Duodecimo, † creditor debito
non ſoluto ex conuentione, poteſt
propria autoritate, rem ipſius debi-
toris capere [m], uel ingredi poſſeſſio-
nem ſibi obligatam. [n] Hinc eſt quòd
licet pignus ui arreptum, periculo
creditoris ui capientis cedat: tamen
ſi ex poteſtate ſibi à debitore cõceſ-
ſa rapiat, ſecus eſt [o]. Qua licentia etiã
aduerſus hæredes uti poterit, ſecun
dum addit. ad Bar. [p] Sed ipſi Bar. [q]
contrarium uerius uiſum eſt, cenſet

t l. j. C. unde ui.
u. l. prohibitũ. de iur. fiſ lib. x. C. l. deuotũ. de meta. eo. li.
x. l. ſi alius. §. bellißimè. & l. ſi uitem. §. ſi ad ianuam ff. quod ui aut clam. Bar. l. j. nu. 3. C. de interd.
y. l. ſi precario. ff com. pred.
z. l ſed & ſi inter. ubi Bart. num. 2. ff. de ſer ur. pred.
a. l. j §. nunciatio. num 5. de no. ope. nun.
b. Bar. l. j §. nũciatio. ff. de no. ope. nun. & in repet. l. creditores. num. 25. C. de pig.
c. l. quemadmodum. §. j. ff. ad le. Aqu.
d. l j. C. un. ui.
e. l. furem. ff. ad l. Cor. de ſica. Bar. l. j. nu. 7. cũ ſeq. C. unde ui.
f. l. deuotũ. ubi Bart. nu. 1. 2. de metat. lib. xij. C.
g. Bar. l. generali num. 5. 6. de decur. lib. x C. l. 3. nu. 7. ff. de iu. & iu.
h. l. quemadmodum. ff. ad le. Aquil.
i. Bar. d. l. deuotum. nu. 1.
k. l. quemadmodum. §. j. ff. ad leg. Aquil.
l. Bar. l. ij. nu. 1. C. ubi in rẽ. act.
m. l. Titius. ff. de ſer. expor. l. j. C. ſi ſer. ex por. uen.

enim cõtra ſingularem ſucceſſorem,
quantulamcumque cauſæ cognitio
nem adhibendam eſſe. Qui tamen
non ſemper in ea perſtitit ſententia,
dum dicat pactum manus iniecti-
5 tore dato non contradicerit[x]. Sic † pater sciens nuptias filij, si non contradicit, nepotes iusti esse dicunt[y], quia consentire uidetur[z]. Quòd si ignoraret, nõ utique, quò fit, ut partus iustus esse non cẽseatur[a]. Sic cùm inuitum accipiamus eum, qui non consentit ad diuortium: meritò ab ignorante, uel furioso diuertendo, ab inuito rectè diuertere dicimus[b]. Hinc quoque receptum est, filiam sponsam non contradicentem, uideri consentire patri[c], uel de dote agenti[d].

Sic in

a. l. qui uas. §. uetare. ff. de fur.
b. l. consensu. ff. de act. & ob. Inst. de ob. ex consen.
c. l. in quibuscũque. ff. de act. & ob.
d. l. si stipuler. §. fi. de uerb. obl.
e. l. j. in fi. ff. de contr. emp.
f. l. non epistolis. ubi Bart. C. de prob.
g. d. l. non epistolis.
h. Bar. l. viij. nu. 7. C. de iu. & fa. ign.
i. l. si sine ff. ad uelleia.
k. c. xxviij.
l. l. Leo tẽpore. C. de remiß. pig.
m. Bart. l. j. nu. 12. ff. de iudi. l. j. nu. 6. C. de relat.
n. l. hi qui C. de appel. l. ab eo C. quõ & qu. iud. l. j. ff. de postul.
o. l. sicut. § nõ uidetur. ff. qui. mo. pig.
p. d. §. si eo tempore.
q. l. si hypothecas. C. de remis. pig.
r. l. de ætate, § qui tacuit. ff. de inter. ac.
s. l. creditor. ff. de reg. iur.
t. l. ij. C. de acq. poss.
u. l. ij. ff. ad munic. l. j. de filijs f. li. xij. C.
x. l. si filius ff. de tutel. l. Lucius. C. de admi. tut.
y. l. si ut propo nis. C. de nup.
z. Bar. d. l. si ut.
a. l. Paulus. ff. de sta. hom.
b. l. in eo §. deinde. de ri. nup.
c. l. in sponsalibus. ff. de spõ.
d. l. ij. §. uoluntate ff. sol. mat.

6 Sic†in adoptione,sufficit enim eum,
qui in adoptionem datur, patremq;
ipsius non contradicere, ut consen-
7 tire uideātur[o].†Sic in mādato,quod
cum consensu perficiatur, sufficere
putādum est,si procurator non con-
tradicat. Vlp.[p] tamen contrà: Inui-
tum(inquit) accipere debemus,non
tantùm eum,qui contrà dicit:uerùm
eum quoq; qui consensisse non pro-
batur. Sed cùm uidendum sit,quo-
modò probetur non consensisse,ad
nostram regulam recurrendum est,
nempe si sibi mandatum fuisse sciue
rit.Certè probata illa scientia,sequi-
tur tacitus consensus.Mouet me ar-
gumentum à simili,quemadmodùm
enim qui non prohibet pro se inter-
uenire,mandare creditur[q]. Sic & qui
non obsistit mandato sibi iniuncto,
recipere censetur, atque ita Vlpian.
8 sentētiæ nostræ non refragatur.†Sic
in actione tributoria, per quam do-
minus qui scit seruū negotiari,tene-
tur peculium serui tribuere,ut secun
dùm prioritatem temporis credito-
rum distribuatur:quòd si ignoraret,
deduceret ipse quod sibi debetur[r].
Quærendū igitur est,an ipse sciens,
consentire uideatur,ut totum pecu-
lium tribuat, quod Vlp.[s] placet, qui
in quæstione proposita,scientiam ac
cipit,non uoluntatem,sed patientiā,
non enim uelle debet dominus, sed
9 non nolle.†Sic in negotiorum gesto
rum actione,nam etiam furiosus,ta-
metsi alioqui cōsensum nō habeat[t],
gerenti negotia sua utiliter, consen-
tire uidetur,alioqui in eum actionē
competeret,ut humanitate prætoria
competit[u],cùm iure ciuili non com-
10 peteret†.Puta,finito locationis tem-
pore,dominus patiēdo conductorē
possidere,ex integro locare intelligi
tur,cùm nudo consensu cōualescat,
nisi tamen furiosus sit[x]. Nam furio-
sus & infans, non consentiunt, sed
contradicunt, & inuiti rectè dicun-
11 tur[y].†Sic si seruus sciēte domino,&
non contradicente,in clericum ordi
natus fuerit,statim liber efficit,quasi
12 domino tacitè consentientē[z].†Sic &
tutor sciens,uidetur suam autoritatē
super re pupilli interponere.Qua in
re interim,dum Bar.[a] melius sibi con
stiterit,nos statuemus,tutoris tacitur

o. l.in adoptionibus.cum l. sequē. & l.si quis.eod.
p. l.filiusfam.§. inuitum.ff.de procur.
q. l.semper qui nō prohibet. ff.de reg.iur.
r. l.j.ff.de trib.
s. d.l.j.§.scientiam.
t. l.patre.ff de ijs qui sūt sui.
u. l.iij §.etsi furiosi.ff de ne.gest. Bart.l.j. nu.2.eod.
x. l.qui ad certum.ff.loca.
y. l.iiij.ff.de ser.urb.præd.
z. l.si seruus.C. de epi.& cle.
a. l.j.§.j.nu.2. l.iij.ff.de autor.tut.

nitatem,in is contractibus,qui con-
sensu perficiuntur,autoritatem ope-
rari,tametsi pupillo alioqui nōn ex-
pediat. In alijs uerò contractibus,in
quibus maior solennitas requiritur,
fauore pupilli,etiā interpretabimur
taciturnitatē,consensum operari.Pu
ta,licet fideiussor non nisi præcedēte
interrogatione & subsequuta respō
sione,obligetur[b]:tamen in fideiusso
re tutoris speciale est,ut præsentes &
13 non contradicētes obligentur[c].†Sic
& dominium cùm non nisi per tradi
tionem acquiratur[d],solus consensus
sine traditione, nisi ex singulari ali-
quo priuilegio,non poterit suffice-
re[e].In obligationibus realibus, op-
posita nobis cum præcedenti regula
proponenda est,ut tacendo contra-
dicere uideatur.Puta,cùm seruitus,
inuito domino fundi non acquira-
tur[f]: inuitum accipimus eum,non so
lùm qui contradicit, sed & eum qui
non consensit.

b. l.blanditur. C.de fideiuss.
c. l.cùm ostēdimus.§.fideiussores.ff.de fideiuss.tut.
d. l.traditionibus.C.de pac.
e. Bar.l.si ager ff.de rei uen.
f. l.iij.ff.de ser. urb.præd.

CAPVT XIX.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIO.

QVædam est coniūctio & quasi
societas,& cōmunicatio utili-
tatum,quæ ex sponsalibus & coniu
gio,siue matrimonio proficiscitur[a].
Hinc liberorum procreatio & edu-
1 catio[b].†Cæterū sponsalia eò ab spon
deo dicta sunt,quòd moris fuerit ue
teribus stipulari & spōdere sibi uxo
res futuras[c].Hinc spōsus & sponsa[d].
Sponsio igitur appellatur,nō solùm
quæ per spōsi interrogationē fit[e]:sed
omnis stipulatio,fideiussio[f],uel pro-
2 missio[g],†in plerisq; enim conueniūt,
Sponsa-

a. l.j.§.nam iure ff.de iu.& iu.
b. d.§.nam.& §.j.Inst.de iure nat.
c. l.ij.ff.de spōs.
d. l.iij.eod.
e. l.sponsio.ff. de uerb.sig.
f. l.iij.§.si is.ff. quod quisq. iu.
g. d.l.sponsio. l.iij.in fi. de act.& obl.

Sponsalia, cùm mentio & repromissio futurarum nuptiarum sint[h], sicq; in tempus futurum conferantur: ea nimirùm instar habere stipulationis dicimus, quę uerborum conceptio esse dicitur, quibus is qui interrogatur, daturum facturum'ue, se id quod interrogatus est, respõdet[i]. Præthereà, quemadmodùm à maiore septennio, sponsalia contrahuntur[k], sic & stipulatio: nam qui loqui potest, & stipulari & promittere rectè potest[l]. In plerisque tamen alijs discrepant.

h. l. j ff. de spõ.

i. l. v. §. stipulatio ff de uer. obl.

k l. in spõsalib. ij. ff de spon.

l. l. j. §. furiosum ff. de act. & obl.

3 DIFFERVNT †

SPONSALIA.	STIPVLATIONES.
1 *Perficiuntur nudo consensu.*	1 *Perficiuntur interrogatione & responsione.*
2 *Inter absentes contrahuntur.*	2 *Inter absentes non contrahuntur.*
3 *Multa tacitè insunt.*	3 *Nihil tacitè inest.*
4 *Contracta non dissoluuntur.*	4 *Acceptilatione dissoluuntur.*

Stipulationes igitur licet non nisi interrogatione & responsione perficiantur[m], in sponsalibus tamen secus
4 est, † in quibus nudus consensus sufficit[n]. Videamus tamen, ne scriptura quandoq; necessaria sit, Imp. [o] ait
» Dignitatibus decoratis, licentiam
» prębemus, quibus libet mulieribus,
» dotalibus instrumentis propositis
» copulare. Sed inficiari non possumus, quin etiam sine instrumentis, ex solo consensu perficiantur[p]. Videamus tamen, ne uerba adinstar stipulationis, necessaria sint, ut probat Accurs. [q] Respond. secundum Canones[r], quòd matrimonium reuera contrahitur per legitimum uiri & mulieris consensum: sed necessaria sunt, quantùm ad ecclesiam, uerba consensum exprimentia de præsenti. Ergo muti non possent contrahere matrimonium. Quare maneamus in priore nostra sententia, solo cõsensu perfici matrimonium, quod etiam inter absentes perficitur[s]. Stipulatio non utique[t]: cui nihil tacitè inest, sed tantùm operatur, quantùm loquuntur contrahentes, quæ nimi-
5 rum stricti iuris esse dicitur[u]. † In sponsalibus uerò secus est, in quibus si aliquid datum sit, & alter diuertere uelit, is datum amittit, & receptũ conduplicatum restituere cogitur[x], nisi impotens esset matrimonij[y]. Vel si morte præuentus, non adimpleuerit: si osculum intercesserit, irrita pro parte tantùm donatio fit[z]. Et in actione de dote, quæ ex sponsalibus & matrimonio proficiscitur: tacitè mulier censetur stipulata dotem sibi, uel suis restitui[a]. Et bona mariti tacitè pro dote uxoris, sibi uel suis obligata sunt[b]. Postremò, stipulatio per acceptilationem dissoluitur[c]. Sponsalia uerò minimè, cùm enim mutuo consensu perficiantur sponsalia[d], & consensus ipse nuptias faciat[e]: nuptiæ autem semel contractæ, non nisi ex legitima causa dissoluantur[f], meritò sponsalia dissolui non poterunt[g]. Neque alius cum sponsa matrimonium cõtrahere poterit[h]. Si enim ab uxore diuertere permissum non sit: & appell. uxoris, uetuiat etiam sponsa[i]: meritò neque sponsam dimittere permissum erit. Quæ non satis animaduertit Innocen. cùm secus responderit[k]. Præualet tamen aliorum sententia, adeò ut si sub conditione, sponsalia contrahantur, conditio, utpote inutilis uitietur, & maneant sponsalia pura[l], neque parentes alteri tradere poterunt[m]. Contr. iure Ciuili non tantum patri[n], uerùm etiam contrahentibus hoc permissum est, qui non tantùm modò sponsalia, uerùm etiã matrimonium contractum rescindere poterunt[o], & arræ duntaxat datæ amittũtur[p]. R. Duæ proponunt solutiones, quarũ neutra potest subsistere: prior est Bal.[q] ut procedat in spõsalibus

m. l. j in prin. & d. §. stipulatio. de uer. obl.

n. l. sufficit. l. spõsalia ff. de spõ. l. nuptiæ. de reg. iur. l. Paulus. de sta. homi. §. j ubi Bar. nu. 4. s. cũ seq authẽ. de nup.

o. §. illo. auth. ut lic. mat. & auiæ.

p. d. l. nuptias.

q. glo iuij l. cũ notissimi. C. de præsc. xxx ann.

r. c. tue. de spõ.

s. l. sufficit. ff. de spon.

t. l. j de uer. ob.

u. l. quicquid. de uer. obl.

x. l. cũ ueterũ. C. de do. ante nup. l. v. C. de spon.

y § distrahitur uer. per occasionem. auth. de nup.

z l si à sponso. eod l. iij. C de spon ubi not.

a. l assidun. §. ad hæc. C. qui pot in pig.

b. l. j. §. j. §. illo. C. de rei uxo. act. § fuerat. Inst. de act.

c. l. an inutilis. §. acceptilatio. l si acceptilatū § inter. ff de acce.

d. d l sufficit.

e. d. l. nuptias.

f. Matth. 19.

g. c. j de spon. duo. c. j. c quicunque. c. si. xxvij q. ij. c. j de spon in. j. in vj.

h. c. desponsatas. c de cõiugali c. fin.

i Bar. l. v. C. de bo quæ lib.

k. c. si. extr. de spon duo.

l. d. c. quicunq;. xxvij q ij

m. c. despõsatã. c. de cõiugali. § itẽ. xxvij. q. ij. c. j. de spon. imp. in vj.

n. l. in potestate. ff. de spons.

o. l. j. C. de spõ. §. distrahuntur. authẽ. de nupt.

p. l mulier. C. de spon.

q. d. l. j.

libus de futuro tantùm. Sed non animaduertit sponsalia, non nisi in futurum tempus contrahi[r]. Altera est, Si sponsus per triennium aberit[s]: nisi iusta & necessaria absentiæ causa sit[t]. Tamen cùm à sufficienti partium enumeratione, non sit legitima causa diuortij[u], & re uera matrimonium sit[x]: meritò propter quamcunque absentiam, sponsalia dissolui non potuerunt[y]. Minus quoque matrimonium[z].

7 Obstat secundò †, Velle quis intelligitur cùm effectus sequutus est[a]: ut si creditor pignus distrahi uoluerit: non est satis ad eum repellendum, quòd uendi uoluerit[b]. Sic si is qui pœnam stipulatus est, si quid à se petatur, in ius uocatus sit, & satis iudicio sistendi causa acceperit, tamen si lis cōtestata non sit, stipulatio non committitur, hic enim non petit, sed petere uult[c]. Sic in eo qui sponsalia cōtrahere uult, nō enim cōtrahit matrimoniū, sed uult cōtrahere, quod nimirùm uelle, interim reuocare poterit. Verbum enim uelle, est suspensiuum[d]. Respon. Dictum à promissione, multùm interesse. Nam qui uerbo tenus dicit, se uelle sponsalia contrahere, & nudo sermone finit, non obligatur[e]. (Atque ita defendi potest Iuris ciuilis, eiusdemque interpretum sententia, existimantiū sponsalia, in futurum reuocari posse) Qui uerò consensum accommodat ad actum, ex quo sponsalia, atque hinc matrimoniū sequitur, ueluti si quis mulieri promiserit, eum sibi in maritum futurū, & uicissim mulier sponsam illi futuram spondeat, iam re uera sponsa est, quia mutuus ille consensus, qui ad sponsalia contrahenda requiritur, intercessit, meritò ab ijs spōsalibus recedere fas non erit[f]. Quia non amplius in deliberatione ponit, sed nuptiarum consensum exprimit, quo solo nuptiæ perficiuntur[g], quæ nimirùm sic ab Imper.[h] & Modest.[i] definiuntur,

8 **Nuptiæ† siue matrimonium[a] est uiri & mulieris[b] coniunctio[c], indiuiduam[d] uitæ consuetudinem retinens.**

a MATRIMONIVM. Cùm à digniori facienda sit denominatio, &

r. l. j. ff. de spon.
s. l. ij. C. de repud.
t. l. spons. ff. de spons.
u. Mat. xix.
x. d. §. & quia uerò. d. l. j. de spons. d. c. de coniugali.
y. d. c. xix. Mat.
z. d. §. quia uerò ex consensu. auth. ut li. matr.
a. Bald. l. iij. C. de collat.
b. l. sicut. §. si uoluntate. ff. qui. mo. pig.
c. l. amplius. ff. rem rat. hab.
d. l. si quis stip. de uer. ob.
e. l. sciendum. §. dictum. ff. de edil. edi.
f. d. §. dictum.
g. l. nuptias. de reg. iur. c. sufficiat. xxvij. q. ij.
h. §. j. Instit. de pat. pot.
i. l. j. ff. de ritu nup.

filij ex legitimis nuptijs suscepti, patris statum sequātur[a]. Videbatur potius patrimonium, quàm matrimonium esse dicendum. Cùm tamen pariendi labor & difficultas, matris sit, (natiuitatem enim uoluit Deus esse periculosam matri, quò charius haberet quod peperisset, tametsi auiæ soleant indulgentius habere nepotes, quàm matres suos liberos) meritò matrimonium potius quàm patrimonium appellatum est. Sed & matrimonium eò sic appellatur, quòd pudicæ filiæ efficiantur matres.

b VIRI ET MVLIERIS. Non enim masculorum concubitus, matrimonium facit.

9 c CONIVNCTIO.† Spontanea ac libera[b]. Alioqui nuptiæ non sunt, si consensus defecerit[c]. Videtur tamen matrimonium ab inuito cōtractum ualere[d]. Respon. in dubio filiusfamiliâs maluisse uidetur, ut morem gerat uoluntati patris (tametsi coactio reuerentialis inducat rescissionem actus[e]) nisi euidenter dissentiat. Dissentire autem ita demum ei permittitur, si indignam moribus & turpem personam, eum ducere uelit[f]. Si tamen uoluntaria corporum coniunctio subsequuta fuerit, præcedens matrimonium confirmat[g]. Cæterùm si quis uirginis pudicitiā deformauerit, eam inuitus uxorem ducere cogitur, quā dimittere non poterit[h]. Præterea non tantùm animorum, uerùm etiam corporū hæc coniunctio est[i] (Atque ita Vlp. respō.[k] interpretandum est) quæ si deficiat, consensus dissoluitur[l]. Et dotis augmentum non debetur, si alter ante primum concubitum decesserit, qua tamen in re amplius quandoque deliberauimus[m].

d INDIVIDVAM. Relinquet homo patrem & matrem, dixit Dominus[n], & adhærebit uxori suæ, &
10 erunt duo in carne una. † Quos diuina uoluntate coniunctos, cùm homo disiungere nequeat[o]: quid de hac sanctione canonica dicendum, qua docemur non mœchari eum, qui suam uxorem dimisit, sed qui alteram duxerit[p]. Matrimonium (inquit) uoluntate perficitur. Qui diuertit, uoluntate tamen durat matrimonium

a. l. cùm legitimæ. ff. de sta. hom.
b. l. ij. l. non cogitur. ff. de ri. nup. l. nec filiu. C. de nup. l. j. si quacūque præd. pote. l. si mulier. §. si dos. ff. quod me. cau.
c. §. illud quoque. auth. quib. mo. leg. § nuptias. authēt. de nup. l. nuptias. de re. iu.
d. l. si patre. ff. de ri. nup.
e. Bar. l. qui aliena. §. Celsus. ff. de acq. here. per l. j. § quæ onerãdæ. ff. quæ re. act. non det.
f. l. sed eam. ff. de spons.
g. l. ij. & iiij. C. quod me. cau.
h. Deuter. xij.
i. l. sancimus. C. de nup.
k. l. nuptias. de reg. iur.
l. §. quia uerò et ex cōsensu. authēt. ut li. mat.
m. lib. ij. quest. cap. ij.
n. Genes. ij.
o. Mat. xix. & Pau. Ephes. 5.
p. c. matrimonium. xxvij. q. ij. & c. tu. extr. de adul.

monium. Meritò, non qui diuertit, sed qui aliam ducit, mœchatur. Verùm cùm Dominus dixerit[q], mœchari eum, qui uxorem suam, nisi ob fornicationem dimisit, quam alteri ducere fas non est[r]. Cùm enim matrimonium ad procreandam sobolem à Domino institutum sit, quomodo coniuges præstabunt ea, quæ sunt matrimonij, si diuertãt? Meritò non tantùm is mœchatur, qui aliam, uel dimissam duxerit, uerùm etiam qui tantùm dimiserit (nisi ob fornicationem, uel aliam legitimã causam).

q. Mat. v. xix.

r. Deut. xxiiij.

Quia sine uxoris uolũtate, uiro continere non licet, quod cùm statuat Pontifex[s], etiam in causa minus probabili, scilicet si coniuges filium in sacro baptismate susceperint, diuortium aliudq; matrimonium promittit Pontifex Deusdedit, siue Dorotheus, anno sexcentesimo decimoquinto, & in concilio Maiensi octingentesimotertio[t]. Mirum est, quòd tam leuiter & pessimè Legi diuinæ obsistat. Dicendum igitur nobis est, inter quas personas nuptiæ illegitimæ, uel minus permissæ sint.

s. c. situ. xxvij. q. ij.

t. cap. lv.

11 Nuptiæ *prohibitæ*,
- 1 *Cum consanguineis*,
  - 1 *Patri, cum*
    - 1 *Filia legitima.*
    - 2 *Naturali.*
    - 3 *Adoptiua.*
    - 4 *Nepte.*
    - 5 *Pronepte.*
  - 2 *Filio, cum*
    - 1 *Matre.*
    - 2 *Auia.*
    - 3 *Proauia.*
    - 4 *Amita.*
  - 3 *Fratri, cum sorore.*
  - 4 *Patruo, uel auũculo, cũ*
    - 1 *Nepte.*
    - 2 *Pronepte, usq; ad quartũ gradum.*
  - 5 *Consobrino, cum consobrina.*
- 2 *Cum affinibus*,
  - 1 *Marito, cũ*
    - 1 *Priuigna,*
    - 2 *Socru.*
    - 3 *Sorore uxoris.*
  - 2 *Patri, cum*
    - 1 *Vxore filij.*
    - 2 *Nepte.*
    - 3 *Vxoris filia.*
  - 3 *Filio, cum*
    - 1 *Matertera.*
    - 2 *Nouerca.*
    - 3 *Filiabus secundi matrimonij.*
  - 4 *Fratri, cum*
    - 1 *Vxore fratris.*
    - 2 *Sponsa fratris.*
- 3 *Sine iussu parentum.*
- 4 *Impuberibus.*
- 5 *Furioso.*
- 6 *Frigido.*
- 7 *Infideli.*
- 8 *Magistratibus cum impudica, uel cum ijs quæ suæ iurisdictionis sunt.*
- 9 *Inter seruos.*
- 10 *Cum desponsata.*
- 11 *Clandestinæ.*
- 12 *Duplices.*
- 13 *Inter pupillam & filium tutoris.*
- 14 *Inter filios, quorum gratia ad compaternitatem uentum est.*
- 15 *Cum illa quam in baptismo suscepi.*
- 16 *Cum illa cum qua puerum in baptismo suscepi.*
- 17 *Filius patris spiritualis cum filia à patre suo, in sacro baptismate suscepta.*
- 18 *Cum illa cuius filium duxi ad confirmandum.*
- 19 *Libertus patronam.*
- 20 *Presbyter omnino.*

i Vel con-

u. Leuit. xviij. xxj. Deuteron. xxvij. x. §. ergo. §. inter. Instit. de nuptijs. cap. qui dormierit. xxvij. q. ij. y. l. Iurisconsultus. §. parentes. de grad. affin. l. appellatio parentum de uerb. sign. §. alia deinde lex. j. de publ. iud. z. §. si uerò institutio. auth. de hær. & fal. l. si liber- tus. l. filium qui patri. §. j. de bo. lib.

1. CVM consanguineis.) Inter eas
personas, quæ parẽtum, liberorum-
ue locum inter se obtinent, contrahi
nuptiæ, iure diuino prohibentur[u],
quam sententiam etiam ius ciuile se-
quitur[x]. Verùm cùm parentum, libe
rorum'ue multiplex significatio sit.
12 Quandoque† enim parentum signi-
ficatio, in infinitũ sumitur[y]. Vt cùm
de successione intestatorum agitur.
Nam si nulla fuerit institutio uel sub
stitutio, hæreditas uenĩetibus ab in-
testato[z], hoc est, omnibus ijs qui pa-
rentum nomen retinent[a], defertur.
Quo loco parenti significatio, in infi
nitum sumenda est[b], siquidem nulli
superstites gradus fuerint, dicemus
aliquando Deo dante, ad successio-
nes intestatorum. Aliquando strictè,
parẽtis significatio sumitur. Vt cùm
parente mortuo, filium fa. sui iuris ef
fici dicimus, de patre tantùm intelli-
gimus, cùm filius in patris, non ma-
tris potestate existat[c]. Atque ita Im-
per.[d] & Vlp.[e] resp. interpretandum
13 est. Sic† & liberorum appellatio non
solùm ad nepotes[f]: uerùm etiam ad
pronepotes, & ultra trinepotes[g], cæ
terosq; qui ex ijs descendunt, re-
fertur[h]. Et non tantùm qui sunt in
potestate, uerùm etiam qui sui iuris
sunt, siue uirilis; siue fœminei sexus,
uel ex fœminino sexu descenden-
tes[i]. Denique liberorum appellatio in
infinitum sumitur. Hinc est, quòd si
testamẽtum propter inofficiosi que-
relam, aut quomodolibet infirme-
tur[k]: tamen ij qui liberorum nomen
retinent, legata in eodem testamen-
to ipsis relicta non amittunt[l], tamet-
si naturales tantùm existant[m]. Quod
uerò ad rem præsentem attinet, libe-
rorum significatio usq; ad quartum
duntaxat gradum porrigitur, de qui-
bus nimirùm secundum tabulæ no-
stræ ordinem dicendum est. Patri
cum filia legitima, naturali, nepte,
pronepte[n]. Prætereà filio, cum ma-
tre, auia, proauia, amita[o]. Fratri quo-
que cum sorore[p]. Patruo cum nepte,

a. l. amitæ. C. com. de suc. b. d. §. paren- tes. cũ simil. c. §. qui igitur. Inst. de patr. pot. §. fœmi- næ. de adop. d. §. si uerò. In- stit. qui mod. ius pa. pot. e. l. nuptiæ. de ritu nupt. f. l. si dotali. ff. sol. matr. g. §. sed si hæc. §. liberos au- tem. ff. de in ius uoc. l. iu- riscon. §. pa- rẽtes. de gra. affin. h. l. liberorum. de uerb. sign. i. l. cognosce- re. §. j. eo. k. l. militis. §. ueteranus. de mil. test. l. l. j. cum §. j. de leg. præst. l. hac. §. ex im perfecto. C. de testa. l. si fam. ercisc. m. l. cum pater. §. uolo. l. Lu- cius. ij. in fin. de leg. ij. l. & nihil. de ritu nupt. l. ex fa- cto. §. si quis. l. hæredibus. in fi. ad treb. l. generaliter. in fi. C. de in- stit. & subst. §. intestatorũ Inst. de hære. quæ ab inte. l. liberos. de se- natorib. n. §. & hæc. Instit. de adoptionib. l. adoptiuum. de ritu nupt. Leuit. cap xx. o d. cap. xx. §. item amitam. Instit. de nuptijs. l. nemini. C. de nuptijs.

p. §. fratris. Inst. de nup. c. non debet. extrà de consf. & affin. q. d. §. fratris. l. nemini. C. de nupt. r. d. §. fratris. xxij. q. ij. c. si quis. c. quidam. Leuit. xx. s. §. duorum. Instit. de nupt. c. non debet. extrà de cons. & affin. l. celebrandi. C. de nupt. t. l. ideo. C. de hæ. insti.

pronepte[q], usque ad quartum gra-
dum[r]. Consobrino cum cõsobrina[s].
14 .2. CVM† AFFINIBVS nuptiæ pro-
hibitæ sunt. Dicuntur autem affi-
nes, uiri & mulieris cognati, dicti ab
eo, quòd duæ cognationes, quæ di-
uersæ inter se sunt, per nuptias copu
lentur[t]. Inter quos, ut antè diximus,
nuptiæ prohibitæ sunt[u]. Puta, mari-
to, hoc est, uitrico, cum filia uxoris
suæ, hoc est, priuigna sua[x]. Vel mari-
to, hoc est, genero, cum matre uxoris
suæ, hoc est, socru sua[y]. Vel cũ soro-
res uxoris suæ[z]: patri, hoc est, socero:
cum uxore filij sui, hoc est, nuru sua[a].
Sic & filio, hoc est, priuigno: cum se-
cunda uxore patris sui, hoc est, no-
uerca sua[b]. Vel filio cum matertera,
hoc est, sorore matris suæ[c]. Vel filia-
bus secundi matrimonij, nuptiæ pro
hibentur[d]. Sic & frater, cum uxore,
uel sponsa fratris sui, tametsi mortui,
contrahere matrimonium prohibe-
tur[e], tametsi lege ueteri secus esset[f].
15 .3. SINE† iussu parentũ, nuptiæ con
sistere non possunt[g]. Parumq; refert,
si filia emancipata fuerit[h]. Adeò ut
maritus infamia notetur, si sine con-
sensu parentum uxoris, matrimoniũ
contrahat[i]. Idem in filiofamiliâs mi-
lite[k]. Alioqui, filij ex eo matrimonio
suscepti, iusti non erũt[l]. Cùm tamen
milites, iure nouissimo, sui iuris effi-
ciantur[m], ad instar filiorum emanci-
patorum[n], si citra parentum consen
sum matrimonium contraxerint, ex-
hæredari nõ poterunt[o]. Cùm tamen
ius agnationis, utpote ius naturale,
iuris Ciuilis autoritate dissolui ne-
queat: præstat potius emancipatos,
propter paternam reuerentiam, cum
ipsorum consensu, matrimoniũ con
trahere: iure Pontificio indistinctè
solus coniugum consensus sufficit[p].
Adeò ut etiam parentibus inuitis,
religionem ingredi eis permissum
sit[q]. Cùm tamen parentibus obedi-
endum sit[r], constitutiones illas silen-
das & reijciendas esse censeo[s].
16 .4. IMPVBERIBVS.† Iurisconsul-

u. §. qui desponsatam. xxvij. qu. ij. l. iiij. §. hos itaq. de gra. affi. §. affinitatis. Inst. de nup. x. §. affinitatis. Inst. de nupt. l. nemini. C. eod. y. l. iiij. § gradus. de gradi. affi. §. socrũ. Instit. de nup. d. l. nemini. z. l. non facile. §. uir. ff. de gr. affi. a. d. § socrum. d. l. nemini. C. de nup. b. l. nõ facile. § gradus. de gr. aff. d. §. socr. d. l. nemini et l. si adulterii. §. idem imp. ff. de adul. c. d. § item amitam. Leuit. xx. d. §. si uxor tu. Inst. de nupt. e. Mat. vij. xxij f. Deuter. xxv. g. §. iustas autem. iussu. Inst. de nup. h. l. si ut propo nis. l. uidua. C. de nup. i. l. j. § qui ad ff. de iis q. no inf. k. l. filium. ff. de ritu nupt. l. l. Paulus ff. de stat. hom. m. § nunc autẽ. auth. quib. quæ de lib. n. l. iij. §. si emã cipatus. ff. de bo. pos. cõ. ta. o. d. §. si emãs. p. c. sufficiat. xxvij. q. ij.

q. c. puella. xx. q. ij. §. sed. auth. de san. ep. l. deo nobis. C. de ep. & cle. r. Mat. xv. xix. Leuit. xx. s. Bar. l. ij. § j. nu. a. sol. matr.

ti certum

ti certum præscripserunt tempus, quo iuuenes uxorem ducere, & puellæ nubere debeant. Vt soboles ex adultis perfectæq; ætatis parentibus nata, ualida sit & uegeta. Ex coitu præpropero, non solũ læduntur corpora gignentium, uerùm etiam proles nascitur imbecilla. Hinc Diogenes interrogatus, quando uxor ducẽda esset: Iuueni (inquit) nondum, seni nunquam. hoc est, ante pubertatem, nondum: quia qui ante tempus dat operam liberis, carent apud illos autoritate, quam ætas conciliat. Ergo in illud tempus matrimoniũ differtur, dum procreare liberos possit. Seni uerò nunquàm, quia qui iam urgente ætate ducunt, nec fruuntur liberis suis, nec eos possunt ad perfectam ætatem perducere, morte seniorisq; præuenti. Non minus igitur apta est senectus nuptijs, quàm bruma messibus. Ridiculum ioci genus est, sponsus senex, tametsi uxorem eis ducere permissum sit[t], quemad-
17 dum & puberibus[u]. † Masculorum autem pubertas, decimoquarto anno incipit[x], quibus finibus etiam tutela finitur[y]. Pubertatis autem proximus est, qui sex tantùm mensibus à pubertate procul abest[z]. Qui tantùm abest, ut matrimonium contrahere possint, quin etiam decimumquartum annum attigisse non sufficiat, sed eos adimpleuisse necesse est[a], tametsi in condendo testamento secus sit[b], Cann. tamen pubertatẽ, non ex annis, sed ex habitu corporis dijudicant[c]. Hinc refertur in libro statu Ecclesię, puellam quandam nonum annum agẽtem, in loco ubi flumen Mosellæ Rhenum ingreditur, à coquo patris stupratam, grauidam fuisse, filiamq; peperisse[d]. Cæterùm licet ueteri iure, à quibusdã hæc sententia comprobaretur, ut corporis duntaxat habitum spectaremus[e]: tamen præualuit sententia existimantium, ex habitu corporis, ætatis fines præscribendos non esse[f]: sed in masculis, anno decimoquarto incipere, in fœminis uerò anno duodecimo[g]. Nec sufficit duodecimum annum attigisse, sed adimpleuisse necesse est[h]. Neque legitima uxor antè dicitur[i], tametsi alioqui initio anni duodecimi, testamentum condere possit[k]. Viro tamen & mulieri sponsalia, septimo anno, parentum cõsensu permissa sunt[l]. Hinc cùm constet pubertatem decimoquarto anno in masculo, in fœmina duodecimo concludi: inferimus dotis nomine datum, si quando iustam ætatem natus fuerit: cumprimùm ætatem illam attigerit, peti posse, interim tamen reuocari permittitur[n]. Idem si legitimæ ætatis mentio facta sit, de pubertate enim intelligimus, quę decimoquarto anno in masculo, in fœmina, duodecimo concluditur[o]. Aut si pupillæ legatum relictum sit, quando nupserit, licet ante tempus nubat, nõ tamen prius debetur, quàm uiripotens esse cœperit[p]. Quia non potest uideri nupta, quæ uirum pati nõ potest. Illam tamen conditionem, triennio post pubertatem adimplere tenetur, ubi relictum proponitur, cùm nupserit[q]. Hinc prætereà elicimus, quòd si matrimonium cum pubere contrahatur, & interim dotalia prædia maritus acceperit, fructus non faciat suos: quia non potest dici dos, cùm non sit matrimonium[r], nisi onera sustineat[s]: cùm tamen lege prohibente contraxerit, propter dolum & latam culpam nihil consequi debet[t]. Sibi ergo imputet maritus, quòd cum impubere matrimonium uetitum contraxerit. Errauit enim in iure, iuris autem ignorantia, ut quis lucrum sentiat, minimè prodest[g]. At licet donatio facta sponsæ per uerba de præsenti, non ualeat[h]: tamen si illa non erat uiripotens, donatio te-
18 net[i]. † Alia est plena pubertas, quæ decimo octauo anno incipit, & antè postulare[k], manumittere[l], uel adoptare permissum nõ est[m]. Ad quam plenam pubertatem, legatũ alimentorum, masculis usque ad pubertatem relictum, referimus, fœminis uerò usque ad decimumquartum annum[n]. Legitima uerò absoluta & perfecta ætas, uigesimoquinto anno incipit[o]. Quo tempore cùm uirilis uigor compleatur[p]: meritò uigesimoquinto anno, uiri rectè ap-

t. l. sancimus. C. de nupt. l. sed est quæsitũ. l. si quis posthumos. ff. de lib. & posth. glo. c. ij. extrà de fri. & malefic.
u. §. j. Insti. de nupt.
x. c. in præsentia. § præterea. extrà de proba. c. cùm puberes. ext. de spon. imp.
y. §. j. Inst. qui. mo. tut. fi.
z. l. xx. ubi Bar. cum §. j ff. de excus. tut. & ibi Nicol. de Neap.
a. l. sancimus. C. de nupt. §. nouimus. authent. de tem. non sol. pec. & d. §. j. Bar. §. sed uerò in tra. nu. 2. authẽ. de mona.
b. l. qua ætate. §. j. ff. de testa.
c. c. puberes. extrà de spõ. impu. no. Bar. l. xxxiij. cũ addit. ff de min. Bart. l. xliiij. nu. 7. cũ seq. & nu. 10. cũ seq. eod.
d. not. Bar. l. xiiij. nu. 8. ff. de uulg. cum add. impos.
e. §. pubertatẽ. Inst. qui. mo. tut. fin.
f. l. mino. xxv. an. ff. de min.
g. §. j. instit. de nup. § j. qui. mo. tut. fi. l. si uxor. §. si minor. l. miles. §. fin. ff. de adult.
h. l. minorẽ. ff. de ritu nup. l. sancimus. C. de nup.
i. d. l. minorem.
k. l. qua ætate. § j ff. de testa.
l. l. in spõsalib. contrahẽdis. ff. de spõs. c. j. de spon. imp. in vj.
n. l. quod Seruium. ff. de cõ. cau. da.
o. not. addit. ad Bart. l. iiij. de ijs qui ue. æt.
p. l. hæc cond. filiæ. de cond. & demõ. no. Bart. l. lix. §. pupillo. ff. de admi. tut. & ad si ad Bar. l. iiij. ff. de li. & posth. & in l. ex facto. nu. 1. de uulg.
q. Bar. per illũ text l. ij. § ad filiorũ. C. qu. & qui. quar. pars. lib. x. C. Bar. l. xxij. §. j. ff. de hære. instit.
r. l. si ante nup. ubi Bar. nu. 2. ff. sol. matr.
s. Bart. Lan in patrẽ. ff. quod fal. tut.
t. d. l. si ante. l. sed & si §. cõsuluit. de pet. hær. Azo in. de iur. dot.
g. l. regula. ff. de iu. & fa. ig. not. l. lx. §. si inter. & ibi. Bart. cũ add. ff. mand.
h. Rom. consi. cxlvj. Bald. auth. ex testamento.
i. l. antep. ff. de do. inter uir.
k. l. j. §. pueritiam ff. de postul.
l. § fin. inst. quib. ex cau. manumit. non lic.
m. §. minorem. Inst. de adop.
n. l. mela. ff. de adi. leg.
o. l. fi. C. de ijs qui ue. æt. l. cũ filio. §. fi. de leg. iij.
p. l. j. ff. de min. xxv. an.

pellantur[q]: quam etiam plenam ætatem, Imperator[r] appellat. Et alterius tutelam antè suscipere, cogi nemo poterit[s], & ad eam usque ætatem, curatoris potestas manet, & Adolescentes dicuntur[t]. Quos ætatis fines cùm quis excesserit, inter seniores cõnumeratur[u]. Si tamen uigesimum annum natus, suis rebus præesse uelit, uenia ætatis à principe imploranta, poterit[x].

5. FVRIOSO. Furiosus matrimoniũ contrahere prohibetur[y], tametsi ante furorem contractũ nõ dirimatur[z].

6. FRIGIDO. Qui coire non potest, uxorem ducere prohibetur[a].

7. INFIDELI. Cum infidelib. matrimoniũ contrahere non permittitur[b].

8. MAGISTRATVS, uilem & impudicam, uel quæ suæ iurisdictionis sit, ducere prohibetur[c]. Sed iure nouissimo, nulla dignitas prohibet, cũ qua uoluerit, etiam cum liberta matrimonium contrahere[d]. Si enim antè habere concubinã ipsi permitteretur[e], multò magis fas ei esse debet, ad cuius tandam fornicationem, cum qua uo luerit, matrimonium contrahere[f].

9. INTER seruos, nuptiæ prohibitæ sunt[g].

10. CVM desponsata.) Sponso uel sponsæ aliud contrahere matrimonium prohibetur[h].

11. CLANDESTINÆ nuptiæ prohibitæ sunt[i], ex quibus ne soboles quidem suscepta, legitima est[k].

12. DVPLICES[l]. Et qui duas uxores eodem tempore habuerit, uel illa quæ secundò nupserit, uiuente priore marito, infamia notatur[m]. Hinc est quòd si uir, cùm suam uxorem mortuam intellexisset, alteram duxerit, et prior uiuere intelligatur, secundam dimittere cogitur[n]. Filij tamen interim suscepti, erunt legitimi[o].

13. INTER pupillam & filium, uel hæredem, aut libertum tutoris, uel curatoris, nuptię prohibitæ sunt[p], ne puella in re familiari circũueniatur[q]. Nisi puella hæres instituta sit[r]. Sed secũdum Canones nubat puella cui uoluerit[s]. Cæterùm de pupillo, nulla controuersia est, quin tutoris, uel curatoris filiam uxorem ducere possit[t]. Quia pupillus tutorem cogere potest, ut rationes reddat[u].

14. INTER filios, quorum gratia ad compaternitatem uentum est, pontificali constitutione matrimonium prohibetur[x].

15. CVM illa, quam in baptismo susscepi[y].

16. CVM illa, cum qua puerum in baptismo suscepi[z].

17. FILIVS patris spiritualis, cum filia, à patre suo, in sacro baptismate suscepta[a].

18. CVM illa, cuius filium duxi ad confirmandum[b].

19. LIBERTVS patronã ducere uxorem prohibetur[c], sed iure nouissimo hoc sublatum est[d].

20. PRESBYTERIS omnino interdicta sunt matrimonia[e], quod prædixerat Paulus apostolus[f]. Huc pertinet sanctio illa Iustiniani[g] aduersus eos, qui prohibitas nuptias contraxerint, quæ cùm singularis ac difficilis sit, eius interpretationem, utpote ad rem præsentem, admodum necessarium aggrediemur:

Si† aduersus ea quæ diximus, aliqui coierint: nec uir[a], nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque[b] ij, qui ex eo coitu nascunt, in potestate patris non sunt: sed tales sunt (quantum ad patriam potestatem pertinet) quales sunt ij, quos mater[c] uulgò cõcepit. Nã nec hi patrem habere intelligun tur, cùm & his pater incertus sit. (unde[d] solẽt spurij appellari, uel à Græca[e] uoce σποράδην, uel ἀπὸ ἀπάτορος, quasi sine patre filij.) Sequitur ergo, ut dissoluto tali coitu, nec dotis[f], nec donationis exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ sacris cõstitutionibus continẽtur.

Huius constit. hypothesis hoc habet, quòd qui aduersus legis præcepta contrahit, quod ad omnes contractus referendum est[h], nihil agit[i].

f. Timoth. cap. v. g. § si aduersus. instit. de nupt.
h. l. non dubium §. nullum. ff. de legibus.
i. l. j. si aduersus uendi. Iason. authen. sacramenta. num. 36. cod.

q. Bart. d. l. j. num. 1.
r. l. fi. §. necessitate. C. de bo. quæ lib.
s. l. fi. C. de leg. tut.
t. l. j. in fi. ff. de minor.
u. l. nõ aliter. in fi. de leg. iij.
x. l. ij. C. de ijs qui ue. eta. l. iij. ff. de min.
y. l. oratione. ff. de ritu nupt.
z. l. patre. ff. de ijs qui sunt s.
a. c. j. extrà de frig. & male.
b. nu. 7. 36. l. ne quis. C. de iud.
c. l. semper. l. lege. ff. de ritu nupt. l. j. C. de nat. lib. l. etsi. de nup. Aret. consil. xxiiij. nu. 17. Rom. decxliij. l. j. C. si quacũque præ. pot. l. j. C. de contra. iu. l. si quis officiũ. de ri. nup.
d. auth. sed nouo iure. C. de nup.
e. l. fi. ff. de concub.
f. not. Bart. l. xxxiij. ff. si cer. pet.
g. §. j. §. illud. Inst. de nup. l. cũ ancillis. C. de ince. nupt.
h. c. si quis. c. quidã. xxvij. q. ij.
i. c. cum inhibitio. de cland. despon.
k. l. Paul. ff. de stat. hom. d. c. cum inhibitio. §. si quis.
l. §. affinitatis. Inst. de nup. l. eum qui. C. de adult.

m. l. j. §. fina. l. quid ergo. §. ij. ff. de ijs qui no. infa. l. j. C. eod. l. ij. C. de incest. nup.
n. auth. hodie. C. de repu. l. miles. §. maritus. de adult. c. in præsentia. extrà de spons.
o. arg. l. barbarius ff. de off. præt. l. j. C. de testib. glo. d. §. mulier.
p. l. fin. de leg. j. l. j. C. de interdi. m. s. l. libertũ eũdẽque. l. libertum cura. ff. de rit. nup.
q. d. l. libertum eundemque.
r. l. non solũ. l. si puellæ. ff. de ritu nupt.
s. c. pe. extra de secun. nup.
t. d. l. libertũ. §. tutor. l. curator. de interd. matr.
u. glo. d. l. curator.
x. c. super. ext. de cog. spir.
y. in con. Maiũ. ca. 55. l. si quis aliũ. in fi. C. de nup.
z. d. cap. lv.
a. à pont. Deusdedit, uel Dorotheo. dc. xv. d. l. si quis.
b. in con. Maiẽ. cap. lv.
c. l. iij. C. de nupt.
d. auth. sed nouo iure. cod.
e. l. j. de con. & affin. §. illud. uersi. quid enim. auth. quibus mod. su.

a VIR. Hic elicimus locum à nomine, in quo sic argui potest, quod caret nomine, caret & nominis effectu. Nam ubi nuptiæ prohibitæ sunt, neque cognatio, neque affinitas esse poterit[h].

b ITAQVE. Qui ex complexu nefario nascuntur, in patris potestate non sunt. Quorum nimirùm præteritio, pro exhæredatione habetur, quos pater alere non cogitur[l]. Secus de ijs, qui ex alia concubina, quam aliòqui ducere poterat, suscepti sunt[m]. Quibus nimirùm pro rata alimento rum, dotem constituere tenetur[n].

c MATER. Filius uulgò conceptus, matris statum sequitur[o], & à matre alendus est[p].

d VNDE. Spurij dicuntur ij, quorum pater incertus est[q], qui & matris conditionem sequuntur[r], & succedendi ius obtinent[s].

e GRÆCA. Hic multùm diuersa est quorundam lectio, secundum Blandinum nostrum. Vnde solent filij, spurij appellari à Græca uoce σποράδην, quasi uulgo concepti. Vel spurij, id est, sine patre filij. Quidam uerò sic, Vnde solent Spurij appellari ἀπὸ τῆς σπορᾶς, & ἀπάτορες, quasi sine patris filij.

f DOTIS. Pœnæ complures in eum sancitæ sunt, qui aduersus Legum præcepta contrahit[t]. Primò est infamis[u]: deinde donatione sibi factam, amittit, & fisco acquiritur[x]. Cùm tamen non tam turpis, quàm nulla causa, in re præsenti sit, repetitioni locus erit[y]. Nam ubi non tenet principalis contractus, neque pacta quæ ibidem insunt, uires habebunt[z]. Respondeo, missa Accursii[a] solutione, puto referre, an ignoranter ob turpem causam datum dicit, & repeti poterit[b]. Idem si ex accipientis duntaxat parte, turpitudo uersetur[c]. Si uerò scienter, & tunc, Aut duntaxat præcedit promissio, & donatio ob turpem causam, & turpis causa sequuta non est: & tunc quod datum est, non reperitur, sed cui datum est, acquiritur[d]. Nisi pactum præcesserit, de restituenda re donata, si res turpis, puta, matrimonium illicitum non subsequatur[e]. Idem dicendum, si donatio ob turpem causam, nulla præcedente promissione facta sit, tunc iure reuocabitur[f]. Tamen secundum Canones[g] indistinctè dos restituitur, si legitimæ nuptiæ non existant. Aut matrimonium peractum est, & tunc fisco res donata acquiritur[h]. Hinc est, quòd si res decurionum, sine autoritate competentis iudicis uendantur: emptor & precium amittit, & fructus cogitur restituere[i]. Non enim fisco damnosum esse oportet[k]. Sic si nunciatione non obstante prædium emero, prædium & fructus amitto[l]. Sic si rem furtiuam emero[m]. Sic si prædia sine colonis uendi prohibita, comparauero, precium quod dedi amitto, tametsi uenditor uendicare posit[n]. Sic si prædia absentis, pro uectigali non soluto distracta sint: dominus prædio non soluto ea uendicabit[o]. Idem si seruus à non domino alienetur[p]. Sed ut ex hoc diuerticulo, ad uiam redeam: Si quis illicitas nuptias contraxerit, & ex priore matrimonio, nullos habeat liberos, proprias renet facultates, deinde fiscus succedit[q]. Hodie exilio multatur, & nisi supersint legitimi, omnia pro scribuntur[r]: nisi iusto errore ductus, nuptias contraxerit[s]. Nunc uideamus, quibus modis legitimè contractæ dissoluantur.

h. l. non facile. §. sciendū. ff. de gradi. affi.
l. c. cùm haberet. extrà de eo qui dux. in matr. auth. licet. in fi. C. de nat. lib. auth. ex complexu C. de ince. nu.
m. d. auth. licet.
n. Bar. l. meuius. §. duob. q. iij. de leg. ij.
o. l. cùm legitimæ. l. uulgo. cum l. seq. ff. de sta. hom.
p. c. cùm haberet. extrà de eo qui dux. in matr.
q. l. uulgo. ff. de sta. hom.
r. l. lex. l. cùm legitimæ. eod.
s. glo. l. si qua illustris. C. ad orfic. §. fi. authen. qui mo. sui.
t. Bar. l. v. ff. de con. cau. dot. l. v. de condi. sine cau.
u. l. quod ergo. § cùm autem. de ijs qui no. infam. no. tit. auth. de ince. nupt.
x l. qui contra. C. de ince. nu.
y. l fi. ff. de con. sine cau.
z. l. j. C. de con. ob cau. dat. l. j. & seq. ff de cond. cau. da.
a. glo. l. censemus. C. de litigio. l. j. C. de præscr. xxx. ann.
b. l. si cùm dotem. §. fin. ff. sol. matr. l. ex ijs. de condi. indeb.
c. l. idem. uers. quoties. ff. de con. ob turp. cau.
d. l. pen. ff eod. cum l. fi. ff. de con. sine cau.
e. l. j. C. de con. ob cau. dat.
f. l. fi. ff. de con. ob tur. cau.
g. c. de pruden tia. extrà de do. inter ui.
h. d. l. qui contra.
i. l. j. de præd. decu. lib. x. C.
k. l. iij. C. de pr. imp. offe.
l. l. si fundum. ff. de rei uen.
m. l. ij. C. de fur.
n. l. quēadmodum. de agri. & censit. lib. xj. C.
o. l. j. C. de præscr. xxx. ann.
p. l. si mancipiū. C. de rei uend.
q. l. si quis. C. de nupt.
r. §. sancimus. auth. de ince. nupt.
s. d. l. qui contra. §. exceptis.

81 *Matrimonium † soluitur*

- 1 *Repudiante*
  - *Viro, si uxor*
    1. *Adultera.*
    2. *Venefica.*
    3. *Partus, uel classium suppositrix.*
    4. *Maiestatis rea.*
    5. *Vitæ mariti insidiata.*
    6. *Inuito marito foris agat, pernoctet, publicis ludis, uel conuiuijs intersit.*
    7. *Homicida.*
    8. *Plagiaria.*
    9. *Sepulchrorum dissolutrix.*
    10. *Sacrilega.*
    11. *Fautrix latronum.*
    12. *Falsi rea.*
    13. *Si manus audaces in maritum intulerit.*
    14. *Impotens.*
    15. *Religionem ingressa.*
    16. *Captiua.*
    17. *Abortum sponte fecerit.*
    18. *Cum uiris se lauerit.*
    19. *Cum alio de secundis nuptijs conueniat.*
  - *Vxore, si uir*
    1. *Adulter.*
    2. *Cum impudicis mulieribus agat.*
    3. *Homicida.*
    4. *Seditiosus.*
    5. *Veneficus.*
    6. *Scelestam factionem ineat.*
    7. *Maiestatis reus.*
    8. *Falsi damnatus.*
    9. *Sepulchrorum dissolutor.*
    10. *Sacrilegus.*
    11. *Latro.*
    12. *Receptator.*
    13. *Abigeus.*
    14. *Plagiarius.*
    15. *Mulieris uitæ, uel castitati insidietur.*
    16. *Si falsò uxorem adulteram accusauerit.*
    17. *Frigidus.*
    18. *Monasterium ingrediatur.*
    19. *Captiuus.*
    20. *Si uxorem fustibus cedat.*
- 2 *Consensu.*
- 3 *Morte.*
- 4 *Castitate.*

VIRO.

a. §. quia uerò. uersic. si de adulterio. authent. ut lice. mat. & auiæ. b. Matth. cap. v. & xix. c. §. mitiores. uers. & rursus authen. de nup. l. l. consensu. §. uir. C. de repud. d. d. §. uir. d. uersic. & rursus. e. l. j. ubi not. glo. C. de fals. f. §. quia uerò plurimas. authen. ut liceat matri & auiæ. d. §. uir. g. d. §. quoad. § uir. d. §. & rursus.

22 VIRO. Computatis igitur calculis, octodecim sunt causæ, propter quas marito uxorem suam repudiare permissum sit. Quas ex Imperat. elicio, cui sunt adstipulatores non pauci. „ Ait igitur[a], Si de adulterio maritus „ uxorem putauerit posse conuinci, „ oportet uirum prius inscribere mu„ lierem, aut etiam adulterum. Et si hu„ iusmodi accusatio uerax esse osten„ ditur, tunc repudio misso[b] (dat li„ centiam uiro, mulierem abijcere, si „ adulteram inuenerit[c]) habet uir su„ per ante nuptias donationem, etiam „ dotem, & ad hoc si filios non habe„ at, tantùm accipiat ex alia uxoris sub„ stantia, quantùm dotis tertia pars es„ se cognoscitur, ut eius proprietati & „ dos & à nobis definita pœna appli„ cetur. Si enim filios habuerit ex eo„ dem matrimonio, iubemus etiam do„ tem, aliamq; mulieris substantiam fi„ lijs conseruari: & ita adulterum le„ gitimè conuictum, unà cum uxore „ puniri. Præterea, non tantùm adulteram marito repudiare permittitur: uerùm etiam ueneficam[d], partus uel clauium suppostricem[e], maiestatis ream[f], uitæ mariti insidiantem[g], inuito marito foris agentem, pernoctantem, publicos ludos, uel conuiuia adeuntem[h], homicidam, plagiariam, sepulchrorum dissolutricem, sacrilegam, fautricem latronum, falsi ream, manus audaces in maritum inferentem[i], impotentem[k], religionem ingressam[l], captiuam[m]. Et non nisi nouo consensu redintegratur[n]. Quod tamen hodie corrigitur, non enim dissoluitur matrimoniū per captiuitatē[o]. Accedit ijs, quòd si uxor spontè abortū fecerit, eam legitimè repudiare possit[p]. Sic si cum uiris se lauerit, uel cum alio de secundis nu-
23 ptijs conuenerit[q]. Habet † quoque uxor causas suas legitimas, quibus uirum suum repudiare possit, ut ad-

h. d. §. quia d. §. uir. d. uersi. & rursus. i. d. § quia. k. §. prædictis. §. quia uerò & ex consensu. authen. ut liceat matri & auiæ. l. x. C. de repud. l. d. §. prædictis. & §. si uerò authen. de nup. Bart. in repet. authen. ingressi num. 25 C. de sacrosanc. eccl. & l. deo nobis. C. de episco. & cler. Bart. §. mitiores. nu. 1. authent. de nupt. Bart. §. quis uerò nume. 2 authen. ut lice. matr. §. si ōsalibus. auth. de sanctiß. episc. m. d. §. si uerò. n. l. sed & captiuitatis. authen. de nup. o. Bart. l. xj. ff sol. matr. p. §. ijs itaq;. authentic. de nupt. q. d. § ijs. r. l. consensu. §. si qui igitur. C. de repud. §. mitiores. uersic. si igitur. authē. de nupt. s. d. §. si qui. § causas. authent. ut lice mat. d. uersic. si igitur. ubi Bart. num. 1. t. eod. d. uersic. si igitur. u. eod. x. §. causas. authent. ut lice. matri. d. uersic. si igitur. y. d. § causas. z. § prædictas. authent. ut lice. matri & auiæ. §. distrahuntur. uersic. per occasionem. ubi Bart. num. 4. contra authen. de nupt. l. in causis. cum authen. ibi posita. C. de repud. a. d. §. prædictis. l. deo nobis. C. de episcop. audien. b. d. §. prædictis. §. si uerò decretum. authen. de nupt. c. Bart. l. xj. ff. soluto matrim. d. d. uersic. si igitur. & §. si quis autē. authen. ut liceat matr. Bart. l. cum satis. nume. 7. de agr. & censit. lib. x. C.

ulterum[r]. Cum impudicis mulieribus agentē[s], homicidā[t], seditiosum, ueneficum, scelestā factionem ineuntem, maiestatis reum, falsi damnatū, sepulchrorum dissolutorem, sacrilegum, latronem, receptatorem, abigeum, hoc est, aliorum animantium insidiatorem, plagiarium[u], mulieris uitæ uel castitati insidiantem[x]. Si falsò uxorem adulteram accusauerit[y], frigidum[z], monasteriū ingressum[a], captiuum[b]. Sed ut antè diximus, hoc corrigitur[c]. Postremò, si uxorem maritus fustibus cedat, eum uxori repudiare permittitur[d]. Sed & absque aliqua præcedente legitima causa, mutuo coniugum consensu, matrimonium distrahitur[e]. Soluitur quoque morte[f], & castitatis concupiscentia[g], sed tunc non nisi mutuo consensu[h]. Non adeò tamen ut interim aliud contrahere coniugibus permissum sit, alioqui in fraudem matrimonij diuortium factum censeretur. Sed cùm diuina uoluntate coniunctos, seiungere nemo possit[i]. Meritò omnes istæ causæ repudij omnino uidentur esse reijciendæ.

Sed cùm Dominus, propter fornicationem, diuortium permiserit[k]. Hoc adeò Ius ciuile sequitur, ut si quis tentauerit illudere castitati uxoris alicuius, impunè necari possit[l]. Hinc Romanis lex erat, ne qua mulier propelli posset, nisi deliquisset. „ Plutarchus sic scripsit: Posuit ali„ quas leges, quarum hæc uehemen„ tissima, uiro ut liceat abijcere uene„ ficam, adulteram, quam uinum bi„ bisse deprehenderit (quod ab Im-
24 peratore[m] sublatum est) partus, uel clauium suppostricem[n]. † Cæterùm si secundùm causas legibus permissas repudium fiat, secundum matrimonium contrahere permittitur[o]. Et propter easdem causas, domestici in iudicio sistere cogi possunt[p]. Et pro

e. §. distrahuntur. authē. de nupt. f. Paul. Rom. vij. & vij. §. deinceps. authen. eod. g. §. quia uerò & ex consensu. authen. ut lice. matri. §. distrahuntur. uersic. secundum. authent. de nuptijs. h. d. §. distrahuntur. i. Deuteron. cap. xxiiij. in fin. Mat. xix. Pau. Roman. cap. vij. Eph. cap. v. § quia uerò ex consensu. authen. ut liceat mat. & auiæ. k. Matt. v. & xix. Luc. xvj. Pau. Roman. vij. Hierem. iij. l. §. quia uerò plurimas. §. ijs quoq;. authen. ut liceat matr. l. consensu. §. uir. C. de repud. l. mulier. in fi. ad trebel. m. §. si. Instit. de succ. subl. n. l. j. C. ad le. Iuliæ de fals. o. l. penult. ff. de adul. l. consensu. §. hæc nisi. usque ad fin. C. de repud. § quia uerò & ex consensu auth. ut lic. ma. & auiæ. §. si uerò & altera §. etsi mulier. authen. de nup. l. potestas. §. uxor. ff solu. matr. l. post. ij. de iure dot. Genes. v. usq; ad xix. Leuit. ij. Deuter. xxxij. & xlij. p. Bart. l. si quando. nu. 5. & 6. C. de testib.

extorquenda ab eis ueritate, etiam torqueri poterunt, ut testimonium ferant[o]. Idem si maritus uxorem necare tentauerit[p]. Si uerò sine iusta causa libellum repudij quis miserit, ante quinquennium, nubendi facultatem non habet[q]. Quòd sanè mirùm uideri debet, maximè quòd dominus mœchari eum dixerit, qui citra crimen adulteri, uxorem dimiserit, uel dimissam duxerit. Sunt porrò horum omnium nomine, actiones duæ, quas Bartolus[r] latissimè prosequitur.

25 Actio † dotis { 1 Directa. 2 Contraria.

CAPVT XX.

DE ADOPTIONIBVS.

1 *Adoptio, consensu perficitur.*
2 *Adoptio, pro quibus introducta.*
3 *Filiorum naturalium & adoptiuorum iura.*
4 *Locus à natura & arte.*
5 *Fictionis & præsumptionis differentia.*
6 *Adoptio, quibus modis fiat.*
8 *Pactum futuræ successionis, quando ualeat.*
9 *Filio quando debeatur quarta.*
10 *Filij legitimi & adoptiui, in quo differant.*

1 ADoptionem † consensu perfici, ex Paul.[a] in primis colligimus, dum ait: Si quis nepotem, quasi ex filio natum, quem in potestate habet, consentiente filio, &c. Sed hoc sufficere non uidetur, cùm in alijs contractibus, qui re uel uerbis fiunt, etiam consensum desideremus. Videamus igitur, num & illa quæ sunt ijs contractibus, qui consensu perficiũtur, peculiaria, etiam huic insint. Diximus[b], hoc ipsis peculiare esse, ut non contradicatur, consensum enim operatur. Idem & in hoc contractu adoptionis receptum est, nam cùm eius consensum qui in adoptionem datur, desideremus[c]: sufficit eum non contradicere, ut consentire uideatur[d]. Præterea non conuenit obligationibus, quæ uerbis perficiuntur, ut stipulationibus[e]. Nam pater, uel alij proximiores, quorum consensum, in filij adoptione desideramus[f], si loqui non possunt, sufficit si alio modo uoluntatem suam aperire possunt, ut confirmetur adoptio[g]. Cùm tamen obligationes ex consensu inter absentes perfici possint[h]. Et absens adoptari non possit[i]. Meritò non rectè in hoc obligationum genere collocauimus, Sed habet quidam innatum & peculiare, propter personæ dignitatem & grauitatem negotij, quod in alijs eiusdem generis obligationibus non attendimus: ut scilicet præsentiam eius qui adoptatur, desideremus, Adeò ut ne per procuratorem quidem aliquis ado-
2 ptari possit[k]. † Introducta autem est adoptio pro ijs, qui liberos procreare non possunt[l]. Qui tamen si liberos habuerint, alios in adoptionem suscipere prohibentur[m]. Sed neque plures adoptare permittitur[n]. Cæterùm, quod ad adoptionis iura attinet, ius naturalium & legitimorum filiorum, in plerisque imitatur, ut sequens Tabula indicabit.

3 Filij naturales †, uel adoptiui {
1 *In patris potestatem transeunt.*
2 *Æqualiter ab intestato succedunt.*
3 *Bonorum possessiones contra tabulas habent.*
4 *Legata ex testamento rupto, consequũtur.*
5 *Patris priuilegia iure obtinent.*
6 *Non consequuntur bonorum aduentitiorũ usumfructum, sed ad ipsorum patrem pertinet.*
}

Inter filios naturales & adoptiuos, quamdiu durat adoptio, nulla
4 differentia est[o]. † Hinc elicimus locum à natura & arte, in quo sic argui potest, Quod quis natura assequi non potest, iure legitimo quærit[p], lex enim in casu tantùm necessario prouidet[q]. Sicq; natura uel adoptione, filijfamilias efficiuntur[r]. Cont.[s] liberorum conditio, in filijs adoptiuis non existit[t]. Nam ad implẽdam conditionem, nõ sufficit ciuiliter factũ[u]. Sed hæc legis fictio, cùm æquitas & naturalis causa pugnat, inducenda non est[x]: ut posthumus, fictione legis

o. d. l. consensu. §. seruus. l. iij. l. in adulterij. l. libertatem. C. de adult.
p l. fi. C. de sica.
q. d. l. consensu. §. hæc nisi. C. de repud.
r. Bart. l. xij ff. de impens. in reb. do. nu. 2. cum add.
a. l. si quis. ff. de adopt.
b. suprà, cap. xviij.
c. §. fi. Inst. qui. mod. ius pat. pot. sol. § sed si quis. Instit. de adop. l fin. in fi. C. de adop. l si pater. l. in adoptionibus. ff. eod.
d. d. l. in adopt.
e. l. j ff. de uer. oblig.
f. l filiusfa. §. secũdum uulg. de legat. ij. l. trãsactione finita. C. de trãs act. l. si in. ff. de neg. gest. l. releg. de interd. §. fi. inst. qui. mod. ius patr. pot sol. Ias. l. filiusfa. §. diu. nu. 13. 35. de lega. j. Ang. l. item si quis in fraudem. col. v. de act. l. nam ita. de adopt.
g. l. si pater. ff. de adop.
h. l. ij. ff. de act. & obl.
i. l. neque. ff. de adopt. Bar. §. generaliter. auth. qui. mo. sui.
k. l post. in fi. ff de adop.
l. l. si pater. §. fi. ff. de adop.

Cic. pro domo sua.
m. l. nec ei. §. tertio § prætere. i. C. de adop. l. legem. §. in posterũ. C. de nat. lib. arg. §. si quis uerò § et nos non latuit. authen. qui. mo. leg. Bal. l. si sua spectam §. fi. ff. de inof. te.
n. l. si pater. §. fi. eo. l. fi. ff. si quid in frau. patr.
o §. adoptioni. Inst. de exhæ. libe.
p. no. Bar. authen. loca. nu. 4. 5. C. de duobus reis.
q. l. j. §. ex hoc. ff. de uẽ. insp.
r. l. j. ff. de ado.
s. not. Bart. l. iiij. nu. 2. ff. de acq hær.
t. l. si ita quis. §. fi de leg. ij. l. fideicõ. ubi no. Bar in addit. pro fol. l. cognatus. de re. dub. § sed & ij. de excu. tu. Bar. l. xvj. §. j. nu. 3. ad trebel. contra Bar. § sed & hoc. nu. 3. 4. 5. auth. de san. episco. Bar. l. lxxvij. cũ addit. ad trebel.
u. l. iiij. C. de ijs qui uen. æta. imp. no. Bar. in repe. auth. ingressi. nu. 31. 32. C. de sa cros. eccl.
x. Bar. l fi nu. C. de ijs qui ueni. æta. l. xvj. nu. 4. 9. cum seq. C. de probation.

x. l. neratius. ff. de manu. tut. y. Bart. l. si is qui. q. v. de usucap. s. l. si ab hostibus. Instit. quib. mod. ius patr. potestat. sol. a. l. si. C. ad leg. falcid. b. l. j. §. si uir uxori. de acquir. possess. c. l. si uerò §. marcellus. ff. mand. Bar. l. si. in princ. C. qui. ex ca. maio. per l. j. de dot. promis. d. Alciat. l. si is qui. nu. 17. de usuc. e. glo. præsumi tur. l. j. §. accedit. de rei ux. act. l. sciēdū. de uer. ob. f. l. si. C. de he. instit. g. Bar. l. nesennium. ff. de ne. gestis. l. fulsi rum. §. si quid tunc. ex quib. cau. l. cōtinu us. §. cū ita. cū glo. nullus. de uerb. ob. h. l. milites. §. defuncto. de adul. i. Alc. l. j. nu. 5. ff de uulg. k. §. j. Inst. de pat. pot. l. d. §. j. §. si ad. uersus. instit. de nup. m. l. ij. ff. de ado pti. l. arroga tio. C. eod. n. lib. v. cap. ix. o. §. illud. Inst. de adopt. l. ij. §. si. l. si pater §. ff. eod. l. si. ff. de collat. Bar. auth. in gressi. nu. 14. C. de sac. ecc. & in rep. nu me. 30. p. §. non solum. Inst. qui. mo. test. infir. q. l. liberos. §. j. ff. de adop. l. liberos. ff. de cap. dim. r. Leos qui. de

legis, cùm pro nato habeatur[x], hæres esse fingitur, nisi mortuus fuerit, quia extremum ad quod translationem fictionis trahimus, non est habile[y]. Sic fingimus captum ab hostibus, propter ius liberorum esse in ciuitate. Quòd si apud hostes decesserit, ab eo tempore quo pater captus fuerit, filius sui iuris fuisse censebitur[z]. Fingimus id solutum, quod promittitur[a]. Denique ubi naturalis causa, utpote facti, per ius ciuile immutatur, fictio nulla est[b]. Duæ autem fictiones circa idem non admittūtur[c]. Fin-

5 gimus† autem in casu certo & indubitabili, quod ad ius ciuile pertinet[d]: præsumimus in casu dubio[e]. Vt cùm ex mente testatoris, hoc exēplo substitutionum præsumimus, *Sempronius Plocij hæres esto* [f]. In ijs enim quæ omnino pendent, coniecturis locus est[g], & semper in meliorē partem facienda est[h]. Præsumptū quoque est, quod lex à partibus actum suspicatur: tacitum uerò quod lex à partibus acturū fuisse creditur[i]. Sed tandem ex hoc diuerticulo, ad filiorum adoptiuorum & naturalium collationem redeamus. Quod dicimus de naturalibus, addēdum est, & legitimis, hoc est, ex iustis nuptijs procreatis[k]. Naturales enim tantùm, in patris potestate nati nō sunt[l]. Itēque quòd ad a-

6 doptiuos attinet†, sciendum est, eos duobus modis fieri[m], quod Gellius[n] » sic ostendit: Cùm in alienam fami- » liam, inque liberorum locum extranei » sumuntur, aut per prætorem fit, aut » per populum. Quod per prætorem » fit, ADOPTIO dicitur, quod per po » pulum, ADROGATIO. Adoptantur » autem, cùm à parente, in cuius pote- » state sunt, emancipātur. Et ab eo qui » adoptat, apud eum, apud quem le- » gis actio est, uindicatur. Adrogantur » qui sui iuris cùm sint, in alienam sese » potestatem tradūt, eiusque rei ipsi ad- » rogatores fiunt. Sed adrogationes, » non temerè, neque inexplicarè com- » mittuntur. Quia & testamēti factionem bona & liberos, quos antè in potestate retinebat, amittit[o], & testa-

ijs qui spon. lib. x. C. s. l. j. §. sed & si quis. ff. de carbo. edict. t. ubi periculum. de elect. in v. j. l. si. uerf. ex legibus. C. de eman. lib. t. §. adoptio. Instu. de adoption. u. §. sed hodie. eod. x. §. j. Insti. qui. mo. test. infir. y. §. j. §. sed hodie. Inst. de adop. l. nec a uus. C. de em. liber. l. cū in adop. §. si uerò C. de adop. z. §. sed & omnia. j. de hær. quæ ab inte. l. si te parēs. C. de suis & le. a. §. sed ea omnia. j. de hær. quæ ab inte. l. si te parēs C. de su. & leg. §. sed hodie. Inst. de adop. b. l. scripto. ff. unde lib. c. §. sin autem. d. l. cùm in adopt. d. d. l. cùm in adop. §. & id eo C. de ado. e. l. nō facilè. §. cognationes. ff. de gr. affi. f. l. si qua. §. adoptiuæ. ff. de ritu nupt. g. l. eius. ff. de nup. h. §. item amitā. §. de nupt. l. per adoptionē §. amitā. ff. de rit nup. i. d. §. & ideo. k. l. post cōsanguineos. §. patrui. ff. de suis & leg. l. l. j. ff. de bo. poss. con. ta. §. adoptiui. in stit. de exh. li. l. si instituta. §. si. de inoff. testa. §. aliud. auth. ut cùm de app. cog. m. l. cùm in adoptiuis. C. de adopt.

mentum antè factum rūpitur.[p] Sicque tam is qui in adoptionem datur, quàm liberi sui, capite minuuntur[q]. Contr. Non enim solùm filij antè, uerùm etiam post curiæ deditionem nati, liberi sunt[r]. Sed hoc libertatis & reip. fauore receptum est, quæ cum parentum potestate nihil cōmune habet. Verùm cùm in plerisque adrogati cōditio deterior efficiatur, secundùm ea quæ antè diximus, nimirùm cautius agendum fuit[s]. Quo nomine receptū est, ut non nisi principis rescripto, adrogatio permitteretur[t]. Maximè quando proximo aliquis sui iuris in adoptionem datus est[u]. Si in parentum potestate sit, prætoris autoritas sufficit[x]. Et isti sunt, quos potissimùm filijs naturalibus & legitimis conferre, secundum tabulæ nostræ ordinē, instituimus, tametsi alios

7 non semper excludamus, utrique† in patris potestatem transeunt[y], extraneos excipimus. Æqualiter ab intestato succedūt, ut si auo, uel alteri cōsanguineo quis in adoptionem datus sit, æqualiter cum legitimis succedit[z]. Extraneus quoque adoptiuus, ab intestatō succedit, tametsi in eius potestatem nō transeat[a], & in patris naturalis potestate remaneat[b], nisi fuerit emancipatus[c]. Ad familiam uerò patris, nullum succedendi ius obtinet[d]. Quia per adoptionem nulla inter eos consanguinitas est. Hinc est, quòd filius, uel filia adoptiua, nō est auunculus, uel matertera filiæ meæ neptis. Puta, habeo nepotem ex filia, adopto aliquem in filium: hic adoptiuus tametsi mihi cognatus[e], non erit patruus nepti meæ[f]. Adeò ut si filia mea, filiam habeat, filius adoptiuus eam ducere uxorem possit[g]. Tametsi amitam, hoc est, sororē patris adoptiui ducere permissum nō sit[h], nec ei succedat[i]. In proximo adoptiuo secus est[k]. Addimus & tertiò, utrisque bonorum possess. contra tabulas competere[l]. Nisi fuerit adoptiuus extraneus, cui cùm præterito uel exhæredato, bonorum possess. cont. tab. patris adoptiui non competat[m]: in hoc

in hoc etiam illi prospectum, ut omnia patris naturalis iura retineat, cũ is qui proximo in adoptionem datus est, ea amittat [n] (nisi in adoptiua familia, tempore mortis fuerit [o]) tametsi in emancipato secus sit [p]. Tertiò, tam naturalibus quàm adoptiuis, bonorum possess. contra tabulas competit [q]. Quartò, licet legata ex testamento per querelam rupto non debeantur: filio tamen legitimo, uel adoptiuo præstanda sunt [r]. Quintò, non tantùm filius legitimus, uerùm etiam adoptiuus, patris decurionis priuilegia obtinet [s]. Sextò, quemadmodùm pater naturalis, usumfructũ bonorum filij, quamdiu uiuit, retinet [t]. Ita etiam pater adoptiuus [u] (nisi iniuria eum exhæredauerit. [x]) Qui tamen cauere tenetur, se restituturũ bona filij, ijs quorum interest, si filius decederet [y], pater naturalis non utique [z]. Postremò, quemadmodùm quarta filijs legitimis, ex bonis patris debetur [a]. Ita etiam pater adoptiuus proximus, cogitur quartam bonorum suorum, filio adoptiuo relinquere [b]. Quæ si relicta sit, querelam inofficiosi proponere non poterit [c], alioqui permittitur [d]. Cæterùm super hac quarta, substitutum dare poterit [e], ad exemplum patris naturalis, qui usque ad pubertatem, filio super legitima substituere potest [f]. Post pubertatem uerò super legitima grauari non poterit [g]. Extraneus uerò pater adoptiuus, nihil relinquere cogi-
8 tur [h]. Cùm † tamen pactum futuræ successionis non ualeat [h], pactum non ualebit, si pater adoptiuus quartam promiserit. Sed pactum successionis uniuersalis, non particula-
9 ris prohibetur [i]. Cæterùm † hæc quarta, statim filio emancipato debetur [k]. Exemplo filij prodigi, qui suam portionem petijt, & obtinuit. Et Deuteronomij [l] præceptum est, ne seruus libertate donatiuus, uacuus recedat. Cùm tamen filius in bonis paternis, ante mortem patris, nullum ius habet [m]: pater ante mortem suam nihil relinquere cogitur. Præterea, cùm filius ante mortem patris, querelam inofficiosi proponere nõ possit, [n]. Neque ante mortem quicquam petere poterit [o].

n. §.at.ij. Inst. de here. quæ ab intest.
o. d. § at l. cùm in adop. §. sci mus. C. de adopt.
p. l. iij. §. si emãcipatus. de cõ tr. tab.
q. l. j. ff. de bon. pos. con. tab. §. adoptioni. Inst. de exhæ. libe.
r. l. j. in fi. de le. præst.
s. l. nã de decu. lib. x C.
t. cùm oportet § si quis. l. cùm non solùm de bonis quæ lib.
u. §. j. inst. de ac qui. per arro. l. j. ff. de usuf.
x § j uers. commodum. Inst. de adopt.
y. l si eut ff. de con & dem. l. ne enim. ff. de adop.
z l. ij. ff. de cas. pecul. l. cùm oportet. C. de bo. quæ lib.
a. auth nouissima. C. de in of test.
b. l. si adrogatio. §. si a ro gator. ff. de adop l. Pap. §. si quis. de inof. test.

c. d. l. Papin. §. quoniã. & §. si quis impubes. & l. parentib. C. eo.
d. l. fi. C. de lib. pret. §. sancimus.
e. l. si arrogator. §. j. de adopt.
f. l. quod fideicom. de leg j. l. ex tribus. C. de inof. te.
g l. eos. §. ita. de ijs qui spõte. lib. x. C.
h. l. cùm in adoptiuis §. sed ne. C. de adop. l. si. ff. si quid in fraudpat.
h. l. stipul hoc modo. de uer. obl.
i. auth nouissima. C. de inof. test.
k. l. ut libertis. in fi. C. de col lat.
l. cap. xv j.
m. Bar. l. si. ff. d elib. agnos. nec ei. § præterea. de adoption.
n. l. cùm quæritur. C. de inof. test.
o. l. j. §. si impuberi. ff. de col la. l. si adrogator de adop. l. j. in fi. de ta. exhib. auth. si qua mulier. C. de sac. san. eccl. l. fi. C. de eman. lib.

DIFFERUNT FILII

LEGITIMI,	ADOPTIVI EXTRANEI,
1 In patris potestatem transeunt.	1 In patris adoptiui potestatem non transeunt.
2 Exhæredati, querelam habent.	2 Exhæredati, querelam non habent.
3 Emancipati beneficio prætoris gradum liberorum retinent.	3 Emancipati, iure prætorio sunt incogniti.
4 Non petunt cautionem à patre naturali, pro administratione aduentitiorum.	4 Habent cautionem à patre adoptiuo, pro ipsorum bonis.

Quadri-

QVADRIPERTITA igitur est inter filium legitimum & adoptiuũ extraneum differentia est. Datus enim in adoptionem extraneo, in patris adoptiui potestatem non transit [p]. Filius naturalis & legitimus transit [q]. Prætereà, filius legitimus præteritus, uel exhæredatus, inofficiosi querelam proponere poterit [r], adoptiuus extraneus non utique. Tertiò, naturales emancipati, beneficio prætoris gradum liberorum retinent [s], adoptiui emancipati non utique [t].

p. §. sed ea. Inst. de hære. quæ ab intest.
q. §. f. ĩ. de patr. potest.
r. l. fi. §. sancimus. C. de lib. præt.
s. l. cum adoptiuis. C. de ado. §. sed ea. Inst. de hære. quæ ab intest.
t § minus. inst. eod.

CAPVT XXI.

DE DONATIONIBVS.

1 Donatio, consensu perficitur.
2 Donatio, stricti iuris est.
3 Donationum genera.
4 Donatio, in dubio inter uiuos præsumitur, & quot modis perficiatur.
5 Donatio quatenus ualeat sine insinuatione.
6 Donatio quantacunque sit, quando sine insinuatione ualeat.
7 Donatio inter patrem & filium quando ualeat & quando confirmanda.
8 Donationis inter uiuos effectus.
9 Donationi propter nuptias, quæ tacitè insunt.
10 Donatio inter coniuges, quatenus ualeat.
11 Donatio propter nuptias, sequutis nuptijs, quando soluto matrimonio repeti posit.
12 Mulier constituendo dotem, tacitè stipulata censetur, dotem soluto matrimonio sibi reddi.
13 Mulier in re dotali, quibus creditoribus præferatur.
14 Donatio causa mortis, quæ sit, eiusdemq; effectus. 15. cum seq.
16 Donatio causa mortis, & legata, in quo conueniant.
17 Donatarius siue legatarius, quando teneatur ad æs alienum testatoris.
18 Donationis & legatorum differentia. 19.
20 Donatio remuneratoria, quæ sit.

1 DONATIONIS † nominatus contractus [a], solo cõsensu perficitur [b]. Non enim traditionem (ad instar contractuum, qui re perficiuntur) desideramus, ut in re donata ius nobis acquiramus: cùm sufficiat donatorem, uoluntatem suam scriptis, uel sine scriptis manifestasse [c]. Imperator [d] enim sic rescripsit: Perficiuntur donationes, cùm donator suam uoluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestauerit. Et ad exemplum uenditionis, nostra cõstitutio, eas etiam in se habere necessitatem traditionis uoluit: ut etiam si non tradantur, habeant plenissimum & perfectum robur, & traditionis necessitas incumbat donatori. Videamus tamen, ne donatio, etiam per stipulationẽ adeò inutilis sit, ut ne morte quidem confirmetur. Vlpianus [e] enim respondet: Si maritus stipulanti spopondisset uxori suæ, heredem mariti conueniri non posse, licet durante uoluntate maritus decesserit. Sed hoc speciale est in donatione inter uirum & uxorem, quæ cùm prohibita sit [f], tamen morte confirmatur, si res donata, tradita fuerit [g]. In cæteris donationibus, ne mortem quidem donantis spectamus, nam cumprimùm uoluntatem suam explicauerit, perfecta & absoluta donatio est [h], tametsi is cui donatur, præsens donationi non sit. Omnia enim quæ ex mera alicuius uoluntate pendent, partis præsentiam non exiguntur in hærede, uel legatario, quorum præsentia, cùm institutio, uel legatum fit, non exigitur [i]. Idem in aditione hæreditatis, quæ fit solo animo, neque partis præsentiam exigit [k]. Multò magis in donatione, quę ex quadam donantis liberalitate proficiscitur: unde donatio, quasi doni datio dicta est [l],
2 † quæ ex parte utriusque stricti iuris est. Nam quemadmodum postquàm perfecta donatio est, nullam admittit conditionem [m], ita non facilè donatio præsumitur [n]. Quod apertius post Tabulam sequentem, quæ ad donationum genera pertinet, explicabimus.

a. l. si quis. C. de præscri. xxx. an. l. si donatione. & ibi Bart. C. de his quæ ui. l. in ædibus. ff. de donat.
b. §. aliæ. Inst. de donat.
c. l. si aliquid. C. de donat.
d. §. perficiuntur. Instit. de donat.
e. l. Papin. ff. de don. inter ui. & uxor.
f. l. f. cum seque. eod.
g. l. quod de suo. C. de do. cau. mor. Bar. d. l. Papin. cũ add.
h. d. §. perficiuntur.
i. l. cùm pater. § donationis. l. miles. de le. ij. l. non idcirco. C. de codicil.
k. l. pro hærede. in prin. & §. f. de acqui. hær. l. si auia. C. de in. deli. l. l. senatus. §. f. ff. de do. cau. mor.
l. l. iiij. C. de cõdi. quæ sub modo.
m. l. si cùm dotem. §. si pater. sol. matr. Bald. l. uxor tua. ibi. quæro. C. de bon. aut. iud. pos. l. cùm quid. nu. 11. si cer. pet. Annot. lib. ij. quæst. ca. vj. nu. 12. cũ seq. Bart. l. uxori. §. cùm Seius. f. de legat. ij.

Dona-

3 Donatio †

- 1 Inter uiuos fit, per
  - 1 Mutuum consensum.
  - 2 Stipulationem.
  - 3 Traditionem.
  - 4 Epistolam.
  - 5 Nudam uoluntatem.
  - 6 Vsusfructus retentionem.
  - 7 Insinuationem.
  - 8 Solutionem indebiti scienter.
  - 9 Proximos.
  - 10 Necessitudinem.
  - 11 Alienationis consensum.
  - Effectus
    - 1 Non temerè reuocatur.
    - 2 Capitis diminutione non rescinditur.
    - 3 Falcidia non detrahitur.
- 2 Propter nuptias,
  - 1 Tacitam conditionem habet, si nuptiæ subsequantur.
  - 2 Soluto matrimonio, quandoque reuocatur.
  - 3 Tacitam habet hypothecam aduersus creditores.
- 3 Causa mortis, uel legatorum,
  - 1 Vsque ad mortem reuocatur.
  - 2 Præmoriente eo cui donatum est.
  - 3 Fructus repetuntur.
  - 4 Non indiget insinuatione.
  - 5 Inter coniuges, morte confirmatur.
  - 6 Propter delictum reuocatur.
  - 7 Falcidia detrahitur.
  - 8 Sine prætore non transigitur, si de alimenti quæstio sit.
  - 9 Substitutionem admittit.
  - 10 Qui habilis est ad legatum, etiam ad donationem causa mortis.
  - 11 Donatarius uel legatarius non tenentur luere pignus.
  - 12 In utroque ius accrescendi locum habet.
  - 13 Vtrunque reuocatum ualet, si donans sine hærede decesserit.
- 4 Remuneratoria.

Donationum

o. l. Legatum. ff. de leg. ij.
p. l. cùm pater. §. j. de leg. ij. l. Seia. de dote præleg. l. mortis. §. Titia. cũ glo. ff. de dona. Iaf. l. quæ dotis nu. 26. Cast. Bal. eod. sol. mat. Bar. l. si donatione. C. de coll. Bar. l. fi. num. 11. C. de pact.
q. l. Seia. in fi. ff. de do. cau. m.
r. l. aliens tum. de uerb. sign.
s. l. Celsus. de arb.
t. l. filiusfam. §. sed enim. ff. de dona.
u. l. si ego d. fi ti bi. ff. si cer. pe tat. l. qui mi bi. de donat.
c. Rom. cons. ccxcv.
x. l. si quis argentum. §. sin autẽ hoc. C. de dona.
y. l. ubi. § fi. de uer. obl. §. sic itaque. Instit. de act.
z. l. ij. C. de euictio. l. Aristo. § fi. ubi Bart. ff. de don. l. j. de eu. do. Bar. auth. res quæ § emptor. C. com. de leg.
a. l. xvij ff. de donat.
b. l. traditionibus. C. de pactis. l. nec. C. de donat. l. in ædibus. ff. eo. l. Seia. de do. cau. mor. Iaf. l. ex hoc. nu. 57. de iust. & iure.

DONATIONVM genera, quinquæ proponit Bar.[o] Legatum, Donationem inter uiuos, Donationem causa mortis, Remuneratoriã, & ob causam, ut donatio propter nuptias, quæ hodie uocatur, Sponsalitia largitas. De singulis nobis dicendum est.

i INTER VIVOS.

4 Cùm † dubitamus, an sit donatio causa mortis, uel inter uiuos, potius inter uiuos existimatur[p], tametsi is q donat, uehementer ægrotet[q]. Contr. donationis uerbum, omnẽ donationem continet, siue mortis causa, siue nõ mortis causa fuerit[r]. Respon. hoc uerum esse, quando donationis uerbum à lege profertur, ut benigniorẽ interpretationem sequamur[s]. Quòd si ab homine, secus est, in dubio enim inter uiuos potius donatio præsumitur[t], quæ multis modis perficitur.

i MVTVVM consensum. Nam si ego tibi pecuniã donaturus, tu quasi mutuũ accipias, donatio non est[u]. Contrà uerò si absenti absque interuentu nuncij uel epistolæ donatum sit, ualet donatio, modò ad notitiam donatarij peruenerit[c].

2 STIPVLATIONEM. Donatio per stipulationem confirmatur[x]. Cuius effectus est, ut dominium quoquo modo stipulatoris efficiatur[y]. Et de euictiõe tenetur is q se daturum promiserit[z]. Sic & per acceptilationẽ donatio fieri potest[a].

3 TRADITIONEM. Cùm rerum dominia, per traditionem acquirantur, qui eo animo tradit ut donet: & qui eo animo accipit, ut sibi acquirat, dominium statim in se translatum censetur[b]. Differt autẽ donatio, quæ cõsensu fit, ab ea quæ traditione perficitur. Nam res consensu donata, si ante traditionem, ab eo qui donauit, obligata sit, licet tandem tradiderit, tamen ius pignoris manet[c]. Ita tamen ut in eum qui donauit, uel suos hæredes, non aduersus donatarium actio competat[d]. Prætereà quando donatio incipit à traditione, is qui donauit, de dolo tenetur[e].

4 EPISTOLAM. Licet epistola fidẽ non faciat[f]: tamen cùm in donationibus, plenissima interpretatio facienda sit[g]: meritò donatio in epistola facta ualebit[h].

5 NVDAM uoluntatem. Siue scriptis, siue sine scriptis, donationis uoluntatem suam manifestauerit quis, ualet donatio[i] eam'que rem uel eiusdem æstimationem donator tradere cogitur[k], tametsi pacto tantùm nudo promissa sit[l]. Pomp.[m] contrà, » Nuda, inquit, ratio, non elicit aliquẽ » debitorẽ, ut pura quod donare libero » homini uolumus, licet referamus » in rationes nostras debere nos, tamẽ » nulla donatio intelligitur. Sed aliud est donare, aliud, Velle donare[n].

6 VSVSFRVC. retentionem. Nam siquis retento usufructu, in alterum rem suam transferat, omnino donasse censetur[o].

5 7 INSINVATIONEM. † Donatio sine insinuatione (hoc est, sine iudicis autoritate & decreto[p], uel sine scriptura et publicatione eiusdem[q]) usq; ad tricentos solidos ualet[r], ultra inutilis est, tametsi insinuationi renũcietur, cui renunciari nõ posse existi
6 mo[s]. Nisi † in donatione facta ecclesiæ[t], xenodochio, pauperibus, uel Reip. quæ usq; ad quingentos solidos sine insinuatione ualet[u]. Atq; ita Imp.[x] respons. interpretandum est, » Cæteris, inquit, donationibus, quæ » gestis interuenientib. minimè sunt » insinuata, sine aliqua distinctiõe, us» que ad quingẽtos solidos ualituris. Quòd si donatio, prædictam quantitatem excedat an ualeat, ualdè ambiguum est, secundũ Bar.[y] Sed cùm ecclesia fruatur priuilegijs Reip. dotis, & similium[z]; & donatio quantacunq; sit, istis collata, ualeat, meritò idem & in ecclesia obseruandum uidetur. Valet enim sponsalitia largitas[a], hoc est, donatio ꝓpter nuptias, quantacunq; fuerit, tametsi insinuata nõ sit[b], quod nõ satis Bar.[c] animaduertit. Is uerò qui do. ꝓpter nuptias contulit, sibi datum soluto matrimonio restitui postulauerit, ita demum petere potest, si donationẽ, quingentorum solidorum summam excedentem insinuauerit[d]. Atq; ita Imp. re

de dona.
h. l. si quis argẽtũ. §. sin autẽ. C. de donat.
i. Bar. l. rogasti. §. si tibi. nu. 2. si cer. p.
m. l. nuda. ff. de dona. (nu. 7
n. dixi i c. xix
o. l. quisquis. & l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donatio. l. Seia ff. de donat. cau. mor.
p. l. ij. de præd. decu. lib. x. C. Bar. l. donatio. C. de donat. l. in hac. ubi Bart. eod. cum addit. l. xxxij. eodẽ. Bart. l. xxiij. nu. 2. ff. de do.
q. l. latam. l. pe. in prin. C. de donat. Bart. l. lxvij. l. lxxij. ad leg. fal. & l. xxij. ff. de donat.
r. l. sancimus. C. de dona.
s. l. nõ dubiũ. C. de legi. Bar. l. sancimus. §. si quis aũt. nu. 2 C. de donat. l. xxij. num. 9. ff. eo.
t. Bar. §. si minus. nu. 2. 4. auth. de nõ al. add. Bar. l. illud. C. de sacr. ecc. Bar. l. iij. nu. 4. in fi. de præd. decur. lib. x. C.
u. l. illud. §. j. C. de sac. ecc.
x. l. pe. §. fi. C. de dona. §. & etiam retro. Instit. eo.
y. d. §. j. nu. 4.

c. l. fi. §. Lucius de donat. d. l. bene. C. de quadrien. præscrip. e. Bar l. xxxvij. num. 3. de leg ij. f. l. non epistolis. C. de prob. g. l. fi. ff. de const. prin. h. l. si aliquid. C. de don. i. §. aliæ. inst.

z. l. ut inter. & ibi Bar. nu. 18. C. de sa. ecc. a. auth. de spõ. lar. circa pr. b. Nic. Neap. l. j. nu. 1. cũ seq. ff. de re. eo. no. Bar. l. vij. cũ add. C. de don. c. l. sancimus. C. de dona. d. §. illud. auth. ut fra fil.

f. l.si.§.j.C.de iur.dot. f. l.36.C.de dona.§.j.auth.ut spon.larg. g. Ro.consi.95.Castr.consi.103.105.Bal.consi.51. b. d.l.36. i. l.illud.§.fi.C.de sa.ec.§.j.auth.ut nõ fi.pig pro al.§.minus.auth.de nõ alie. h. §.& cũ retrò.uer.sed.insi.de don. l. Bar.l.ix §.fi. cũ add.ff de don. m. l.eãpanus.ff.de ope.lib. n. no.Bar.l.15. de dona.ff.& l.v.de silentia.lib.xij.C.l. ix.de reuo.dona.not.l.x.xj C. de donat. de inof.test.l.j. de inof do. u. l.ij.eo.& ibi Bar.nu.1.2.3.cum add.& l.v.num.1.l.7.8.& l.1.iii.seq. x. auth.ex testamento. C.de colla.Bar.§.illud.auth.de trien.& semis.l.frater.nu.56.cum ij. add.ff.de con.inde. y. l.j.§ nec castrense.ff de col.bo.l.si filius.C.fa ercis. z. d.l.j. a. d.auth.ex testamẽto. b. l.30.§. imputari.C.de inof.test. c. §.illud.auth.de equ.dot.d.auth.ex testamẽto l.si pater.l.dotis.

» spons.[x] interpretandum est. Si quis, » inquit, extraneorum, id est, qui eum » pro quo dat, nõ in potestate habeat, » pro alio ante nuptias donationem » nupturæ mulieri dederit, & necessa» ria monumenta adhibuerit, cùm ex» cedat summam legitimam donatio» non solùm ad ea, cui ante nuptias do» natio datur monumenta, suam adhi» beat firmitatem, sed etiam ad illum » pro quo dedit: Vt si lucrum ei ex do» talibus pactis accesserit, hoc non ce» dat donatori, sed in suum lucrũ hoc » maritus cõuertat. Sicq; donatio propter nuptias ab extraneo sine insinuatione ultra quingentos solidos facta, sibi non restituitur, tametsi nominatim, soluto matrimonio sibi restitui cauerit, mulieri uerò indistinctè prodest. Idem in donatione, pro redemptione captiuorũ [f], sic in remuneratoria, quæ sine insinuatione ualet [g]. Sic in donatione illis facta, quorum domus incendio, uel ruina corruerit: sic in donatione à magistro militum in suos milites collata [h]. Multò magis in donatione principis, illa enim sine insinuatione ualet [i]. Atq; ita » Imp. resp.[k] interpretãdũ est. Sed, in» quit, quasdã donationes inuenit, quę » penitus insinuationem fieri minime » desiderant, sed in se plenissimam ha» beant firmitatẽ. Sic & rei alienæ donatio, non insinuatur [l].

8 OBLIGATIONEM indebiti scienter. Nã obligans se ad indebitum, id ipsum donasse censetur [m].

7 9 PROXIMOS. † Vt si pater pro filio, quem in potestate habet, aliquid stipulatus sit, uel cõparauerit, & tradiderit, ipsius patris nihilominus efficitur [n]. Quia inter patrem et filium donatio non subsistit [o]. Sic & quod pro filio condemnato soluerit, donasse nõ censetur [p]. Tamen si uoluntatem suam non reuocauerit, morte patris, filio acquiritur [q], ita tamen ut illi in quartam cõputetur [r], & si quingẽtos solidos excedat, insinuata sit [s]. Verùm si adeò immensa fuerit donatio, ut interim cæteri filij, legitimam consequi nequeant: ipsi ex eadẽ met donatione, legitimã detrahent [t], neque donatio illa, morte confirmabitur [u]. Quòd si inofficiosa non fuerit, morte confirmatur, ita tamen ut succedere uolens cum cæteris, idipsum conferat: nisi nominatim à testatore uetitũ sit [x]. Quò fit, ut licet castrensia bona cõferenda non sint [y]. Et peculio castrensi cedant ea, quæ à patre uel matre donata sunt [z]. Tamẽ eadem iure nouissimo conferenda esse dicemus, nisi à patre nominatim uetitum sit [a]. Sed etsi à patre expressum nõ fuerit, ubi tamen inofficiosi querelam proponere instituerit, eadem in legitimã computanda erũt [b]. Filia quoq; succedere uolens, etiam dotem cõferre tenetur [c]. Sic & de libris scholastico à patre emptis censendum est [d]. Cont. si ea quæ pater filio emancipato peregrè agenti, studiorum causa, filio subministrauit, neq; cõferenda, neq; in portionem suam cõputanda sint [e]. Multò minus filio in potestate existenti. Respon. Sumptus quos pro alimentis pater subministrat, repetere non potest [f], cùm ea naturaliter filio debeat [g]. Sicut si pater patiatur filiũ, rerum suarum usumfructum capere, eidem donasse censetur [h]. Alias uerò expensas quas pro filio facit, puta in libris, cùm donasse non censeatur, repetere poterit. Nam impẽsæ uerbo, non uenit precium librorũ, sed illi duntaxar sumptus, quos pro persona sua fecerit [i]. Obstat secũdò [k], q ipso iure datum à patre non cõferatur, sed ita demũ, si à patre dictum sit [l]. Respon. iure nouissimo secus receptũ esse [m]. Atq; ita Imp. respons.[n] ambiguum » interpretabimur. Si emancipatis uo» bis, inquit, fundos quos nomine ue» stro, cùm in potestate ageretis, pater » emerat, tradidit, uel in possessione » eorum, uolũtate patris fuistis, domi» nium acquisiistis. Colligimus hîc, filio emancipato rem à patre donatã, uel tra

no.Bar.l.lxj. ff de pet.here.l.xvij C de postli.reuer. cũ add.auth. de imme.don. num 4.l.vij. nu.7.ff.de oper.lib.l.j.de cast.pec.lib. xij.C. Bart.l. xxxvj.ff.fa. ercis.cũ add. arg.l.iij.C.si quis alte.uel sibi Bart.l ij. nu.1.C.de cõ. ob cau.Bar.l. xiij nu.1.C. de collat.
o. l.donationes. C. de do.int. uir. l.ij.C.de inof.dona.
p no.Bar.l.xv nu.2.de peculio leg.
q. l.filiæ.C fa. mil.ercis.l 8. C. de act.& o.. l.donationes.C.de do. inter ui. Bar. l.futura.nu.6 ibi, ueniamus C. fa. ercisc.l. 27.C.de don. contr.l.13. C. de colla.not. Bart.l.8 cum nu 3.ff.de do. cau.mor.l 1. §. 1.ff.pro do nat.
r. Bar.l 1.num. 15.& § uidea mus.C.de rei uxo.act.
s. l.donationes. C. de do.int. uir.& uxor. contra j.add. Bart.l.j.§.j. ff. pro dona.
t. auth.unde.C.

l.filiæ.cũ se. C.de collatio. Bar.l.37 fam. ercis.cũ add.
d. Io.And.c.j. uersi. ea quæ patri.de sum. trin.not.Bar. l.j.§.nec. nu. 2 ff.de colla. bo.l.filiæ.nu. 3 de colla.authen.quod.cũ addi.fi.in fi.l. 13.C.de colla. l.quæ pater. ff fa.ercisc.in repe. auth.ingressi.nu.47 C.de sa.eccl. Barto.l.32 §. pen. ff.de donat.
e. l.quæ pater. ij.ff fa. ercis. not.Bar.l.15. nu 1 cum seq. C.de inof.te.
f. l.2.C.si quis alt.uel sibi.
g. l.si quis à liberis.ff.de a=dendo.
b. l.cũ oportet. §. finaũ.C. de bo.quæ li. not.l.7.ff.de dona.
i. l.quibus.§ j. de con.& de.
k. Bar.l.61 §.1. de pet.hær.
l. l.quæ pater. § ff.fam.ercisc.cũ.l.2.l.filiam testamẽto.C.de collat.
m. d. authen. ex testamento.
n. l. ij. C. si quis alte.uel sibi.

o. no Bar.l.xij.C.de neg.gest. p. l.ij.& ibi Bar.C.qui & aduer.quos.l.si pro patre.in prin.§.j.de in rem uers. Bar.l ij.§.si uerò nu.4 ff.de dona. q. l.si quis §.si mater.de lib agn.l.j.l.alimēta.& ibi Bar.C.de neg.gest. r. l.is qui.ff.eo. s. l.si paterno.C.eo. t. l.ex duobus.in fi.ff.eo. u. l.nesennius.ff.eod.

x. add §.ij. ad Bar.l.xij.C.de neg.gest. y. l.si negociorum.eod. z. l.quod in uxorem. C.de neg gest. a. l utrum ff de don inter ui. & uxo. Bar. b. l. quod in uxorē. nu. 1. tu. ff.de imp. in re.do.fact. b. l.quod dicitur.ff.de impen. Bart.l j. num. 4 C.de bo.mat. c. l.late.de uer. sig cum l j C. de nego.gest. l.i.j.l.que de tu.nu.56. fol. matr. d. Bar.l.si finita § si de uectigalibus.nu. 13 ff.de dam. inf. e. consi. cxvj. dub j. f. l.si fundum. de leg j Bart. l.si fūdū. de legat.j l cum proponat. §. ij. le.3. C. de pa.9. g. l.quoties ab omnib. C. de fideicom. h. l.nihil.§.j.de leg j. i. l.eo̅ testā.§.j de leg.ij. k. no Bar.l xx. nu 5.C de nego.gest. l. l.sicut.§.si uoluntate. ff. quib.mo pig.l ij.C.de remis.pig.cum seq.l.vij.§ viij

uel traditam, uel patris uoluntate posſidente, dominium acquiſitum eſſe. Verùm (addendum eſt) ſi patri ſuccedere inſtituerit, eandem rem conferre cogitur, niſi nominatim pater prohibuerit. Filius quoque qui patris nomine ſoluit, donaſſe cenſetur (ſed non ſemper[o]) nec in integrū reſtitutio ſibi datur[p]. De matre quoq; idem receptum eſt, ut quas pro filiorum perſona expenſas fecerit, puta, in petēdo tutore, uel curatore, uel pro alimētis, donaſſe cenſeatur[q]. Quod & in extraneo receptum eſt[r]. Sic uitricus ſi paterno affectu priuignas ſuas aluerit, uel magiſtris mercedem detulerit, donaſſe cenſetur[s]. Idem ſi auus nepotes aluerit[t], uel ipſorū negotia geſſerit[u]. Sic ſi frater fratrem pauperem aluerit[x], alioqui repetuntur[y]. Sic ſi maritus pro uxore ægrotante expenſas fecerit, donaſſe cenſetur[z]. Eius autē negotia gerens, an officio mariti ductus, in rem eius impenderit, coniectura eius rei, ex modo & genere impēſæ colligitur[a]. Expenſæ tamen quas maritus facit in exigendis debitis dotalibus, in dotem cōputantur, & dotem minuunt[b].

10 NECESSITVDINEM. Si quis ſumma neceſsitudine cōiunctus, in familiam aliquid cōtulerit, donaſſe cenſetur[c].

11 ALIENATIONIS cōſenſum. Qui alienationi rei ſuæ conſentit, donaſſe cenſetur. Vt ſi pater cōceſſerit adminiſtrationem peculij filij, etiam alienationi eiuſdem conſenſiſſe uidetur ſecundum Bar[d]. Ancha[e]. contrà. Pro quo etiam facit, quòd fideicommiſſarius, rei ſibi per fideicōmiſſum relictæ alienationi conſentiat, nō eò minus æſtimationem petere poſsit[f]. Atq; ita Imp.[g] Vlp.[h] & Sceuolæ[i] reſponſ. quæ alioqui obſtare uiderentur, trahenda ſunt[k]. Idem cenſendū eſt, ſi uoluntate creditoris, pignus diſtractum fuerit[l]. Sic ſi uſusfructuarius conſentiat alienationi fundi, nō eò ius uſusfruct⁹ amittit[m]. In re præſenti ambiguū eſt Pap. reſponſ.[n] de emptore qui partem precij rei emptæ ſoluit, & rem alteri tradi iuſsit, ut reſiduum ſolueret: eius mens exquirenda eſt, num eam ex mandato retineat, an emptor eidē donaturus tradi iuſſerit.

8 † EFFECTVS huius donationis inter uiuos, duplex eſt. Primò perfecta nō temere reuocatur[o]. Niſi propter ingratitudinem[p]. Præterea capitis diminutione non reſcinditur[q]. Poſtremò falc. non detrahitur[r].

9 2 PROPTER NVPTIAS.†

QVÆ tacitam habet conditionē, ſi nuptiæ ſubſequantur[s]. Quæ non ſolùm ante nuptias[t], uerùm etiam ſoluto matrimonio reuocari poteſt, intelligo de ijs quæ à coniugibus mutuò donata ſunt[u], niſi pactum de lucrando in contractu matrimonij interueniat[x].

10 † Poſt contractū uerò inutile eſt, cùm donatio inter coniuges poſt matrimoniū prohibita ſit[y]. Morte tamen confirmatur, ſiquidem prædeceſſerit is qui donauit[z]. Quòd ſi is cui donatum eſt, prædecedat, ſecus eſt, ad eum enim res redijt, qui donauerat[a]. In donatione ꝓpter nuptias hæc nō attendimus, nam indiſtinctè ualet[b], adeò ut maritus de ſuo dotē conſtituere poſsit, quam tandem reuocare non poterit[c]. Niſi quod datum eſt, creditoribus hypothecatum eſſet[d]. Eadē & in extraneo obſeruāda ſunt, ut donationi ꝓpter nuptias factæ hoc tacitè inſit, Si nuptiæ ſubſequantur, alioqui repeti poſsit[e].

11 Secutis † uerò nuptijs, amplius repetere non poteſt[f]. Extraneum intelligimus omnem, citra parētem, uel uirilem ſexum deſcendentem, eumúe qui mulierem, cuius nomine dotem cōſtituit, in poteſtate non habet[g]. In patre ſecus eſt, qui quemadmodum

tum. ff. de doli except. n. l.si uerò.§.idem.ff.mand. o. §.aliæ.Inst.de dona.quæ sub mo.l.possessionem.C.de reuo.don.l.si quis argentum.§ penul.de dona.Bart.l.ix.in fi.de acquir.hered. p. §.causas.auth.ut cum de appel.cog. q. l.cum hi.§.sed donatio.cum seq.ff.de don.inter uir.l.si quis.C.de bo.proscr. l.post ff. de donat. ubi Bar. nu. 10.

r. l.ubi Seia.§. fi. ff.de donatu.mor. s. l.xxij. ff.de iur. dot. §.est & aliud.Inst. de don. l.cum hic status.§.si sponsus.ff. de don. inter ui. t. l.j.in §.ff.de dona.l.ij.l.cū ueterū.C.eo. l.à marito.de do. inter uir. u. Bar.§.j.nu 7. ut immo. bo. §.ij. auth.e.ut frat.fil. auth. de equa.dot. nu 3. auth.nā uirū quod ex dote.nu 3.cū prin.& Bar. auth.de prius.do.nu.4 5. x. Bar.§.j.nu.8 auth. ut immobil.bo. y. l.j cum seq. ff.de don.int. uirum.l.sed si uir. eo. z. glo. datorū. l.ij. C.de coll. a. l.à marito. C.de do inter uir l.cū ij.§. si ambo.eo. b. l.dotis.ff.de iure dot. c. glo.l.si uolun tate.C.de do. tis promis.l.si ante.C.de do. ante nupt.l.si donationē. C. de don. d. l.de rebus.C. de do.in.uir. e. l.cùm ueterum C.de do. ante nup. f. l.si mater.C.

l. Bar.l.xxj nu.2 C.ad uelleia.& per totum.& l.iiij.ff.qui.mo.pig.sol.& l.viij.§.non uidetur. ubi Bar.eo. m. l.apud.§.quæsi-

de do.ante nup.l.si dotem.de iu.dot.l.j.§.accedit.C.de rei uxo.act. l.si cum doté.ff.sol.mat. g. l.j.§.extraneū.C.de do.promiss.

 exſue

ex suo, non filij, uel filiæ peculio dotem constituisse tacitè censetur [h]: ita etiam tacitam restituendę dotis stipu-
12 lationem habet [i]. † Mulier quoq; cōstituēdo dotem, eandem sibi uel suis restitui tacitè stipulata censetur [k]. De ducto tamē ne maritus egeat [l]. Quæ dotis fauore nominatim introducta sunt, cùm stipulatio et donatio, à qua dos denominata est [m], stricti iuris esse censeatur [n]. Diuersitatis ratio est, quòd in donatiōe, utilitas unius tantùm insit: in dote, duorū utilitas, mariti scilicet & uxoris [o]. Sed omnia illa iudicia, in quibus duorū utilitas inest, bo. fid. esse dicuntur [p]. In bo. fi. autem iudicijs, multa tacitè insunt, tametsi nō fuerint expressa. Paret in dote, cui tacitè inest, ut soluto matrimonio restituatur, eiusdemq; mariti bo-
13 na tacitè sunt obligata [q]. Quæ † in re dotali, cæteris creditoribus præfertur [r], tametsi anteriores hypothecam habuerint [s]. Fisco tamē excepto, qui si prior tempore fuerit, præferendus est [t]. Excipiuntur quoq; filij anterioris matrimonij, qui nouercæ præferuntur [u]. Eos prætereà creditores excipimus, qui nominatim suas pecunias, ut militia compararetur, crediderunt [x]. Excipiuntur quoq; illi creditores, qui pro armanda, uel reficienda naui, uel pro alēdis nautis, suas pecunias exposuerunt [y]. Idem si pro funere aliquid impensum sit [z].

3 CAVSA MORTIS.

14 MORTIS † causa donatio est, cùm magis se quis uult habere, quàm eū cui donat, & magis eum cui donat, quàm hæredem suum [a]. Vt si testator chirographum debitorum suorum, Caio & Seio donaturus, Meuiæ dederit, eamq; rogauerit, ut si ipse decederet, eisdem debitoribus daret: si eō ualuisset, sibi restitueret. Mortuo eo, Meuia hæres instituta, si summam in eisdem chirographis debitam petat, exceptione doli mali, uel pacti conuēti excluditur [b]. In mortis enim causa donationibus, donatarius præfertur hæredi [c], tametsi testator dum uiueret, donationem reuocare potuisset [d]. Habet enim ex pœnitentia condictionem, uel utilē in rem actionē [e]. Cuius multiplices effectus sunt. Primò usq; ad mortē reuocari potest [f], Non enim ante mortem eius qui donauit, confirmatur [g]. Et tunc hæres adita hæreditate tenetur utili ex testamento [h], aut in rem agitur [i]. Deinde reuocatur hęc mortis causa donatio, si prædecedat is, cui donatum est [k]. Nec quicquā in suos hæredes transmittit [l]. A morte enim testatoris, uires habere incipit [m]. Nisi filiofa. contemplatione patris donatum esset [n]. Sic si hæres uiuo testatore decesserit, testamentum non ualet [o]. Tertiò, fructus non repetuntur, tametsi donatio reuocetur. Sceuola [p] enim sic respon. Seruo libertatē dedit, qui erat annorum quindecim, cùm erit annorum triginta. Eidē ex die mortis suæ, quoad uiueret, cibariorum nomine denarios denos, uestiarij denarios uigintiquinque, præstari se uelle significauit. Quæsitum est, an utile esset cibariorum & uestiariorum legatum, cùm Stichus ante libertatis tempus decesserit, & an, si non est utile, hæres qui præstiterat, à cohærede repetere possit, apud quem morabatur. Respondi, nō quidem debita fuisse, sed si id quod datum est, in alimenta cōsumptum sit, repeti non posse. Paul. [q] contrà. Idemq; est, inquit, si mortis causa fundus donatus sit, & conualuerit qui donauit, atq; ita condictio nascatur, fructus quoq; repetere debeo [r]. Quam sententiam sequimur. Non obs. Sceuolę respons. nam illud alimentorum relictum, cuius meminit, purum potius esse cēsetur. Quod ex eo colligi potest, dum relictum ꝓponat, quoad uiueret. Quartò, non indiget insinuatione [s], quod non satis animaduertit Bar. [t] Quintò, licet inter uirum & uxorem donatio prohibita sit [u], ne mutuo amore se inuicē spolient [x]: tamē adinstar donationis causa mortis, morte eius q donauit, cōfirmat [y], nō aūt morte ei⁹ cui dona-

h. l. fi. C. de do. promis.
i. d. §. extraneum.
k. l. j. §. illo procul dubio. C. de rei ux. act.
l. assiduis. §. ad hæc. qui po. in pi. hab. §. fuerat. Inst. de act.
l. l. j. §. cùm autem. C. de rei ux. act.
m. l. dotale. §. dotale. ff. de fun. dota.
n. l. quicquid. de uerb. ob. l. rum qui. ff. de dona.
o. l. si ut. §. sed ubi. ff cōmo. §. j. insti. qui. alie. lic.
p. l. consensu. in fi. ff de actio. & obl.
q. l. j. §. & ut plenius. §. sed & si. C. de rei uxo. act. l. assiduis. §. ad hæc. qui pot. in pig. hab.
r. l. in rebus. C. de iu. dot.
s. §. aliud quoque auth. de æqual. dot.
t. l. quod quis. de priui. cre. l. dotis. C. de iu dot.
u. l. assiduis. §. exceptis. C. qui po. in pi. hab.
x. §. quia uerò. de æqua dot. in nouel. & auth. quo iure. C. qui po. in pig. hab. l. super. C. de pignor.

e. l. qui mortis. co. l. j. C. commu. de leg.
f. l. marcellus. l. in mortis. l. qui mortis. ff. de dona. cau. mort. l. sed fi. de do. int. uir. §. mortis. Instit. de dona. l. iij. in fi. cum seq. ff. de adi. leg. Bar. l. 77. nu. 1. de leg. ij. adde Bartol. 79. § 2. de legat. ij. Bartl. 19. nu. 2. cum ij add. si cerpets.
g. l. in mortis. l non uidetur l senatus. §. j. l. Seiæ. ff. de dona.
h. l. fi. C. de codicil. l. j. in do. cau. mort.
i. l. j. C. cōmu. de leg.
k. §. mortis. Inst. de dona. §. si eadē res. Insti. de lega. l. in testamento. ij. ff. de cōdi. & demō. l. fideicom. C. de fideicom. l. 33. 52. ff de do nat. inter uir.
l. l. j §. cū igitur. C. de cad. toll.
m. l. à titio. ff. de fur.
n. l si filiofa. ij. ff. de do. cau. mor.
o. l. fideicō. §. j. de lega. iij. l. inter. de reb. dub.
p. l. ex parte. §. seruo. ff fam. ercisc.

y. §. ijs consequens. auth. de æqual. dot. l. qui nauem. ff. de priui. cred. l. interdum cum seq qui pot. in pig. hab. z. l. ij ff. de priui. cre.
a. § & in summa. Inst. de dona. no. add. 2. 3. Bar. l. 2. C. de inof. dona.
b. l labeo. C. de pac. l. ij. §. generaliter. ff de do. excep.
c. l. Seia ff. de donat. cau. mort. l j. C. eod.
d. l. cùm quis. ff. de dona. cau. mor.

q. l. uideamus §. idemq;. ff. de usur. r. l. qui se. §. fi. ubi Bar. & l. cùm quis. ff. de con. cau. da. s. l. fi. C. de don. cau. mor.
t. l. donatio. C. de dona. u. l. j. ff. de do. inter uir. x. § fi. ibi, minus etenim. auth. qui. mo. legit. y. l. j. l. donationes. C. de do. int. ui. l. si inter. ff. de red. dub. §. quia inter legem. auth. ut liceat mat. l. ij. C. de dote cauta non nume.

tum est

tũ est, si uiuo donatorio decesserit[a].
Sextò, propter delictum reuoca-
tur[a]. Septimò, falc. ex donatione cau
sa mortis detrahitur[b]. Idem probat
Bar[c]. tametsi quandoq; sibi nõ con-
16 stiterit[d]. Eadẽ † quoq; ad legata per
tinent, ex quibus etiam falc. detrahi
tur[m], quæ donationis causa mortis
instar habere uidẽtur[e], quòd bo. fid.
sint[f]. Item quemadmodũ mortis cau
sa donatio, ante testatoris mortem
non ualet; sic nec legatum, uel testa
mentum[g]. Octauò, super alimentis
in testamento, uel per donationem
causa mortis relictis, sine prætoris au
toritate non transigitur[h]. Nonò, om
nibus ijs substitui permissum est[i], in
stituto enim substituitur[k]. In dona-
tione causa mortis, idem permissum
est[l]. Decimò, qui mortis causa cape-
re possunt, idem quoq; legata cape-
17 re poterũt[n]. Vndecimò, † legatari[o],
siue fideicommissarius non tenetur
luere pignus rei sibi legatæ, sed ipse
hæres[o]. Quia legatũ legatario dam-
nosum esse non debet[p], nisi hæredi-
tas legata sit[q]. Vel testator eum fun-
dum legauerit, ad cuius partẽ, actio-
ne personali tenebatur, illa enim nõ
cedit legato[r]. Cæterùm ubi legata-
rius nõ tenetur luere pignus rei lega
tæ, neq; is cui mortis causa[s], (quod
nõ satis animaduertit Bar.[t]) uel in-
ter uiuos donatũ est[u]. Modò is qui
donauit, alioqui soluẽdo sit[x]. Quòd
si res legata uel donata, tandẽ pigno
ri data sit, neutrũ tamen reuocatum

x. l. non omnis. ff. si cer. peta. l. iij. de dona. cau. mor.
a. l. si aliquis. ff. de don. causa mor.
b. l. in donationibus. C. ad le. falc. l. qui precio. ubi Bart. l. Seia. ff. de do. cau. mor.
c. l. lxxix. §. j. de leg. ij. not. l. v. xij xviij. C. ad leg. fal.
d. Bar. l. j. §. itẽ si ita. nu. 1. ad leg. fal.
m. l. ij. C. de donat. cau. mor. l. cùm pater. §. j. de leg. ij.
f. l. illud. l. Marcellus. §. Paulus. ff. de don. cau. mort. §. est & aliud. Inst. de dona. l. Marcel. §. j. l. illud. ff. de don. cau. mor. l. fi. C. eod.
g. Bar. l. xxij ff. de donat.
h. d. §. est & aliud. l. si ij qui. l. Seia. ff. de do. cau. mor. §. legatũ. Inst. de lega. l. Titio usufr. de con. & dem. l. qui uniuersas. §. quod per colonum. ff. de acq. pos.
i. l. cũ hi. § hec oratio. ff. de transact.
k. l. j. §. quòd si in medio. C. de cad. tol. l. ei cui. ubi Barto. ff. de don. cau. mor.
l. l. ut hæredibus. ff. de legat. ij.

censebitur[y]. Tamen donatarius pi-
gnus luere tenebitur, quod licet ex
Imp. respons.[z] subtili quadam ratio
cinatione elici posse uideatur: ta-
men cùm publicæ utilitati potius,
quàm nimiæ subtilitati consulendũ
sit; uerior hæc mihi cedit sententia;
eum cui donata res est, cõueniri nõ
posse, sed hæredẽ eius qui donauit.
Nam cùm Imp.[a] dicat, eum cui do-
nata res est, non teneri ad æs alienũ
testatoris, pro ijs prædijs quæ pigno
rata non erant. Probabile non erit
arg. à contrario sensu, ut cum dica-
mus teneri, si res donata, pignorata
sit: quia prauus hinc intellectus na-
sceretur, cùm æris alieni personalis
obligatio, uniuersalem, non particu
larem successorem sequatur[b]. Et do
natio commodum, non emolumen-
tum adferre debeat[c]. Nisi bona de-
functi, alioqui non sufficerent[d].
18 Duodecimò, † quemadmodùm in le
gatis, sic & in donatione causa mor-
tis, ius accrescẽdi locum habet[e]. De-
cimotertiò, licet utrunq; reuocatum
sit, ut permittitur[f]: tamẽ si donans si-
ne hærede decesserit, secus est[g]. De-
cimoquartò, quemadmodùm domi
nium rei legatę sine traditione trans-
fertur[h]: sic & rei mortis causa dona-
tæ[i]. Decimoquintò, in utroq; requi
ritur apertura tab. & aditio hæredita
tis[k]. Conditio impossibilis de utro-
que reijcitur[l]. Verùm non semper,
mortis causa donationes legatis ad-
æquantur.

l. lx. lxxij. ff. a. l. lxxxviij. de le. j. l. xliij. de usufr. leg.
p. l. si hæreditatem. ff. mand. l. imp. §. si certum. de leg. ij.
q. l. xc. §. quæ marito. de lega. ij.
r. l. qui concubinam. §. si fundum. de leg. iij.
s. l. bene. C. de quad. præscr.
t. l. licet. nu. 6. C. de pact.
u. l. æris. C. de donat. l. fi. §. Lucius. ff. eo. ubi Bar.
x. l. si successionem. C. de reuo. ijs quæ in frau. cre. Leris. l. si patri. C. de dona. l. si non. C. de do. inter uir.
y. l. fi. §. lucius. ff. de donat. l. iij. C. de lega.
z. l. ij. uer. quib. C. de reuo. ijs. l. æris. uer. nemini. C. de donat.
a. d. l. ij. d. l. æris
b. d. l. æris. l. fi. C. de hær. act. l. j. §. si hæres ff. ad trebel.
c. l. si hæreditatem. ff. mand.
d. l. ij. C. de reuo. cau. ijs.
e. §. fi. l. j & ibi Bar. C. de cadu. tol.
f. §. si rem. Inst. de lega.
g. Bart. l. xix. addit. iij. ff. si cer. pet. l. j. C. de secũ. nup. l. ij. de dote præ. ubi not.

D I F F E R E N T I A

LEGATORVM.	DONATIONIS CAVSA MORT.
1 Est ultima uoluntas.	1 Magis accedit contractui.
2 Filiusfamilias legare non potest.	2 Filiusfamilias mortis causa donare potest.
3 Interdictum quorum legatorum datur hæredi, contra legatarium possidentem rem legatam.	3 Interdictum non datur cõtra donatarium, qui rem causa mortis possidet.
4 Vt testamentum ualeat, tempus conditi testamenti, aditæ hæreditatis uel traditionis, & tempus mortis testatoris spectamus.	4 Tempus mortis duntaxat attenditur.
5 Legatum ab hærede tantùm præstandum est.	5 Tam ab hærede, quàm à testatore præstatur.
6 Qui testamentum temere falsi arguit, uel inofficiosi querelam proponit, etiam legata amittit.	6 Qui testamentum temere falsi arguit, uel inofficiosi querelam proponit, donationem causa mortis non amittit.
7 Absenti fit.	7 Præsentie parte fit.
8 Conditionale retrò trahitur.	8 Retrò non trahitur.

m. d. l. ut l. j. C. de dona. cau. mor. l. si cui. ff. eo.
n. l. omnibus. ff. de dona. cau. mor. o. §. sed & fi. Insti. de lega. l. j. §. si hæres. ff. ad trebel. l. ij. C. de hær. act. l. si non. C. de dona. inter uirum. l. vj. C. de fideicom. contra Bart. l. v. §. fi. de lega. j. not. Bar. & Bar. l. j. add. ij, in fi. ff. de dona. cau. mor. l. xxij. in fi. add. eod.
h. l. à Titio. ff. de furt. i. not. Bar. l. j. addit. ij. ff. de dona. causa mor. facit l. xxij. ubi Bar. nu. 1. l. xxix. eo. ti. ubi no. Bar. l. xxvij. C. eo.
k. Bar. l. xliij. ff. de dona. cau. mor. l. add. Bar. l. xxxvij. eo.

DONATIO cauſa mortis, magis accedit contractui, ſed legatum merè eſt ultima uoluntas [h]. Hinc eſt, quod filius fa. cùm propter patriã poteſtatem teſtamentum facere nequeat [i]. Et legata in teſtamẽto relinquãtur [k], adeò ut non niſi ex teſtamento ualeant [l], meritò legare non poterit [m]. Quia res quę publici iuris ſunt, cùm ex alieno arbitrio pẽdere nõ debeãt, & defectu ſolẽnitatis uitiẽtur [n]: teſtamentũ uerò utpote publici iuris [o], ſit huiuſmodi, non enim ex alieno arbitrio pendere debet [p]. Meritò filius legare non poterit [q]. Mortis tamen cauſa, patre permittente donare poterit [r]. Tertiò, hæres contra legatarium poſsidentem, habet interdictũ quorum legatorum, ut ſibi poſſeſsionem reſtituat [s]. Quod tamen ceſſat, ſi quis & mortis cauſâ donatiõe poſsideat [t]. Quartò ut teſtamentum ualeat, ſpectamus tempus conditi teſtamenti & aditæ hæreditatis [u], uel traditionis [x], & tempus mortis teſtatoris [y]. In mortis cauſa donatione, tempus mortis dumtaxat attẽdimus [z]. Quintò, legatum ab hærede tantum præſtandum eſt. Mortis cauſa donatum, tam à defuncto, quàm ab hęrede, uel extraneo [a]. Sextò, † qui teſtamentum

19 temere falſi arguit, etiam legata amittit [b]. Idem ſi inofficioſi querelam temere propoſuerit [c], uel bo. poſs. contra tab. petierit [d]. Quod non ſatis animaduertit Bar. [e] Sed per occaſionẽ alio tandem loco ſeipſum reſtituit [f]. Hæc uera ſunt, ſi legatarius ad finem uſque in ſua accuſatione perſiſtat [g], tũc enim etiam legatum amittit. Idem de creditore, qui negat rem debitoris eſſe, nam poſteriores illi pręferuntur [h]. Non tamen ea quæ mortis cauſa ſibi donata ſunt [i], uel alia quæ aliunde quàm ex teſtamento ſibi obuenerũt, tametſi ex re defuncti [k]. Addit & aliam differentiã Bar. [l] quòd in donatiõe cauſa mortis, requiratur præſentia partis, quod falſum eſt [m]. Neque hoc probat Martia. [n] cuius autoritate ipſe nititur, dũ dicat, Nam mortis cauſa donatur, quod pręſens pręſenti dat. Voluit enim differentiam ſtatuere inter legatum & donationem cauſa mortis, quòd legatum ab hęrede tantùm capiatur [o]. Mortis uerò cauſa donatum, etiã ab eo qui donauit [p]. Et Bar. etiam ſibi contrarius, idem uoluiſſe uiſus eſt [q]. Poſtremò Conditionale legatum, retrò trahitur, maximè ſi cõditio caſualis ſit [r]. Donatio uerò cauſa mortis, retrò non trahitur [s]. Quod intelligit Bar. [t] quoad dominium, ſecus quoad fructus.

20 REMVNERATORIA. † [o]

QVÆDAM eſt obligatio ad antidona, ut benefaciẽti, benefaciamus, quæ naturaliter donatarium donatori obſtringit, illũ enim exemplo Atilij Reguli, remunerare tenetur [u]. Cuius nomine mãdati actio competit [x], nec inſinuatione indiget [y].

Loci communes:
1 De donationib. ff C. Inſt.
2 De donat. mortis cauſe. ff. C.
3 De donat. inter uir. & uxo. ff. C.
4 De donat. ante nup. C.
5 Authent. de ſponſ. largit.
6 De dona. quæ ſub modo. C.

CAP. XXII.


DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

1 Emptor quis dicatur.
2 Emptionis ſubſtantialia & accidentia.
3 Venditori incumbit certam rem uendere & tradere, non dare. num. 5. 6. 7.
4 Emptio non uitiatur ſi in acceſſorijs diſſenſus ſit.
7 Hæres quando teneatur rem legatam, efficere legatarij.
8 Venditor, in arbitrium emptoris, precium non confert.
9 Venditor actiones ſuas præſtare tenetur.
10 Emptor, certum precium conſtituit.
11 Emptioni quæ adeſſe, uel abeſſe poſſunt, accidentia dicuntur.
12 Emptioni quæ tacitè inſint.
13 Empti & uenditi actiones.
14 Redbibitoria quid & quando & quatenus competat.
15 Emptor quatenus ad intereſſe agere poßit.
16 Venditori quæ actiones competant. 17. cum ſequen.
17 Venditor agit ad precium, non ad rem.
18 Venditor quando ad rem agat.
20 Pacta adiecta emptioni, quando ſeruanda, & quando non inſint.

h. Bart. l. ij nu. 1. de do. præleg. l. j. nu. 1. ff. de do. cau. mor.
i. l. ſeniũ. C. qui te. fa. poſ. §. j. Inſt. qui. teſt. fa. poſ.
k. l. legatum. de leg. ij.
l. § fi. Inſti. de fideic. bar.
m. l. ij. de leg. j.
n. l. non dubiũ. C. de legib.
o. l. iij. ff. de teſtamen.
p. l. illa. ff. de hær. inſt.
q. l. ij ff. de leg. j cont. l. xvij. ubi ĩ. de aur. leg.
r. no. Bar. l. ij. § j. nu. 5. ff de dona. l. filiuſfa § pari. eo. ubi Bar. l. tam is. §. j. ff. de donat. cau. mor. not. Bart. l. ij. nu. 1. de leg. j. cũ add. idem l. ij. num. 2. de dote præleg.
s. l. j. C. quor. legat.
t. l. j. §. ſi quis. ff. eod.
u. l. cum ita. cũ gloſ. ceſſerit. de con. & demon. § in extraneis. Inſti. de hær qual.
x. l. ſi is qui. §. fi. de uſuca. l. tam is. §. j. de don. cau. mor.
y. l. qui duos. ff. de manu. teſt. l. j §. cum igitur. §. in nouiſsimo. C. de cadu. tol.
z. l. in mortis. l. ſi ſeruo mortis. ff. de don. cau. mor.
a. §. legatum. Inſtit. de lega. l. inter. ff. de dona.
b. l. ſi non ſolum. §. j. ſi quis omiſ. cau. teſt. l. filium. §. omnibus. de leg. præſt. l. ij. & ibi Bar. C. de ijs qui ut indig. Bar. l. v. §. j. de leg. præſt. facit l. legatarius. de excu. tut. l. poſt. §. j. §. qui mortuus. ff. de ijs qui. ut indig.
c. l. Pap. § memiſſe. ff. de inof teſt.
d. l. ſi ſub. §. j. ff. de con. tab.
e. l xiij nu. 5. C. de inof. te.
f. auth. ex cauſa. num. 19. C de lib. præt.
g. not. l. viij. C. de ijs quib. ut indi. Bar. l. v. nu. 4. ff. eod.
h. auth. item. C qui pot. in pi. habe.
i. l. etiam ff. de inof teſt.
k. l. j. §. nec caſtrenſe. ff de col. bon. Bar. l. iij. de leg. præſt.
l. l. nuda. nu. 1. ff de dona. l. j. nu. 1. l. xxv. § j. nu. 2. et. ſeq.
m. l. ij. ff. de act. & obl.
n. l. inter. ff de do. cau. mor.
o. §. legatum. Inſti. de lega.
p. d. l. inter.
q. l. xxv. § j. nu. 5 ff. de do. cau. mor.
r. l. Pomp. § ſed & ſi. ff. de acqui. poſ. amplius dixi. ſ. ca. xiij. nu. 29.
s. l. ſi mortis cauſa. & Bart. l. fin. in fi. ff. de do. cau. mor.
t. l. xl. eod. cum add. & l. j. §. j. ff. pro don.
u. l. Aliciũ. ff. de dona.
u. l. ſed & ſi lege. §. cõſuluit. ff. de pet. hæred.
x. l ſi remunerandi. ff. mand. no glo l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Bar. l. ſi ex teſtamento. §. j ff. de fideiuſ. d. §. conſuluit.
y. Bar. d. l. Atilius. nu. 3.

Emptor

1 EMPTOR † est, qui precio emit[a], hinc emptio appellata est, quæ inter cōtrahētes mutuā dictat obligationē[b], utriusq; enim utilitas uertitur[c]. Nisi quis à pupillo sine tutoris autoritate emerit, nam licet is qui emit, obligatus sit pupillo, tamen pupillum sibi non obligat[d]. Quia qui à pupillo, sine tutoris autoritate emit, bona fide non emit[e]. Si tamen locupletior pupillus effectus sit, conueniri poterit[f].



1 SVBSTANTIA.

Contractui emptionis substātia, duo principaliter insunt. Primò contrahentium cōsensus[g], qui per nuncium, uel per epistolam perficitur[h]. Cæterùm cùm de substātia emptionis, consensus ipse sit[i]: si defecerit, ipso iure contractus nullus est. Inest prætereà, ut alter alteri uicißim obligetur: in bo. fid. enim iudicijs, alter alteri obligatur, de eo quod alterum alteri ex bono et æquo præstare cō-
3 uenit[k]. † Incumbit autem uenditori, certā rem uendere: res enim de substantia emptionis esse dicitū, sine qua emptio subsistere nequit[l]. Quò fit, ut cùm incertitudo actū uitiet[m], emptio rei incertæ non ualebit[n], si in re uendita, contrahentes dissentiant[o]. Sic si eadem res in rerū natura, ante uenditionem esse desierit, nulla emptio contrahatur[p]. Idem si res sacra, furtiua, uel liber homo uēditus sit[q].
4 Quòd † si in accessorijs, siue super aliquo accidente contractus dissensus sit, nō eò uitiatur emptionis contractus, sed aduersus eum interpretatio fit, qui uerba ambigua protulerit[r]. Vt si in emptione fundi dictum sit, accedere Stichum seruum, & de uno emptor, & de alio uenditor sentiat[s]. Æquum tamen est, ut quod in accesione accedit, tam integrū præstetur, q; illud præstari debet, quod principaliter uenit[t]. Cæterùm licet dissensus in re uendita, uel si eadem ante perfectam uenditionem, in rerum natura esse desierit, cōtractū emptionis omnino uitiet: tamen spes[u], ut quod sub conditione debetur[x], uel fructus futuri ex partiū consensu rectè emūtur[y]. Quòd si nihil acciderit, sibi imputet emptor, tametsi secus dicendū esset, ubi res certa e-
5 mitur. † Prætereà incumbit uenditori, rem tradere. Cùm enim bo. fid. iudicium sit, nihil magis bo. fid. congruit, quàm id præstari, quod inter cōtrahentes actum est[z]. Non enim eam emptor propria autoritate capere poterit[a]. Sed nec antè dominus rei uenditæ efficitur, quàm res à domino realiter sibi tradita sit[b]. Nisi per precarium, uel retētionem usufructus, uel conductionem rei uenditæ iam possederit[c]. Cæterùm si dominus non sit qui uendidit & tradidit, nihil transfert, cùm nullū ius habeat[d], nec cogitur rem uenditā, emptoris facere[e]. Vt qui rem tradi stipulatur, non intelligitur proprietatem dari oportere[f]: sed de euictione tenetur is qui uendidit, si preciū numeratum, aut aliter satisfactum sit.
6 Igitur † uēditor, licet rem uenditam tradere teneatur, nón tamen dare,

a. l. sciendum. §. emptorem. ff. de ædil. ed.
b. l. ex empto. ff. de act. emp.
c. l. si ut certo. §. sed ubi. ff. commod.
d. l. Iulianus. §. si quis à pup. ff. de act. emp.
e. l. qui à quolibet. ff. de con. emp.
f. l. sed. ff. commod.
g. l. consensu. in prin. de ac. & obl. l. iurisgētium. ff. de pac. l. cum ijs. l. qui hominē. l. si quis etiā. de sol. l. j in fi. l. in uenditoribus. ff. de contrah. emp.
h. d. l. j. in fi. d. l. consensu.
i. l. ij. iij. ff. de contr. emp.
k. l. consensu. in fi. ff. de act. et oblig.
l. l. nec emptio. ff. de cōtrah. emp.
m. l. cum ex pluribus. ff. de ma. testi.
n. l. nec emptio. l. si in emp. §. omniū rerū. ff. de contra. emp. l. iij. §. j. de acqu. pos.
o. l. et si. ff. de cō trah. emp.
p. d. l. si in emp. §. liberum. §. ité si emptor.
q. l. in uenditionibus. cum ijs. seq. ff. de con. emp.
r. l. ueteribus. ff. de pact.
s. l. si in emp. ff. de cont. emp. l. in cōtrahenda de re. iur.

t. l. proinde. ff. de ædil. eds.
u. l. si iactum ff. de act. emp.
x. §. ex conditionali Instit. de uer. ob.
y. l. nec de con. empt. l. spem. C. de dona.
z. l. ex empto. ff. de act. emp.
a. l. prædia. ff. de cont. emp.
b. l. traditionib. C. de pact. §. per traditionem. Insti. de rer. diui. l. ex empto. ff. de act. emp.
c. l. quod meo. ff. de acq pos. l. quædam mulier. de rei uē dic. l. certè. §. j. de prec.
d. l. traditio. ff. de acq. re. do.
e. l. si ita distrabatur. ff. eod.
f. l. si rem tradi. de uer. obl.

 hoc

hoc est, rem emptoris efficere cogi-
tur[g].(alioqui permutatio erit[h]) Nã
qui rem dare debet, ita dare tenetur,
ut eius fiat, cui dederit[i]. Hinc est, ꝙ
si promittam dare prædium pro de-
cem, emptio nõ est[k], sed potius con-
tractus innominatus, do ut des[l]. Cũ
uerò ista clausula in contractu em-
ptionis adijcitur, uendidit, dedit &
tradidit, hîc, Dedit, impropriè poni-
tur[m]. Vt ita demum dederit, si domi
7 nus sit[n]. † In ultimis uerò uoluntati-
bus attẽdimus, utrùm genus, an spe-
cies danda sit. Nam si hæres genus
dare teneatur, id omnino legatarij ef-
ficere debet[o]. Quòd si speciem tan-
tùm, sufficit talem dedisse, qualis le-
gata est[p]. In contractu emptionis,
non absimilis obseruatio est, nam si
genus uendatur, puta, decem modia
frumenti in genere, uenditor domi-
nium transferre cogitur[q]. Qui uerò
speciem uendidit, eam tradendo libe-
ratur[r], nec eandem emptoris facere
cogitur[s], sed precium restituendum
est[t]. Stipulari autem non solùm rem
tradi, uerùm etiam dari possumus. Si
tamen rem tradi stipulemur, promis-
sor, rem dare non tenebitur[u]. Quòd
si rem dari stipulatio contineat, hoc
inest, ut dominium quoquo modo
efficiatur stipulatoris[x]. Et uenit in-
teresse, non iure actionis, uel obliga-
tionis, sed officio iudicis[y]. Si tamen
res quæ ex stipulatu, uel legato debe
tur, sine culpa eius qui debet, perie-
rit, nõ tenetur[z]. atq; ita Vlp. respõs.[a]
interpretabimur. Quòd si utrunq;,
rem scilicet dari, & tradi quis stipule
tur: ueniunt fructus, tametsi separa-
tim non ueniant[b]. Hinc est, quòd ne
mo stipulari potest, rem suam sibi da
ri[c]. Res enim quæ iam mea est, am-
plius mea effici non potest[d]. Sibi au
tem restitui, seu tradi stipulari pote-
8 rit[e]. † Inest & quartò ex parte ipsius
uenditoris, ne precium in emptoris
arbitriũ cõferat, tametsi adijci posit,
ut si displiceat, inempta sit[f]. Alterius
autem arbitrio committi permissum
9 est[g]. † Postremò, actiones suas præ-
stare omnino tenetur. Hinc est,
quòd hæres mandatoris, si rem quã

g. l. j. C. de rerũ permu.
h. l. j. ff. de con. emp. l. naturalis. §. j. ff. de præscr. uer. §. item preciũ. Insti. de emp.
i. §. sic itaq;. institi. de act. l. si rem meam. ff. de solut. l. ubi autẽ. in fi. de uer. obl.
k. l. j. C. de rerũ permu.
l. l. fi. ff. de con. ob cau.
m. l. si ubi. ubi Bar. nu. 2. ff. si cer. pet.
n. l. j in prin. cũ glo. ff. depos. glo. l. non uidetur data. de reg. iur.
o. l. hæres. ff. de euict.
p. l. si à substituto. §. j. l. si generaliter. de leg. j.
q. l. qui decem. §. qui hominem. de sol. l. hæres seruũ. de euict. l. qui concubinã. §. si hæres de leg. iij. l. si domus. §. j. de leg. j.
r. l. statuliberũ medio. § j. de statulib.
s. l. si ut distrahatur. de cõt. emp.
t. l. fi. de cond. ob cau.
u. l. si rẽ tradi. de uer. ob.
x. l. ubi autem. §. fi. eo.
y. l. unum. ff. si cer. peta. l. in hac. de tritic.
z. l. si ex legat. de uer. ob.
a. d. l. si ita in fi.
b. l. si stipulatus sis. ff. de usur.
c. d. l. si ita. in fi. l. si dari stipuler. l. si etre. §. j l. si rem. de uerb. obl.
d. §. sic itaque. inst. de act.
e. l. nemo. de uer. ob.
f. l. iij. de contr. empt. §. emptio. Inst. eo.

testator uendẽdi potestatem ex man
dato habebat, uendiderit, mandati a-
ctionem habet, cùm teneatur ex em-
10 pto, ut præstet actiones suas[h]. † Por-
rò cum emptionis substantia consi-
stat etiam ex precio[i], sine quo uendi
tio esse non potest[k]. Meritò incum-
bit emptori certùm precium consti-
tuere[l]. Non enim sufficit contrahen
tes cõsentire contractui emptionis,
quin etiam certum precium consti-
tuendũ sit[m]. Conuentione autẽ pre-
cij, emptio statim cõtrahitur[n]. Quod
emptor etiam dare, hoc est, uendito-
ris facere tenetur, quia in genere ei
obligatus est[o], uenditor uerò in spe
cie[p].

2 ACCIDENS.

11 Quædam † tacitè insunt contra-
ctui emptionis, quę cùm ex partium
conuentione abesse posint, ea nimi
rùm huius cõtractus accidentia es-
12 se dicimus. Veluti † cautio duplę[q], i-
temq; euictio, quam licet uenditor
nõ promiserit, tacitè tamẽ tenetur[r].
Nisi spem et futurum euentum quis
emerit[s], uel conuentione liberatus
sit, ita tamen ut pecuniam nihilomi-
nus repetere posit[t]. In donatione
uerò & alijs cõtractibus lucratiuis,
euictio non debetur: nam intelligi-
tur tantùm ius quod habebat, trans-
ferri[u]: nisi præcedente stipulatione
promissa sit[x]. Tacitè quoq; inest, ut
periculum & commodum sit empto
ris[y]. Et hoc cũprimùm de precio cõ-
uentum est[z], tametsi ea res nondum
emptori tradita sit[a], uel precium nu-
meratum non fuerit[b]. Nisi uenditor
in dolo, uel culpa sit[c], uel casum for-
tuitum in se susceperit[d], uel contra-
hentes cõuenerint, ut cõtractus per
scripturam redigatur, tunc antè peri-
culum ad emptorem non transit[e].
Quartò si res uendita, inspiciẽda de-
tur, ut peritioribus ostẽderetur: mox
casu fortuito perierit, incommodum
est uenditoris[f]. Nam quoties res uen
dita, ante uẽditionem esse desiit, nul
la emptio est[g]. Quintò si pendẽte cõ
ditione res uendita perierit, cedit pe
riculo eius qui uendidit[h]. Postremò
tacitè inest huic contractui emptio-

g. l. quod sæpè. §. j. ff. de con. emp. l. in uenditis. C. eo.
h. l. hæredem. ff mand.
i. l. pacta. ff. de con. emp.
k. l. ij. §. j ff. eo.
l. §. precium. Insti. de emp.
m. d. l. in uenditionibus.
n. l. ij. ff. de con. emp. l. naturalis. l. ij §. j. de præscr. uer.
o. l. xxix. §. si hæres. de leg. iij. l. si domus. §. de euictione. de leg. ij. not. Bart. l. j. nu. 15. l. xj nu. 3. ff. de actio. em. Bar. l. qui concubinam. §. si hæres. nu. 2. de le. iij.
q. l. pacta conuẽta. ff. de cõ. empt.
r. l. non dubitatur. C. de euic.
s. l. nec. in fi. ff. de cont. emp.
t. l. emptorẽ. §. j. ff. de act. em.
u. l. seruitutum electio. §. j l. si unus. §. fin. de leg. j.
x. l. Aristo. §. fi. de donat. l. ad res donatas. ff. de edil. edi.
y. §. cùm autem Inst. de empt.
z. l. j. C. de peri. l. id quod. cũ seq. ff. eo. l. si ee res. ff. de act. emp. §. cũ autem. Instit. de emp.
a. d. §. cũ autẽ.
b. l. ij ff. de con. emp.
c. l. et si. ff. eo.
d. l. si fistulas. §. fi. de contr. emp. l. exceptio. C. eo.
e. d. § cùm autem.
f. l. si rem. §. si cùm mihi. l. apud. §. j. ff. de præscrip. uerb.
g. l. & si. ff. de cont. emp.
h. l. necessariò. §. quòd si. ff. de peri.

nis &

nis & uenditionis, ut cùm tam emptoris quàm uenditoris utilitas insit, dolus & culpa ex parte utriusque præstetur[i]. Quorum gratia sequentes actiones institutæ sunt.

13 Actio † ex
- 1 Empto
  - 1 Vt res reddatur.
  - 2 De euictione.
  - 3 In duplum.
  - 4 Redhibitoria.
  - 5 Quantò minoris.
  - 6 De dolo & culpa.
  - 7 Quanti interest.
  - 8 Præscrip. uerbis.
- 2 Vendito
  - 1 Ex pacto legis commissoriæ.
  - 2 Vt precium persoluatur.
  - 3 Nummi efficiantur uenditoris.
  - 4 Vsuræ petantur.
  - 5 Sumptus repetantur.
  - 6 In simplum agitur.

1 EMPTO. †

QVEMADMODVM uenditor rem tradere tenetur, ita emptor ad soluendum precium[k]. Hinc nata duplex actio est, alia ex empto, alia ex uendito. Ex empto actio datur emptori contra uenditorem, ut res uendita sibi tradatur[l]. Intelligo tradi, totam rem, nam qui minorem fundi mensuram tradit, quàm conuentum est, nihil agit, eoque nomine in ipsum actione ex empto agitur[m], ita tamen si precium emptor persoluerit. Agit præterea emptor de euictione aduersus uenditorem, si non permanserit dominus totius, uel partis rei uenditæ, si cùm dominus rei uenditæ non esset, res euincatur[n]. Tertiò, emptor agit in duplum, si cùm arras dedisset, uenditor contractum rescindere uelit, in duplum tenetur, hoc est, arras quas acceperit, et totidem restituere cogitur[o]. Nisi qui ex necessitate uen-
14 diderit[p]. Quartò, † Redhibitoria, iudicio empti continetur[q]. Redhibere est facere, ut rursus habeat uenditor, quod habuerat, quasi reddere[r]. Et datur quando quis animalia morbosa & uitiosa uendidit[s]. Præscribitur autem hæc actio Redhibitoria, intra sexaginta dies utiles[t]. Obstat » Vlp.[u] Tempus, inquit, redhibitio- » nis, sex menses utiles habet. Respõ. Vsque ad sex menses, quatenus interest, agi potest[x]. Redhibitoria uerò, quæ ad rem suam recipiendam præcipuè datur, intra duos menses tantùm competit. Sed an computentur dies utiles, uel cõtinui, amplius deliberandũ est[y]. Quintò agitur quantò minoris, aduersus uẽditorẽ, quando ipse uenditor ignoranter rem uitiosam & morbosam uendiderit[z]. Atque ita Vlp. respons.[a] interpretabimur. Neque, inquit, interest emptoris, cur fallatur, an ignorãtia uenditoris, an calliditate. Imò uerò plurimùm interest, nam si dolosus emptor fuerit, aduersus ipsum, quanti uenditoris interest, agi poterit[b]. tametsi emptor suam actionẽ remiserit[c]. Si uerò ignorãter, emptor id tantùm præstabit, quantò minoris esset empturus[d]. Et datur hæc actio intra annũ utilem[e]. Sextò, dolus & culpa uenditoris, etiã emptori præstanda est[f]. Vt si dolo malo aliquid fecerit uenditor in re uendita: ex empto eo nomine actio emptori cõpetit[g]. Septi-
15 mò † agit eo nomine emptor, quanti sua interest[h]. Vt si scienter rem uitiosam et morbosam uendiderit[i]. Vel si res uendita, emptori tradita non sit[k]. Et datur hæc actio intra sex menses[l]. Postremò, si precium datũ sit, ut res detur, & res accipientis non efficiatur, pecunia præscriptis uerbis actione repeti potest[m].

2 VENDITO.

16 Actio † ex uendito competit uenditori, ut ea consequatur, quæ ei emptor præstare tenebatur[n]. Quo nomine sex actiones institutę sunt. Agitur enim ex pacto legis cõmissoriæ, quod locum habet, quãdo uenditor cauit, ut si ad diẽ pecunia soluta non sit, fundus inemptus esset: tũc si uenditor reliquum preciũ petere uelit, poterit[o]. Aut fundum inemptum esse uelit, legis commissorię actione, rẽ uenditam repetet[p]. Et emptor precium quod dederit, amittet[q]. Quare altera actione electa, uariare nõ poterit[r]. Quæ lex Commissoria, licet Imp. Antonino aduersus minorem displicuerit[s], non tamen eam improbasse censendum est[t]. Præterea agit uenditor, ut precium persoluatur[u].
17 Rei † enim uenditę (ut Imp.[x] ait, cuius re-

i. l. si ut certo. §. sed ubi. ff. commod.
k. l. ij. iij. l. ex empto. ff. de act. emp.
l. d. l. ex empto.
m. l. in emptorem. ff. de ac. emp.
n. l. j. cum seq. ff. de euict. l. tenetur. § si tibi. ff. de acti. emp.
o. l. pacta. ff. de con. emp. §. j. inst. de nupt.
p. l. qui hæres. ff. fa. ercisc.
q. l. ex empto. § redhibitionẽ. ff. de act. emp.
r. l. redhibere. ff. de ædi. edi.
s. d. § redhibitionem.
t. l. si uẽditor. l. quòd si. §. itẽ si temp. u. ff. de ædil. edi.
u. l. sciẽdum. §. temp. ∴ cum seq. ff. eo.
x. l. sed uẽditor ff. de ædi. edi.
y. Bar. l. fi. nu. 6 C. de tẽp. non sol. pecu. l. fi. nu. 14. C. qui. ex cau. maio.
z. l. Iulian. ff. de act. emp. Bar. l. tenetur. §. sed si uat. eo.
a. l. j. §. neq. ff. de ædil. edi.
b. d. l. Iulianus.
c. l. quæritur. §. remittẽtibus. ff. de ædil. edi.
d. d. l. Iul. ubi no. Bar. nu. 5.
e. l. sciẽdũ. in fi. ff. de edi. edi. not. Bar. §. 5. nu. 5. auth de eccl. tit. l. 14. nu. 1. cũ seq. ff. de act. em.
f. l. si ut. §. sed ubi. ff. cõmo. l. Iul. §. in ijs. ff. de act. em.
g. l. tenetur. §. si dolo. ff. de ac. emp.
h. not. Bart. l. j. nu. 1. l. 22. §. 2. ff. de act. em. Bar. l. 40. eiũ ij. add co. l. 51. eod. Bar. l. 52. §. 1. nu. 8. ff. si cer. pet.
i. l. Iulian. ff. de actio. emp. l. quod seruitutes. ff. de euic. l. ex empto. §. fi. ff. de actio. emp.
k. l. ex empto. §. & ex empto ff. eo.
l. l. sed uenditor ff. de ædi. edi.
m. l. fi. ff. de cõ. ob cau.
n. d. l. Iul. §. ex uendito.
o. l. si fundus. §. eleganter. ff. de leg. cõmis.
p. d. §. elegãter. & l. iij. C. de pa. inter em. l. ij. ff. de leg. commis. l. Celsus. §. j. de cõtrah. emp.
q. d. l. si fundus. uer. sed quod ait.
r. d. §. elegãter.
s. l. emdum. ff. de minor.
t. d. l. si fundus.
u. l. Iulian. §. ex uendito. ff. de act. emp.
x. §. uenditæ. Instit. de rerũ diui.

ius responf.ex Pomp.[r] elicit)et tradi
tæ non aliter emptori acquirũtur,quàm
si is uenditori precium soluerit[a],uel
alio modo ei satisfecerit, ueluti ex-
promissore,hoc est,fideiussore[z], aut
pignore dato, quod tam iure gen.quàm
lege xij.tab. cautũ est[b]. Sed si is qui
uendidit, fidem emptoris sequutus
fuerit:dicendum est,statim rem em-
ptoris fieri. Qui tamen si preciũ non
persoluerit,non tantùm distrahi con
tractus[c],uerùm etiã res tradita uen-
dicari poterit[d], aut euictione agere
» prohibetur[e].Imper.[f] contrà, Inciui-
» le,inquit,atque iniustum est,quod po-
» stulas, ut mancipium, quod tradidi-
» sti, & eo modo dominiũ eius trans-
» tulisti: inuito eo ex nostro rescripto
» tibi assignetur[g]. Sanè de precio si
» non hoc antè probatum fuerit te re-
» cepisse,conueni aduersarium tuum.
Sicque apparet,dominiũ, rei traditio-
ne,etiam precio non soluto transfer
ri. Quæ adeò uera sunt,ut licet ea cõ
ditione prædia distrahãtur,ut quod
alteri debeatur,qui cõparauit, resti-
tueret,uel reliquum precium persol
ueret:tamẽ emptore non satisfacien
te conditioni, contractus eo nomi-
ne non rescinditur[h],hoc est,rei uen-
dicationem uenditor non habet, sed
actionem ex uendito[i],hoc est,quan
ti sua interest, experiri potest,si tradi
derit[k].Idem dicendum de emptore,
qui si precium persoluerit, re sibi nõ
tradita, precium repetere nõ potest,
sed aget quatenus sua interest[l]. Ex
ijs colligimus, rei traditione,tametsi
precio non soluto,dominium omni-
18 no transferri.†Excipimus uendito-
rem,qui precario possessionem reti-
nueritis enim precio nõ soluto,rem
traditam uendicare potest[m], & tunc
procedat prior sentẽtia. Excipimus
præterea,quando certæ rei contem-
platione,multò minoris res uendita
est[n]. Sic si uenditor ultra dimidium
iusti precij deceptus sit, precium re-
stituendo,potest rem uendicare,nisi
emptor reliquum præstare paratus
sit[o]. Item res uẽdita officio iudicis,
uel per procuratorem, tametsi tradi-
ta sit, dominium precio non soluto,
non transfertur[p].Idem si contractus
ipso iure nullus sit[q]. Vt si dolus ad-
uersarij, dederit causam cõtractui[r].

9.l.quod uẽdi. ff.de cõ.emp.
z. l procur.§. sed & si.ff. de trib.act.
a.d.§.sed.Bar. l.ij.nu.3.C.de re.permut.
b. no.Bar.l.ij. nume.5. ff.de act.emp.
c.l.ex empto.§. is qui.ff.eod.
d. d.§ sed.in fi. no.Bar.l.cum mota. C. de trãsa.l xlvij. ff de admini. tut.l.xviij.ff. de priuil cre.
f. l.inciuile.C. de rei uẽ.Bar. d.l.ij. num.3.
g. l.uendit.C. de act.emp.
h.l.ea conditio ne.C.de resc. uend.
i. l.qui ea lege. C.de pa.inter empt.
k.d.l.ea condi- tione.C. de resc.uend.
l. l.sicut.C.de act emp.
m.d.l.qui ea le.
n. l.cũ te.C.de pac.int.emp.
o.l ij C.de re- scin uend.
p. l.à diuo Pio. § sed si em- ptor.ubi Bar. nu 2. cũ seq. ff.de re iudic. nu.6.l.vij.§. ij.nu.6.ff qu. ex ca.in pos.
q. Bart. l.sub prætextu.nu. 5.C.de trãsa.
r. Bar.l.lx.§. mãdaui.ff.lo- cati.
s. l.iij.& ibi Bart.C.de ijs quæ ui met. cau.
t. d.l.iij & ibi Bar.nu.2.
u. l.ex empto.

Vel per uim contrahens restitutus
sit[s].Vel initio rem retinuerit, donec
preciũ sibi restitueretur[t]: aut ex con
19 uẽtione hoc actum sit[u]. †Agitur &
tertiò ex uendito,ut nummi effician
tur uenditoris[x]. Quartò,ut usuræ ab
eo tempore quo res uendita tradita
est,petantur[y], Item'que in simplum
agitur,hoc est, arras,quas acceperit,
sibi acquirit,si emptor contractũ em
ptionis reuocauerit[z].

CONCILIATIO.

Hæc nostra in hunc contractum
emptionis in substantias & acciden
tia diuisio,ad quamplures iuris An-
tinomias dissoluẽdas plurimùm pro
20 derit. Puta, †Imper. ait[a], pacta no-
uissima seruãda esse. Pap.[b] uerò ait,
pacta conuenta, quæ postea adijciũt
aliquid emptioni,non inesse. Sed in
accidentibus, nõ in substantialibus
hoc probat[c].

Loci communes. { C.de contrahen.emp.cum seq. | ff.de emp.& uend.cum seq. | Inst.de empt. | §.actionum.Inst.de act. }

CAP. XXIII.


DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE.

1 Locatio & conductio quid.
2 Locatio & conductio,emptionis instar habet.
3 Locatio circa quæ uersetur.
4 Locatio à mandato,deposito & commodato, in quo differat.
5 Commodatum quid,eiusque natura.
6 Actiones locati,uel conducti.
7 Culpa quid sit.
8 Casus fortuitus est locatoris,non conductoris.
9 Locatio,morte finitur.

1 LOCATIO † est propriæ rei, ob
pactum precium,ad alterum u-
sum facta translatio . Et conductio
mercede,est alienæ operæ, ob pactã
mercedem,in usum proprium usur-
2 patio. †Cæterùm locatio & condu-
ctio,emptioni proxima est, nã post-
quàm contrahentes de precio con-
uenerunt, statim nascitur inter eos
mutua quædam obligatio[a], ne alter
ab altero lædatur[b]. Præterea quem-
admodũ emptio, solo consensu per-
3 ficitur, ita etiam locatio[c]. †Versatur
autem locatio, circa rem locatam &
mercedem conuentã.Hinc est,quòd
qui im-

§.is qui uind. ubi Bar.ff.de act.emp. Adduc limita.ut per Bar. l.cũ mota. C. de trãsac.l.x.§. ij. ff.de actio. em.l.lix.nu.5. ff.de pact. l. xxiij §.fi.nu. 10. fol.matr.
x.l.j.ff.de rerũ permu.
y.§. præterea. d.l.iul.l.cura bit.C.de act. emp.
z. §.j Insti.de em.§.omnium autem.in fin. de act.
a.l.pactis nouissimis.C.de pactis.
b.l.pacta cõuenta.ff.de cõt. emp.
c. Bar.d l pacta nouißima in prin. & l. in bo.fid.nu. 2.eod.
a. l.si ut.§. quod ego.ff. cõmo.§.commodata.Inst. quib.mod.re con.obli. l.ij. ff.loca.
b. d.l.si ut.§. sed ubi.
c. l.in quibuscunque.ff.de act.& ob.l.j. l.item queritur.§.qui impleto.l. cum in plures.§. locator.ff.loca.l.legem.C eo.§.j.Inst. eod.

qui impleto tempore locationis &
conductionis, remansit in cõductio
ne: non solùm reconduxisse [d], uerùm
etiam pignorum obligationem con=
tinuasse censetur [e]. Et ita tacentes cõ
trahentes uidentur consentire prio=
ri obligationi locationis & condu=
ctionis [f]. Est quoq; locatio, quoties
pecunia datur, ut aliquid fiat: ut si cõ
stituta certa mercede mandauero ti=
bi, ut aliquid facias [g], puta, ut uestimẽ
ta polias [h]. Vel cùm usus alicuius rei,
in certum tempus, certa mercede cõ
stituta, permittitur, locatio est. [i] Loca
tor autem is est, qui mercedem acci-
pit [k], qui dat operas, qui habitationẽ,
uel ius ducendi aquam patitur: con-
ductor uerò est, qui mercedem dat [l].
A qua interpretatione minimè rece=
dendum esse censeo [m], tametsi nostri
plerunq; controuertant [n]. Sic & co=
lonus est, qui certa pensione præsti=
ta, rustica prędia colit, suosq; fructus
facit: inquilinus, qui prædia urbana,
mercede conuenta incolit. Partes igi
tur locatoris sunt, rem, aut operam
præstare: conductoris uerò partes
4 sunt, mercedẽ exoluere. † Differt au-
tem locatio à mandato, deposito, uel
commodato: quòd mandatum fiat
gratia mãdãtis tantùm, & nulla mer=
cede constituta [o]. Depositum, gratia
deponentis, etiam nulla mercede ꝑ-
posita, qui nimirùm dolũ dumtaxat
5 præstare tenebitur [p]. Commodatũ, †
gratia accipientis dumtaxat fit [q], in
quo nulla merces cõstituitur [r]. Qui
tantam diligẽtiam præstare tenetur,
quãtam diligentissimus paterfa. suis
rebus adhibere solitus est [s]. Ita tamẽ
ut damnum ab alio iniuria illatum
præstare non teneatur [t]. Locatio ue=
rò fit gratia utriusque, quo nomine
duæ actiones propositæ sunt.



d. l. ij. de uend. reb. ciuit. lib. xj. C.
e. d. §. qui impleto.
f. d. l. legem. l. ad certum. ff. eo.
g. l. j. in fi. ff. mand.
h. l. itẽ. §. si fullo. ff. loca.
i. l. ij. & l. qui ad certũ. cum si. ff. loca.
k. no. Bar. l. j. nume. 2. ff. de præsc. uer.
l. l. j. §. si quis. ff. depos. l. malè. §. nemo. C. de præscript. xxx. ann.
m. Bar. l. ij. nu. 2. C. loca.
n. l. si duo. C. de usuf. l. ij. C. loca. d. §. si quis. Bar. l. xxxix. nu. 3. loca.
o. l. j. ff. mand.
p. l. iiij. §. si uerò. ff. nautæ caup. l. ij. §. si uestimẽta. ff. depos.
q. l. si ut. §. nũc. ff. commod.
r. §. cõmodatũ. Inst. qui. mo. re cont. obli.
s. l. in rebus. ff. commo.
t. l. ad eos. eod.
u. l. quæro. §. inter. ff. loca.
x. d. l. si ut. §. sed ubi. ff. cõmod. l. 5. §. si uerò. ff. naut. caup.

1 LOCATO.

Actione locati, locator mercedẽ
conuentam, uel rem locatam sibi re=
stitui [u], uel damnum culpa illatum re
sarciri postulat. Nam culpa tantùm à
conductore pręstanda est [x]. Culpam
intelligit Bar. [y] latam & leuem. Quò
fit, ut si culpa conductoris res perie=
7 rit, ex conductione teneatur [z]. † Cul=
pa est, non ea præuidere, uel præsta-
re, quæ à diligente præuideri præsta
ri ue poterant [a].

2 CONDVCTO.

Ex conducto agit conductor, ad-
uersus locatorem, si re conducta uti
8 non possit, uel non reficiatur, † Om=
nemq; uim cui resisti non potest, ut
uim tẽpestatis, uel aliud cœli uitiũ [b],
uel hostiũ incursum, omnem deniq;
uim, cui resisti non potest, locator co
lono præstare cogitur [c]. Nam custo-
dia aduersus uim parùm confert [d],
quo casu non tenetur conductor, a-
deò ut ipse uel colonus tacitè stipula
tus esse censeatur, eatenus se pen=
sionem præstaturum, dum re condu-
cta frui, uel fructus percipere lice-
bit [e]. Nam si conductor desierit pos-
se uti re, et absq; locatoris culpa, fit re
missio mercedis [f]. Non enim condu=
ctor de casu fortuito diuino, uel hu-
mano, quandiu fructus à fundo sepa
rati non fuerunt, tenetur [g]. Si tamen
sequentibus annis ubertas fuerit, ia=
cturam anni præcedentis cum uber
tate compensare tenebitur [h]. Præter-
eà si à furibus, uel latronibus res cõ=
ductę, uel fructus furto surrepti sint,
si dominus custodiam non recepe-
rit, coloni incommodum est [i]. Quòd
si ab hostibus surrepti sint, si condu-
ctor locatorem non admonuerit, e-
tiam conductoris periculum erit [k].
Sed & si exercitus per lasciuiam ali=
quid abstulerit, tametsi domino de=
nunciatum sit, coloni incommodum
erit [l]. Nam modicum damnum ferre
colonus cogitur quod communi æ-
stimatione non ex affectu singulari
dijudicatur [m]. Tertiò limitatur, si con
ductor periculum et custodiam in se
susceperit [n], uel aduersus conuentio
nem aliquid fecerit [o], uel aliquo mo-
do in culpa sit [p]. Vt si institores, desi-
des ac negligentes præfecerit [q]. Sic
si quæ uitia ex re oriantur, damnum
coloni

y. l. fluminũ. §. prætereà. in fi. ff. de dam. infe.
z. l. j. §. si uestimẽta. cũ seq. ff. depo. l. itẽ. §. si gemma. ff. loca.
a. l. si putator. ff. ad le. aqui. §. qui pro usu. Inst. loca. l. item. §. j. ff. eod.
b. l. ex conducto. ff. loca. l. licet. C. loca. l. ex cõducto. §. j. ff. eo.
c. d. §. j. & l. dãnum. C. eo. l. j. §. si uestimenta. cum sequ. ff. depos.
d. l. si ea res. ff. de act. emp.
e. l. si fundus. l. quæro. §. j. ff. eod.
f. l. si quis. §. fi. l. ex conducto. §. j. ff. eo.
g. d. l. si quis fundum. §. si colonus. d. §. j.
h. l. licet. C. loc. l. ex cõducto. §. si uir. ff. eo.
i. l. dominus. ff. loca.
k. l. itẽ. §. exercitu. ff. eo.
l. l. ex cõducto. §. idemq;. ff. eod.
m. l. precia. ff. ad le. fal. l. j. ff. de iu. deli.
n. l. cũ plures. §. j. ff. loca. l. licet. C. eod.
o. l. uideamus. §. j. eo.
p. l. pe. §. j. eo.
q. l. si seruus. §. si quis insulã. ff. ad le. Aqu.

coloni erit, ueluti si uinũ coacuerit, uel spinis segetes corruptæ sint[r]. Postremò si fuerit colonus partiarius, cuiuscunq; damni partẽ sentiet[s]. Agit quoq; conductor, quatenus sua interest, si locatoris culpa, re conducta uti nõ possit[t]. Admonendi quoque hîc sumus, hunc contractum locationis & conductionis, conductoris, uel locatoris morte non exstingui[u]. Cont.[x] Colonus & usufructuarius æquiparantur[y]. Sed morte usufructuarij, extinguitur usufructus[z]. Meritò morte quoque conductoris, uel locatoris, contractus finitur. Respon. argumentum de colono ad usufructuarium non passim procedere[a]. Nam si casu fortuitò fructus perierint, hoc non cedit incõmodo coloni[b]. Et tamen usufructuarij damnũ est[c]. Ita licet usufructus qui ad certũ tempus non relinquitur, morte extinguatur, neq; in hæredem transeat[d], non tamen locatio.

Loci communes { *Locati.ff.C.Inst.* / *De locat.præd.lib.xj.C.* / *§.actionum.Inst.de act.* }

CAP. XXIIII.

DE IVRE EMPHYTEVTICO.

1 *Vectigal census, uel tributum, quid sit.*
2 *Emphyteusis quid.*
3 *Casus fortuitus an cedit periculo emphyteutæ.*
4 *Emphyteutæ quasi dominium acquiritur.*
5 *Conditiones legales seruduntur.*
6 *Emphyteuta quando alienare potest, intelligitur inconsulto domino.*

QVIDAM sunt contractus, qui nõ procul à locatione distant[a], in hoc enim uel maximè differunt, quòd locatio, temporalis sit, alij perpetui, hoc est, ut quandiu pensio, siue reditus pro ijs domino præstetur: neq; ipsi conductori, neq; hæredi eius, uel cui prædium alienauerint, auferre liceat: ex quibus uectigal, collecta, tributum, census, redditus, siue prouẽntus, emphyteusis.
1 Vectigal † dicitur, quod ex uehiculo frugũ & merciũ, fiscus ratione itineris publici accipit, à uehendo dictum, uulgo Pedagiũ, siue Peagiũ[b], cùm ex fundis fruges in urbem uehuntur. Quod pro ijs rebus non exigitur, quas quis ad usum proprium, uel ad fiscum infert. Cætera quæ negotiationis gratia portãtur huic præstationi, uel pensitationi obstricta sunt[c]. Est autẽ octaua pars, quæ præstanda est[d]. Collecta autem est, quæ iuxta facultatem patrimonij, pro rebus, personæ imponitur[e], quarum quædam appellãtur angaria, perangaria, aliæ, plaustra[f]. Quæ omnia generali uocabulo, Tributum appellamus, quod originem sumpsit ab ea pecunia, quæ à singulis, pro facultate bonorum, in publicum tribuebatur[t]. Atq; hinc census, qui dicitur æstimatio rerum, ac bonorum facta, secundùm quam tributa pendũtur[u]. Hinc reditus, siue prouentus, eò sic dicti, quòd annis singulis redeant. Quos omnes contractus, lex Zeno
2 niana, generali uocabulo, † EMPHYTEVSEOS (à quibus, Canones & Laudimia) appellauit[x]. Qui contractus, iuris ciuilis[y], et nominatus esse dicitur, tametsi inter nostros, magna hac de re dissensio sit[z]. Cuius duo sunt genera, quidam Emphyteutici, alij Liuellarij. Emphyteuticus contractus ab eo fit, qui in re data, superiorem non recognoscit, hoc est, qui nullum uectigal, uel censum, ex re quam dedit, præstat. Liuellarius, siue Libellarius contractus esse dicitur, quando uasallus in alterum, sub modica pensione, in perpetuum transfert[a]. Ab eo opinor quod dicimus, *Luce de Recognoyssance*. Sed ista confusa sunt cõtractuũ nomina[b]. In quibus initio certum precium cõstituitur, deinde aliquid annuum[c]. Contractui enim emphyteutico hoc facilè inest, ut perpetui sint[d]. Vt cùm certa & perpetua pensione præstita, fundi locãtur, hoc est, hac lege, ut quandiu pro ijs census pendatur, tamdiu neq; ab ipsis qui conduxerint, neq; ab ijs qui in locum eorum successerint, auferre liceat[e]. Qui si per biennium in mora soluendi fuerint, auferre licebit[f]. Nisi ob sterilitatem uel alio casu fortuito soluere destiterint, eo enim nomine de pensione remittitur

r. *l. ex conducto. §. si uis. uer. si quæ. ff. loca.*
s. *l. qui fundũ. eod.*
t. *Bar. l. 21. §. j. & xxxvij. §. vij. ff. loca. l. j. xiiij. de cursu pub. li. xij. C.*
u. *§. mortuo. Instit. loca. l. si merces. §. uis. uer. apparet. ff. loc.*
x. *Bar. d. §. uis. nu. 9.*
y. *§. is uerò Insti. de re diui.*
z. *l. usus aquæ. ff. de usuf. & habit.*
a. *d. §. is uerò. uer. eadẽ ferè.*
b. *l. si merces. §. uis maior. ff. loca.*
c. *l. j. in fi. C. de iure emphyt. annot. lib. iiij quæst. cap. ix. nu. x.*
d. *l. j. cum seq. ff. precar.*
a. *no glo. neq;. cum seq. §. ad eò. Inst. loca. Bar. l. j. num. 43. C. de iure emph. Coras. de iur. emph. nu. 12. cũ seq.*
b. *Bar. l. j. de ueterа. no. glo. §. j. l. j. ff. de publica. Bar. eo. nu. 1. cũ se.*
c. *l. uniuersi. C. de uect. & cõ.*
d. *l. ex præstatione. cũ seq. eod.*
e. *Bar. l. vij. nu. 2. ff. de aqua plu. arc. Bar. l. j. nu. 22. cũ seq. 27. de mulierib. lib. x. C. l. v. num. 2. cum seq. C. de sac. ecc. in re-*

pet. l. placet. nu. 2. cũ seq. eod. not. Bar. l. iiij. §. actor. ff. de re iud.
f. *no glo. ij. l. neminè. C. eo. et glos. §. j. l. ij. ff. de publica. Bar. eo. nu. 2. cum seq.*
t. *Bar. d. l. j. nu. 34.*
u. *no. tit. de cẽs. lib. x. C. not. Barto. l. j. §. j. nu. 4. ff. de publica. cũ seq. & add. ij.*
x. *§. adeò. Inst. loca. Bude. l. herennius. ff. de euict.*
y. *l. ij. C. de iure emph.*
z. *Bar. rubr. C de re. perm. l. j. nu. 6. 1 ff. de cõ. caus.*
a. *no. Bar. aut. ingressi. nu. 17. C. de sac. ec. l. j. nu. 7. & C. in emph.*
b. *Bar. l. si iure. §. si de uectigalib. nu. 9. ff. de dã. inf. & l. j. nu. 7. cum add. & uersic. scriptu.*
c. *Bar. l. j. in pr. C. de iu. emp.*
d. *l. j. ij. si ager uectig.*
e. *Bar. l. iij. nu. 1. de loc. præ. cũ add. l. j. de admi. re. ad ci. per. §. emphyteusim. aut. de nõ alienãdi. §. l. in sol. matr. ij. add. l. ij. de præd. decu. lib. x. C. l. xij. de fun. patr.*
f. *Bar. §. sin. auth. de non alie. §. sin uerò quis. de alie.*

titur [g]. Intelligas remitti, si res tota
perierit, secus si pro parte. Nam si to
tius rei interitus accesserit, periculũ
est domini, & succurritur Emphy-
teuticario, actione præiudiciali [h]. I-
dem si propter bellum, uel pestem,
prædium emphyteuticum coli non
posit, domini enim est periculum [i].
In re locata, idem obseruandũ est [k].
Quòd si pro parte tantùm, incõmo-
dum ad emphyteuticarium perti-
net [l]. Cùm tamen idem iuris sit de to-
to quò ad totum, quòd parte quò ad
partem [m]. Et ex contractu emphyteu
tico, adinstar emptionis [n], sequuta
traditione, dominium transferatur [o].
Conueniens est, ut siue ex parte, siue
in totum perierit, pereat ipsi emphy-
teuticario. Bar. [p] soluit hoc arg. & ad-
dit hanc diuersitatis rationem, quòd
uenditor obligatur ad rem, hoc est,
ad speciem certam. Quò fit, ut solu-
tione eius quod debetur, liberatur,
tametsi ea tandem perierit. Sed ille q
locat, uel dat in emphyteusim, nõ te-
netur ad certam speciem, sed tenetur
pati colonum, uel emphyteuticariũ
uti frui [q]. Quę patientia, cùm in futu
rum trahatur, nec sit certa et limitata,
non potest posteà præstari, quando
res est perempta, & ideò non potest
peti pensio. Maiorem uerã esse pro-
fitemur, nempe quòd qui ad speciẽ
tenetur, eam præstãdo liberatus sit [r],
non uerò is qui ad genus obligatus
est [s]. Minorem uerò non concedi-
mus, nempe quòd patientia locato-
ris domini concedentis emphyteu-
sim, potius trahatur in futurũ, quàm
patientia uenditoris. Hoc neq; ratio
suadet, neq; autoritate cuiusquã Bar.
mouetur. Quare ego potius hãc in-
ter emptorem & emphyteutam di-
uersitatis rationem statuam, quòd in
emptorem, non utile tantùm, uerùm
etiam directum dominium, re à ue-
ro domino tradita, citra controuersiã
transferatur: in emphyteutam uerò
4 utile dominium duntaxat [t]. † Qui in
rem actionem habere dicitur [u], non
quòd dominium ipsi acquiratur, sed
quasi dominium [x], hoc est, utile [y]. Et
sic Emphyteuta dicitur habere ius in
re, et potest agere hypothecaria [z]. Co
lonus, uel inquilinus non item [a]. Ni-
si quando de locatione fit instrumen
tum, & contrahentes ut conuentio
seruetur, mutuò omnia bona sua ob-
ligant: tũc colonus re uera, ius hypo-
thecæ habet, qui hinc recedere non
cogitur, nisi pœna, uel quatenus sua
interest, sibi præstetur [b]. Hinc est,
quòd inconsulto domino, alienare
prohibetur [c], alioqui uerò utile illud
dominium quod habet, amittit [d].
Quod si partem dumtaxat alienaue-
rit, partem tantùm amittit [e]. Nisi exi-
stant filij ante nati, quibus uasallus
ingratus nocere nõ potest [f]. Idem in
uno ex pluribus emphyteutę hæredi
bus, qui in re emphyteuticaria malè
5 uersatur [g], solus enim cadit [h]. † Quia
conditiones legales scinduntur, ne
quis ultra delictum plectatur [i]. Vbi
tamen emphyteutæ alienare permit
titur intelligendum est, etiã incõsul-
to domino [k]. Vt cùm necessitate pre
mente uendere posit [l], modò solitũ
censum præstet [m]. Prætereà donare
uel pignori dare cùm posit [n], incon
sulto domino poterit [o].

CAP. XXV.

DE FEVDIS.

1 *Feudi origo, & unde dictum.*
2 *Patronorum in uasallos ius. 9.*
3 *Feudi definitio.*
4 *Vasalli & usufructuarij differentia.*
5 *Feudum ab emphyteusi in quo differat.*
6 *Feudum quibus acquiratur.*
7 *Feudi dominium directum, penes concedentem manet.*
8 *Feudum in rebus duntaxat immobilibus constituitur.*
10 *Feudi natura.*

ALIVD ius est, quod à persona
personæ debetur, quod, † FEV
DVM, à Fœdere, ut opinor, appella-
mus, quorum tria genera Liuius [a] re-
fert: unum cùm pares bello atque fœ
dere, in pacem & amicitiam uenirẽt.
Alterum genus est, cùm qui nunquã
hostes fuerunt, ad amicitiam, sociali
fœdere iungendam coeunt, qui neq;
dicunt, neq; accipiũt leges. Tertium
quo bella uictis leges dicebantur. A'
qua posteriore sanctione, feuda de-
nominata esse existimo. Alij feuda, à
fidelitate & fide dicta esse censent [b].
Sed hæc etymologia nimiùm gene-
ralis est, cùm in omnib. cõtractib. fi-

empb. l. ij. nu. 2, C. de iu. emphyt. §. sicut autẽ. auth. de non alie.
g. Bar. l. iij. de fun. patri. l. j. de ann. & tri. nu. 2. lib. x. C. Bart. l. vij. §. quod in anno. in addit. solu. matr. & tit. ff. si ager uectig.
h. Iaf. l. j. nu. 80 C. de iu. emp.
i. Bar. §. quia uerò. nu. 1. cũ seq. de nõ al. Bar. l. 24. §. j. ff. de acq. pos.
k. l. necessariò. §. quòd si. ff. de pericul. §. qui pro usu. Inst. loca. l. do mum. ff. de cõ trah. emp.
l. §. adeò. Inst. loc. Iaf. l. j. nu. 44. 64. 76. 79. 99. C. de iu. emph.
m. l. quæ de tota. ff. de rei uẽ.
n. l. j. C. de peri. & com.
o. l. j. in fi. ff. si ager uectig.
p. Bar. l. j. nu. 2. C. de iu. emp.
q. l. ex cõducto. ff. loca.
r. l. statu liberũ medio §. illud ff. de statulib. l. is qui alienũ. de uer. ob.
s. l. hæres seruũ ff. de euict. l. qui cõcubinã §. si hæres. de leg. iij.
t. Bar. l. j. nu. 16 C. de usuf. & habit. l. j. nu. 20. C. de act. & obl.
u. l. j. in fi. ff. si ager uect.
x. Bar. l. j. C. de alie. iud.

y. Bar. l. j. nu. 16. C. de usuf. & hab.
z. l. j. C. cõ. utri. iud. l. senatus. §. marcellus.
a. l. ij. num. 6. C. ubi in rẽ act.
b. Bar. l. empto rẽ. nu. 2. C loc.
c. l. fi. C. de iu. emph. l. iubemus C. de sa. ecc.
d. §. j. auth. de alie feud. §. j. de uasal. qui cõ. cõst. loth. l. fi. de fun li.
e. c. j. de uasal. qui con. cõst. Loth. Iaf. l fi. uersi. 13. C. de in. emphy. no. add. ij. uers at tẽde. ad Bart. l. ij. C. de iure emph. contra Ant. cons. 34. Comẽ. cõs. 41.
f. Bar. l. ij nu. 4. cũ add. C. de liber.
g. auth. qui rẽ. C. de sac. ecc.
h. Bal. l. ædem. col. fi. C. loca.
i. l. rescriptũ ff. de ijs quib. ut.
k. Dec. c. quæ in ecclef. col. pen. de const. cons. 292.
l. c. j. qual. olim poterat feud. alie. Coras. de in. emph. nu. 25. cũ dubit.
m. l. j. de fund. pat. lib. xj. C. no. auth. qui. mo. feu amit.
n. l. fi. de præd. decu. li. xj. C.
o. d. l. j. de fun. pat. Bar. cõt. d. l. iij. de iur. emph. Comẽ. consi. xj.
a. lib. iiij. de bel lo Macedon.
b. §. si per quos fiat inuest. in usib. feud.

l des ser-

c.l.j ff.de pac.

des seruãda sit[c]. Quare satius à fœde
re, hoc est, pace, dicta esse arbitror, ut
effectus & res ipsa satis loquitur. Nã
prima lex feudi est, ut ab hostib. fun
di limitanei capti, ducibus ac militi-
bus tantùm dentur. Vel si hostes in
uictoris ditionem redacti fuerint, &
in eius clientelam sese conferant &
commendent, fœdus hac lege cum
ipsis ineatur, ut tamdiu à uictore ca-
pta, ipsorum sint, dum uictorem de-
fenderint. Hinc uasalli siue clientes
appellati sunt, quòd uadere & oc-
currerere casib. patroni teneant. At-
que hinc facilè originem colligere li
cet, quare uasalli in Italia (sic enim
Bar.[d] scribit) alienigenæ esse dican-
tur. Sed nec incommodè à uasario,
quod publicè datur magistratibus,
in prouincias proficiscentibus, dici
potest: eodem enim argumento dan
tur uasalli patronis, qui non procul
2 à libertinis abesse uidentur. Nã † ut
contra patronum famosam actionẽ
instituere[e], in ius ipsum, nisi uenia
implorata, uocare[f], manus audaces
inferre non debet[g], sed obsequium
omne patronis prestandum est[h]. Sic
& uasalli, seu cliẽtes, nullas insidias,
nihil turpe, nihil denique uiro indi-
gnum, aduersus patronum molitu-
ros, se opem & obsequium, ubi res
exiget, prestaturos (ea enim est clien
tũ cõditio, ut si uis patronis illata sit,
mortẽ potius sibi consciscant, quàm
eundẽ casum ferant) omni obseruan
tia, atq; obsequio, (quod Homagiũ,
hoc est, cliẽtelam, officij sponsionẽ,
agnitionemq; uocant) colituros ac
ueneraturos, iureiuran. obstringun-
tur. Patroni quoq; caput ac fortunas
clientum sese tuituros pollicentur.
Adeò ut non minus quàm uasallus
iure suo priuetur, si fidem non serua
uerit[i]. Ex origine feudi proximè pro
posita, hanc eiusdem definitionẽ eli
cere possumus,

3 Feudum † est gratuita[a] & per
petua[b] usus fructus[c] rei immobi
lis[d] concessio[e], cum obsequio[f].

a GRATVITA. Gratuitam dicimus,
quòd ne nummus quidem præste-
tur[k], dum uel cõceditur, uel utitur,
alioqui mercede præstita, feudata-
rius nõ est[l], sed usufructuarius esset,
uel locator, cùm tamen alioqui inter

d. l.iiij. nu. 4. ff. de tesla.
e. l. j C. de obse. patro prest.
f. §. pœnales. Inst. de act.
g. l. si manumis sor. C. de obsequ.
h. l. etiam. l. libertos. cum seq. C. de obs. patr. prest.
i. relat. c. dilecti de maior. & obed.
k. c. j. de feud. dat. in uicem leg. cõmis.
l. Bal. l. qui se patri. uersi. hac scias. C. unde libe. l. si quã. de oper. lib. Bal. l. liberti C. de ope liber. facit Cur. lib. j feu. q. 6 nu. 17. 18 21 22.
m. l. si usufructuarium messem. ff quib. mod. usufru. amit.
n Bal. l. j. 33. q. ff. de re. diui.
o. no. F. Curtiũ. lib. j. feudo. q. iij. nu 3. 6. 9. q. iiij. nu. 1.
p. Bal. l. liberti. ult. col. uersi. uẽ no. instru

4 ipsos magna differẽtia sit. † Nam ua
sallus habet utile dominiũ rei infeu-
datæ, & consequenter fructuũ pen-
dentium: usufructuarius uerò perce
ptorum tantùm fructuũ dominium
habet[m]. Hinc est quòd dominus qui
concessit castrum in feudum, nõ po-
terit cognoscere de primis causis ru-
sticorum, sed cognoscet uasallus[n].
5 Itẽ † differt ab Emphyteusi, quæ gra
tuita nõ est, feudum uerò gratuitũ[o],
adeò ut si princeps concedat feudũ
pro annuo censu, istud non erit pro-
priè feudum, sed potius contractus
emphyteuticus[p].
6 b PERPETVA. † Nõ enim tantùm
in concedentem, uerùm etiam in po
steros suos masculos, filios siue ne-
potes[q] confertur[r]. In ascendẽtes au-
tem pura in patrem, non confertur[s].
Sed nec in descendentes fœminas
cõfertur, nisi ex pacto, uel fœmineũ
sit[t]. Et sufficit dictum esse, pro se, hæ
redibusq; suis, ut etiam fœmina, suc-
cedendi ius obtineat[u]. Et quibus ius
succedendi feudo datur, ita compe-
tit, si ipsis placuerit, non enim hoc be
neficium in inuitum cõferri potest[x].
Excepto feudo ligio, in quo non ad-
mittitur pœnitentia[y], et solius princi
pis est, instituere, uel destituere[z]. Iis
quoq; addendum est, triginta annis
præscribi non posse[a].
7 c VSVSFRVCTVS. † Non proprie-
tatis. dominium enim directum, pe-
nes cõcedentem manet[b], hac tamen
lege, ut uasallus, utpote quasi domi-
nus (utile[c] enim dominiũ habet) ius
uendicandi rem[d], & iurisdictionem
habeat in rusticos eiusdem territorij
in feudum concessi, cognitio enim
primò sibi, deinde domino deferen
da est[e], in commodatario & alijs u-
sufructuarijs non item.
8 d IMMOBILIS. † Feudum enim si-
ue beneficiũ, non nisi rebus soli, aut
solo cohærentibus, uel in ijs quæ in-
ter immobilia connumerantur, ut re
ditus, hoc est, usus, uel usus fructus[f],
consistere potest[g].
e CONCESSIO. Hoc est, beneficiũ
gratuitum, quod genus est[h]. Benefi-
cium dicimus, non priuilegiũ, quod
utpote aduersus iuris communis re-
gulas inductum, strictè interpretan-
dum est.

mẽtum. C. de ope lib. & de pace Consta. uersi. libellarium. c. si cautio col. fi. extra de fi. inst.
q. §. j. de suc. feud. Bart §. emphyteusin. auth. de non alie. add. j. ad Bar. l. xix. ff. sol. matr.
r. c. j. de natu. suc feu. §. huius. in quibus cau. feu. amit. in usib. feud.
s. c. j de natu. suc feud.
t. d. c. j. & §. huius. in quib. cau feu. amit. c. j. in fine. de feu. march. et § filius. de suc. feud.
u. F. Cur. lib. 1. feud q 6. nu. 33.
x. c. j. de uasal. qui con. cõst. Loth.
y. Bal. c. ceterum. col. 8. C. de iudic. Frã. Curt. de feud. lib. 1. q. 8. nu. 24.
z. Bal. d. ceterum. col. 5.
a. Ro. sing. 618.
b. §. huius. in qui. cau. feud. amit.
c. c. j. de cõtr. inter uasal. et aliũ de benef.
d. §. ret. de inuestit. de reb. alie. fa.
e. Bal. l. 1. q. 8 ff. de rer. diu.
f. l. si. C. de præscri. lon. tem.
g. §. fi. de feud. cog. in usib. feud.
h. §. imprimis. in quib. cau. feu. amit.

f Ob-

f OBSEQVIO. Siue, ut uulgo dici
9 tur, seruitio, fideliter † enim Vasallus posteriq; sui, domino suo inseruire tenentur, siue nominatim, siue generaliter expressum sit. Vbi autem res aliqua præstanda est, feudũ non est[i], huic enim tacitè tãtùm inest, ut post mortem uasalli, hæredes ipsius intra annum et diem, domino obsequium & fiduciam spondeant & offerant, & inuestituram petant, alioqui beneficium amittunt[k]. Quædam tamen feuda sunt, quę inuito domino in hęredes uasalli non transeunt. Vt feuda Marchionum, Ducum, uel comitum, & aliorum regalis dignitatis[l], sed hodie hoc usurpatũ est[m]. Ex ijs substãtialia feudi elicere possumus.

i. c. j. in fi. de feu. da.
k. c. j. de capit. Conrad. c. j. quæ fuit pri. cau. be. amit.
l. de feud marchiæ & duc. uel comit.
m. c. j. in fi. de alie. feud.

1 • Natura feudi:
- 1 Gratuitò fiat.
- 2 In perpetuum detur.
- 3 In masculos descẽdentes transeat.
- 4 De re immobili.
- 5 Vtile dominium penes uasallum maneat.
- 6 Proprietas, siue directum dominium penes dominum.
- 7 Vt uasallus obsequium & fiduciam præstet.

Hoc potissimùm feudo attendendum est, ut gratuitò fiat, alioqui mercede pręstita, feudum non est, tametsi feudi nomen imponatur[o]. Quò fit ut census annuus, Feudum dici non possit, sed emphyteuticus contractus[p], nisi impropriè[q].

o. Bar. l. qui se patris. uersi. hoc j' tat. C. unde libe. l. si quã. de oper. lib.
p. Bal. l. liberti C. de oper. lib. Cur. lib. j. feudo q. 6 nu. 18
q. Cur. lib. j. feudo. q. 6. nu. 17 & 1. 22.

CAP. XXVI.

DE SOCIETATE.

1 Societatis duo genera.
2 Societas quomodo constituatur.
3 Societatis actio quando competat. &c.
4 Societas quarum rerum contrahatur.
5 Societatis natura.
7 Societas quot modis soluatur.

1 Societas:
- 1 Publica.
- 2 Priuata.

Dvo sunt societatum genera, Publica & Priuata. Coniunctio & communicatio utilitatũ, quas natura inter homines constituit, publica societas esse dicitur[a]. Priuata est, quæ ad instar publicæ societatis, inter aliquos contrahitur: ut cùm res, uel negotia inter aliquos conferuntur, ita ut lucrum & damnum commune sit, quæ multis modis constituitur.

a. l. ut uim in fi. ff de iust. & iur.

2 † Societas cõstituitur:
- 1 Consensu.
- 2 Per nuncium.
- 3 Verbis, uel facto.
- 4 Ex operis personarum.
- 5 Rei & operæ.
- 6 Rei licitæ.
- 7 Bona fide.
- 8 Ad tempus.
- 9 Sub conditione.
- 10 Sine traditione.
- 11 Omnium bonorũ.
- 12 Rei particularis.

3 † Vt sit pro socio actio, societatem intercedere oportet, nec sufficit rem esse communem, nisi cõsensus societati intercedat[b]. Hinc est, quòd qui socium admisit, eius tantùm socius est[c]. Qui consensus, re, uerbis, per nunciũ, uel etiam facto perficitur[d]. Non autem sufficit rem esse communem[e], nisi inter fratres[f]. Qui nimirũ non tantùm testib. probari potest[g], uerùm etiam ex operis personarum, hoc est, ex quęstu, ut ex mercibus, ex futura emptione, locatione[h]. Quæstus enim esse intelligitur, qui ex opera cuiusq; descendit[i]. Rei quoq; & operæ rectè contrahitur societas. Vt si quis rem, alius operam præstet[k], opera enim & industria hominis, quibuscunq; rebus præstanda est[l]. Item rei licitæ & honestæ tantùm societas contrahitur[m]. Delictorum enim turpis ac fœda communio est[n]. Vt si ex re furtiua, uel ex alio maleficio societas contrahatur, societas nõ est[o]. Cùm ex iusta tãtùm causa & bona fide cõtrahatur. Nam si dolo malo, & fraudandi causa, societas coita sit, nullius momenti est[p]. Item ad tẽpus constituitur societas, puta, quandiu uiuet[q]. Hinc est, quòd licet societas tamdiu dumtaxat duret, dum partium consensus perseuerat[r]. Tamen si conuenerint, ne intra certum tempus à societate discedatur, ante tempus renunciari societati non permittitur

b. l. ut sit. ff pro so. l. tam diu. C. eo. l. ij. ff. de act. & ob.
c. l. qui admittitur. ff. eo.
d. l. iij eo. l. de quibus. ff de legib. l. Titiũ. §. altero. de admi. tut. l. si fratres ff pro socio.
e. l. si ut. ff pro socio.
f. l. usq; eo.
g. las. l. cũ Pompon. nu 3 ff. de pact. Rom. consi. 106.
h. l. coiri. ff. pro soc.
i. l. quæstus. eo.
k. l. j. C. pro so.
l. l. societas contrahitur. cũ l. seq. l. quid enim. ff. pro socio.
m. l. nec prætermittendũ. l. quod autẽ. ff pro soc.
n. l. si à reo. §. fi ff de fide iusso.
o. l. quod autẽ. l. nec quicquam. ff. pro socio.
p. l. iij. in fi. eo.
q. l. j. l. nulla. ff eo.
r. l. tam diu. C. eod.

titur[s]. Item & sub conditione contrahi potest[t]. Quam nimirùm inter actus illos, qui per appositionē conditionis uitiātur, nō collocabimus[u]. Confirmatur societas, sine traditione expressa, tacita tamen inest[x].
4 † Accedit ijs, quòd nō tantùm rerum particularium, uerùm etiam omniū bonorum societas cōtrahatur[y]. In qua omnes res quæ coeūtium sunt, communicantur[z]. Vt si hæreditas, legatum, uel donatio, uel aliud quodcunque ius, ante societatem obuenerit[a], secus si post societatem[b]. Excipiuntur præterea, quæ non propter societatem, sed propter suam partem acquisita sunt[c]. Nam quod extra societatem obuenit, in communem non redigitur[d]. In societate uerò rei particularis, ea tantùm ueniunt, quæ ex quæstu, id est, personali opera acquiruntur. Vt si uini, uel frumenti societas coita sit. Si ex uenditione, locatione, cum similibus. Non tamen hæreditates, legata, donationes causa mortis, quæ ob meritum potius, quæsitæ censentur[f]. Sic si unus ex socijs pecuniam communem fœnerauerit, non aliter usuræ partiendæ sunt, quàm si societatis nomine fœnerata sit[1].

5 † Societatis natura
- 1 Sumptus cōmunes sint.
- 2 Lucrum & damnū conferatur.
- 3 Melior non sit occupantis conditio.

Lucrum & damnum inter socios, iudicio societatis, tacitè cōmunicandum est[g]. Damna enim fatalia socij non coguntur præstare[h]. Nisi culpa socij damnū illatum sit, sibi tantùm nocet[i], tametsi aliūde commodum societati attulerit[k]. Præterea commodum, uel incōmodum quod propter societatem uenit, non tamen in societatē, societati non inest[l], nisi id quod medicis datum est[m]. Sed & si inter socios conueniatur, ut unus plus lucri quàm damni cōsequatur, seruanda conuentio est[n]. Quā tamē societatē, utpote leoninā, reprobant Vlp. & Paul.[o] Quare alterā sententiam procedere existimamus, dum quis absente socio renunciauit, nam licet quod absens tunc acquisiuit, sibi tantùm, nō uerò ei qui renunciauit, acquirat: tametsi quid interim incommodi inciderit, absenti non nocebit[p].

s. l. si conuenerit. ff pro soc.
t. l. j. l. de societate. C. eo.
u. l. actus. de reg. iur.
x. l. ij. ff. pro socio.
y. §. societatē. Inst. pro soc. l. societas cōtrahitur. l. coiri. eo.
z. l. j. l. si fratres. § socium ff. eod.
a. l. iij. §. j. l. ea quę cū d. §. sociū. eo. Bar. Bald. l. si patronus. C. cō. utriusq; iudi.
b. l. nec adijcit. l. sociū. in fi. ff pro socio.
c. l. socium §. j. l. lucrùm. §. si sermo eo.
d. l. si fratres. eod.
e. l. coiri l. nec adiecit. ff eo.
f. l. si unus. § j. ff. eod.
g. l. pro soc. in fi. l. si fratres. §. si quis. l. si socij. ff eo.
h. l. cū duobus. §. damna. l. socii. §. j. l. & si dū ff. eo.
i. d. l. cum duobus. §. fi. l. & facti. eo.
k. l. de illo. § j. l. nō ob eā rē. cum seq eod.
l. l. socium. §. socius. l. lucrū §. si seruo. eod.
m. l. secundū iulianum. eo.
n. § j. uer. nec. §. de illo. insti. eo. l. si nō fuerit. ff eod.
o. l. si nō. §. aristo. cū l. seq. ff. eo.
p. l. sed & socium. § j eod.

6 † Actio pro socio
- 1 De dolo.
- 2 Culpa.
- 3 Legis Aquiliæ.
- 4 Ad usuras.
- 5 Quatenus facere potest.
- 6 Furti.

Vt sit pro socio actio, societatem intercedere oportet[q]. In qua cùm utriusq; utilitas uertatur[r], dolus et culpa leuis præstanda est[s], nō casus fortuitus[t]. Dolus est, cùm fraudulento animo uersatur, ut si desierit possidere[u]. Culpa notatur, qui minorem diligētiam, quàm in proprijs rebus assolet[x]. Et qui rem communem per fallaciam, dolo'ue malo amouit, furti tenetur[y]. Nec altera actio, alteram tollit, ut in omnib. bo. fid. iudicijs[z]. Idem de eo dicendum est, qui dolo desijt possidere[a]. Item iudicio societatis, socius de culpa leui[b] & latissima[c] tenetur. Aut si damnum in re communi socius dederit, actione legis Aquiliæ conuenitur[d]. Vel si moram facit in reddēdo eo, quod ex societate lucri fecit, eaq; pecunia ipse usus sit, usuras eiusdem præstare tenebitur[e]. Qui tamen nō insolidùm, sed deducto ne egeat, conueniri potest[f], & tempus rei iudicatæ spectamus[g].

7 † Societas soluitur
- 1 Renunciatione.
- 2 Morte.
- 3 Finito negotio.
- 4 Capitis diminutione.
- 5 Egestate.
- 6 Publicatione.
- 7 Furore.

Societas soluitur renunciatione[h] tacita, uel expressa. Tacita, ut cùm separatim socij negotiari cœperunt[i]. Expressa, ut per stipulationē[k]. Nam tamdiu durat societas, dum partium consensus non reuocatur[l]. Nisi dolose renunciatum sit[m]. Prætereà soluitur societas morte[n], nec in hæredem transit[o], actione excepta[p]. Nec ab initio conueniri potest, ut etiam hæres succedat societati[q], nisi nouus consen-

q. l. ut fi. ff. eo.
r. l. j C. cōmu. diuidū. Bar l. xxx. nu. 3 ff. de dam. inf.
s. l. si ut. § sed ubi. ff. cōmo. l. cū duobus. §. uenit. cum sequēt. l. fi. ff. pro soc.
t. Bar. l. lij. §. damna. eo. §. quidam.
u. l. & facti. ff. pro soc.
x. l. socius socio. ff. eo.
y. l. rei l. meritò. l. lucrùm. ff. eod.
z. d. l. rei.
a. l. nemo. §. j. ff. eod.
b. Bar. l. lxxiiij. ff. pro soc.
c. l. socius f. cie. eod. §. socius. Inst. de socie.
d. §. pro socio. & l. sed & si. ff pro soc.
e. l. sociū ff eo.
f. l. uerū. ff eo.
g. d. l. uerùm. §. tempus.
h. l. iiij. l. actiones. § diximus. §. renunciatione. eod. §. manet. Inst. eod.
i. l. itaq. ff. pro socio.
k. l. actione. eo.
l. l. tamdiu. eo.
m. l. actione. §. diximus. uer. itē ff. pro soc.
n. l. iiij. § uerū. §. fi. l. actione. § morte. §. societas. eod. §. soluitur. Inst. eod.
o. § soluitur. Inst. eo. l. nemo potest. l. actiōe. § morte. eo.
p. d. § morte.
q. l. adeò. eo.

consensus intercedat[r]. Ea tamē quæ per defunctū inchoata sunt, per hæredem explicari debent[s]. Eoq; nomine cōpetit actio pro socio, aduersus hæredē, uel hæredi socij, tametsi socius nō sit[t]. Societatis enim cōmoda in herede transeunt[u]. Tertiò limitatur, nisi in rem certam societas cōita sit, tunc etiam post socij mortem continuatur[x]. Idem si mors ignoretur[y]. Finitur quoque societas, finito negotio, cuius gratia contracta fuit societas[z]. Item, capitis diminutione[a], maxima uel media[b]. Sic & egestate[c], ut si socius actionem suam creditori propter inopiā cesserit[d]. Item publicata re cōmuni, soluitur societas[e]. Postremò, furore superueniente, soluitur societas[f], tametsi alioqui omnia pristina iura retineat[g].

r. l. planè. eo.
s. l. heres. eo.
t. l. heres. §. in hæredem. l. actione. §. morte. eod.
u. l. iij. C. pro socio.
x. l. actione. §. j. ff. pro socio.
y. d. l. actione. §. item si.
z. ff. eod.
a. l. iiij. eod.
b. l. uerum. §. fi. ff. eod.
c. d. l. iiij.
d. d. § item.
e. d. l. actione. §. societas. et §. publicatio ne. Inst. eo.
f. l. fi. C. eo.
g. l. pater ff de ijs qui sui sub

CAP. XXVII.

DE MANDATO.

1 Mandati genera.
2 Mandati species.
3 Mandati forma quando seruandē.
4 Mandati natura.
5 Mandati actiones.
6 Mandatum quot modis finiatur.
7 Integra res, per solam litis contest. esse definit.

1 Mandatum † { 1 Publicum. 2 Priuatum.

PVBLICVM mandatum, præceptum magistratus est[a], quod necessitatem inducit[b]. Priuatum mandatum est, quando negocium nostrum alteri conficiendum, amicè & bona fide committimus et commendamus[c]. In quo singulariter receptū est, ut licet solo cōsensu perficiatur[d], tamen in arduis negotijs mandatum nō prius liget, quàm is qui mandauit, approbet, & ratum habeat[e].

a. C. de mand. prin. auth. eo. ff. de cōst. pr. not. Bar. l. v. C. de usu.
b. l. j. ff. de con stitu prin.
c. l. ex malefi cijs §. j de ac. & obl. l j ff. mand.
d. l. ij ff de act. & ob.
e. l. generali. l. epistola. ff. de ritu nupt.
f. l j. ff. eod §. mandatum re diem. Inst. eo.
g. l. ij. ff mand. §. j. Inst. eod.
h. l. iij. § planè. ff. quod ui aut clam.
i. l. sed si. ff. de pact.
k. l. iij. cum ij. seq. ff. manda.
l. l. si quis. §. pro eo. ff mā da. l. cùm mā dati. C. eo.

2 † Mandati species {
1 In diem.
2 Sub conditione.
3 Mea tantùm gratia.
4 Aliena tantùm gratia.
5 Mea & aliena causa.
6 Mea & tua.
7 Tua & aliena.
8 Speciale.
9 Generale.
}

Fit igitur mandatum, altero ex nouem modis, aut enim in diē, uel sub conditione[l], mea tantùm gratia, aliena tantùm gratia, mea & aliena causa, mea & tua, tua & aliena[k]. † Item
3 speciale, à cuius forma recedendum nō est[n]. Vt si ad actiones tātùm procurator datus sit, ei rectè solui non poterit[o]. Sic si tibi mandauero, ut certo precio rem emeres: Vltra præscriptum precium, mandati actio non datur[p], nam diligenter mandati forma seruanda est[q], alioqui contrarium mandati iudicium non competit[m]. Intelligo non cōpetere, ultra quanti tatē mādato expressam[n]. Est & aliud mandatum, quod Generale appellamus, cuius gratia, quomodocunq; resoluta fuerit causa mādati, tametsi domino non profit[o], modò fraudulenter non gesserit, mandati actio cōpetit[p]. Et qui generale mandatum habet, exigere, nouare, aliud pro alio permutare poterit[q].

4 Mandati † natura {
1 Fiat consensu.
2 Gratuito.
3 Melior domini causa.
4 Periculum eiusdem.
5 Duret usque ad mortem, nisi reuocetur.
}

Mandatum cùm fiat cōsensu, præsentiam, uel scripturam non desideramus[r]: cùm etiam sola taciturnitas, cōsensum operetur[s]. Præterea mandatum gratuitum est[t], alioqui inutile[u]. Imò salarium promissum peti poterit[x]. Sed tunc magis locatio erit, quàm mandatum, quia legitimos mandati terminos excedit[y]. Meritò si litē iniustam tueatur, salarium conuentū, uel sumptus petere non poterit, secus si gratuitum mādatū sit[z]. Quod uerò remunerandi gratia (quod honorariū appellatur) promissum est, debetur[a]. Tacitè quoq; inest mandato, ut melior, nō deterior domini causa constituatur[b]. Aut si damnum aliquod in re mandata inciderit, periculo domini, non eius qui mandatum suscepit, cedit[c]. Veluti si spoliat[us] fuerit à latronibus, uel naufragario res amiserit[d]. Pactum quoq; procuratoris mei generalis, mihi et nocet & prodest[e], ita tamen ut dolus absit[f], ut si donauerit[g]. Nihil autem amplius quàm

m. l. potest. ff. eod.
n. l. rogatus. ff. mand.
o. l. licet. ff. eo.
p. l. rescriptū. §. fi. cū ij. seq. de pactis. l. si quis pro co. l. si quis nego tia. §. j. eo.
q. l. procurator. ff. de pro cur.
r. Lex mandato. ff. manda. §. j. Inst. de ob li. quæ ex cō.
r. l. qui patitur. l. si pro te. ff. mand. l. si fide iussor. C. eo.
t. §. in summa. Inst. eo.
u. l. j ff. eod.
x. l. j C. eo. l. salarium. ff eo.
y. d. l. j. l. qui mutuam. §. salarium. eo.
z. l. si contra. C. mand.
a. l. si remunerā di. ff mād. l j. § in onerarij. ff. de uar. cogn.
b. l. diligenter. ff mand.
c. l. à procuratore. C. mād. l. si uerò. §. si post. l. ex mā dato. l. quibus §. fi. eo.
d. l. inter. §. nō omnia. eod.
e. l. rescriptum. in fin. cum ij. seq. ff de pac.
f. l. creditor. §. Lucius. ff. mand.
g. l. contra. §. fi. ff. de pact. l. j. §. j. de of pro cu. Cæs. l. si is cui nummus. §. Flauius. ff. de sol.

 bonani

bonam fidem præstare eum conuenit, qui alterius negocia gerit[h], nisi in se periculum susceperit[i]. Postremò durat mandatum usq; ad mortẽ, nisi reuocetur[k].

5 Actio †
- 1 Directa.
  - 1 De dolo.
  - 2 Omni culpa.
  - 3 Ad interesse.
  - 4 Ad usuras.
  - 5 Furti.
- 2 Contraria.

1 DIRECTA.

Ex hoc contractu, duæ actiones proficiscuntur, quæ pro eo competunt, quod alterum alteri ex bono et æquo præstare conuenit[l]. Primò directa mandati actio, domino aduersus eum competit, qui mandatum suscepit[m]. Vt si tibi mãdauero, ut rem meam ad Titium perferas[n]. Vel si tibi mandauero, ut si Titius non recepisset, tu custodires[o], uel si mandatũ susceptum deseras[p]. sic & aduersus eum, qui fraudulenter negotia administrauit, de dolo actio cōpetit[q]. Dolo facit, qui quod facere potest, omiserit[r], uel qui soluere recusat quod exegerit[s], non tamẽ furti tenebitur[t]. Præterea nõ tantùm de lata culpa[u], uerùm etiam de omni alia tenetur, qui mandatũ susceperit[x]. Aliena enim negotia, exacta cura ac diligentia gerenda sunt. Nec quicquam in administratione neglectũ, culpa uacuum est[y]. In negotiorum gestore, hoc est, qui citra mandatum, negotium gerit, idem est[z]. Quo nomine etiã quatenus sua interest, dominus aduersus procuratorem experiri potest. Vt si mandatũ cùm explere posset, distulerit, uel cùm non posset, domino non renunciauerit, quanti interest domini tenebitur[a], ita tamẽ si ei denunciare posset[b]. Vlp.[c] tamen probat, actionem mandati competere, tametsi domini non intersit. Intelligimus initio non interesse, sed quandocunq; sua intererit, agere poterit. Is quoq; qui mandatum suscepit, usuras eius pecuniæ quã habet, si in mora fuerit restituendi, præstare tenetur[d]. Furti quoque tenetur, si secus utatur re mandata, quàm sibi nominatim iniunctum est[e]. secus si non utatur, sed non restituat, non enim furti, sed mandati actio aduersus eum competit[f].

2 CONTRARIA.

Contraria mandati actio, datur procuratori aduersus dominũ[g], ueluti si pro te rem pignori, tua uoluntate dedero, & sufficit quod passus sis[h]. Si pro tuis negotijs pecuniam mutuo acceptam erogauero[i], si pro te pecuniã soluero[k], si pro te interuenero[l]. Et sufficit mandatum adimpleuisse per æquipollens[m]. Quo nomine etiam mercedem arbitrio iudicis petere possum[n]. Antè uerò quàm impleuero, contraria mandati actio mihi non datur[o]. Nisi diu dominus in mora soluendi fuerit, aut bona sua disperdiderit[p], uel in iudicio pecuniã obtulero[q], nisi minor fuerit, qui mandauerit[r].

6 Finitur † mandatum
- 1 Mutat'q; uoluntate.
- 2 Morte.
- 3 Domino reuerso.
- 4 Finito negotio.
- 5 Superueniente furore.

Mandatum re integra[s], reuocatũ finitur[t], & sufficit alterutrius uoluntatem mutatam fuisse[u], modò alter sciuerit, nisi alioqui nõ intersit[x]. Re autem amplius non integra, reuocari non potest, nisi in pristinum statum reponatur[y], hoc est, res integra esse censeatur. tametsi plerique, ut ipse refert, usq; ad litis contestationem, rem integram esse existiment. Præterea mandatum, re integra, morte domini[a], uel procuratoris finitur[b], nisi mortem ignorauerit[c], uel nisi in tempus mortis, mandatum conferatur[d], uel lite contestata dominus decesserit, tunc domini morte, mandatum nõ finitur[e]. Sed neq; etiam ante litem contestatam decedat, si procurator dominum mortuum ignora uerit

h. l. idemq;. ff. mand.
i. l. & ariltoni. ff mand.
k. Imol. c. ad audientiã. extra de homici. Castren. l. sancimus. C. de testa. Bart. l. qui alienam. §. is putat. ff. de acqui. hered.
l. l. ex maleficijs. § j. ff. de act. & obl.
m. l potest ff. mand.
n. l. j. §. si te. ff. deposi.
o. d. l. j. §. quòd si.
p. l. in commodato. §. quòd si alicui. §. qui suscepit. ff. mand.
q. l. creditori. §. Lucius. ff. mãd l. à procuratore. C. eod.
r. l. si procuratorem. §. dolo ff. manda. l. si maritus. l. cũ per procuratorem. C. eo.
s. l. dolus est. ff. mand.
t. l. procurator. ff. eo.
u. no. Bar. l. v. § ij. ff cōmo.
x. l. procuratorem. l. à procuratore. C. eod.
y. l. in re mandata. in fin. C. mand.
z. l. tutori. C. de de neg. gest.
a. l. si pœnã de uerb. obl. l. si quis alicui. §. qui suscepit. ff mand. l. ad comparandas. C. eo.
b. l. cùm quidam. §. si pupillo. ff. de usur.
c. l. si remunerandi. §. si tibi. ff manda.
d. l. idemq;. §. si procurator. ff. mandat. l. post solutionem. cum seq. C. eod.
e. l. si mandauero. §. si tibi. ff. mand.
f. l. procurator. eo.
g. no. Bar. l. quòd Nerua. nu. 17. ff. depos.
h. l. si remunerandi. §. si passus. ff. mand.
i. l. j. C. eo. §. si quid autem. l. de fide iusso.
k. l. ij. C. eo. l. cũ seruus. §. si liber. l. iij. l. cōtra. l. si quis §. morte. eo.
l. d. l. si remunerandi. §. si tibi.
m. l. si mãdato. §. fi. l. si. §. fi. ff mand.
n. l. j. ff. de usur. l. tutor qui repertorium. §. ex cæteris ff. de admi. tut. l. aduersus. C. loca.
o. l. si fideiussor l. si in ea. C. eo.
p. l. Lucius §. fideiussor. ff. mand.
q. l. qui mutuã. §. fideiussor. ff mand.
r. l. si uerò. §. si adolesc ff. eo.
s. no. Bar. l. lux. num 17. ff de pact. l. xv. ff. de procurat. Bar. l. x. nu. 2. ff. de dona.
t. §. rectè. Inst. mãd. no. Bar. in repet. l. sicut. ij. opp.
u. l. si uerò. § si mãdauero. ff. eod.
x. l. si mandasse m. eo. Bart. l iiij. ff. de manu. uindi.
y. l. si mandauero § fi. eo.
a. l. inter. l. qui negotia §. cũ heres uers. si uerò. ff. manda. l. mandatum. C. eod. l. viij. l si quidem. C. de ac. & obli. l. & quia. ff de iurisdict. om. iudi. Bart l. ij. § sed si quis. ff. de donat.
b l. si quis. §. morte l. mandatũ. ff mand. Bar. l. more. nu. 19. ff. de iurisd. om. iud. no. Bart. l. j nu. 3. 4. 14. C. de act. & obl. in l. xlix § j ff. de iudic. Bar. contra l. more. nu. 18 ff. de iurisd. om. iu.
c. l. xix. §. si quis uenerit. ff. de don. ubi Bar.
d. l. si uerò. §. fi. cũ l. seq. l. si quis. j. ff mãd. l. xviij. §. titia. ff. de don.
e. l. nulla. C. de proc.

uerit[f]. Mandati autẽ obligatio[g], uel actio[h], morte alterius non extinguitur[i].
7 † Ex ijs colligimus, per solam litis contestationem, rem desinere integram esse[k], tametsi Bar.[l] hanc sententiam expresse impugnando, contrarium tenuerit. Mouet me, quòd iam procurator effectus sit dominus litis, meritò morte mandantis non finitur, cùm nec etiam ipse dominus eum reuocare potuisset[m]. Idem dicẽdum, si dominus iudicatum solui stipulatione, pro suo procuratore, ante litem contestatam, consentiente procuratore data, decesserit, procurator iudicium accipere compellitur[n]. Sic si in rem suam procurator quis datus sit: mandatis actionibus, ius consequitur[o], & directæ actiones sibi competunt[p], nec mandantis morte, mandatũ extinguitur[q], cùm pro domino habeatur[r]. Et domino præfertur[s], ita tamen si lis contestata sit[t], uel aliquid ex debito acceperit, uel debitori denũciatum sit[u]. Antè uerò in rem suam procurator datus, si minus cõsequutus sit, cum domino agere mandati poterit. Vt si creditor à debitore sui debitoris, mãdato suo pecuniam stipulatus sit, in id quod minus consequitur, mandati agere potest[x]. Prætereà si absens, negotiorum suorum administrationem alteri mandauerit: eo reuerso, mãdatum tacitè reuocatum censetur[y], nisi ualetudinarius sit[z]. Postremò, per superuenientem quoq; furorem mandatũ reuocatur[a]. Quod etiam ad uitium deprauatæ naturæ, & morum referendum est[b].

Loci cõmunes mãdati:
- 1 Publici:
  - 1 De mand. princip. C. & authen.
  - 2 ff. de const. prin.
- 2 Priuati:
  - 1 Mandati. C. ff. Inst.
  - 2 De procur. C. ff.
  - 3 §. actionum. Inst. de act.

f. l. si præcedẽte. ff. mand. d. l. mtec. §. recté. uersi. sed. Inst. manda. l. fundi. § j. ff. de acq. pos.
g. l. si mandato. § ille. ff. eo.
h. d. l. si præcedente.
i. not. Bar. §. & hoc uerò. auth. ut nulli iudi.
k. l. ante. cum seq. ff. de procura.
l. l. more. nu. 13. ff. de iur. om. iud. no Bar. l. lex. num. 11. ff. de pact. l. uij. ff. loca.
m. l. post. ff. de procur.
n. l. si defunctus ff. de procur.
o. l. ij. C. si cer. peta. l. fin. C. quan. fisc. uel priua.
p. l. ex legato. C. de lega.
q. l. quæ omnis §. si ff. de procura. l. j. C. de act. & ob. cõtra l. xxxvj. ff. de donat. ubi Bart.
r. l. in rem ff. de compen.
s. l. procuratore. ff. de procura.
t. d. l. in rem.
u. l. iij. C. de nouat.
x. l. si mandato meo. §. si uer. quod mihi. ff. mand.
y. l. qui mutuũ. §. nõ ideo. ff. mand. l. filius fam. §. procurator. l. post litẽ. ff. de procurat. Bart. l. xxiiij. nu. 5. eod.

CAP. XXVIII.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS.

1 Pignoris obligatio personalis est.
2 Obligatio pignoris, consensu perficitur.
3 Actione personali sublata, realis non tollitur, sic econtra.
4 Pignoris & hypothecæ differentia.
5 Pignus siue hypotheca, quid sit.
6 Pignus siue hypotheca, quot modis contrahatur.
7 Pignoris obligatio, per liberam personã nobis acquiritur.
8 Iudiciale pignus quid, & quãdo acquiratur.
9 Pignus prætorium quid.
10 Pignoris cõuẽtionalis & prætorij differẽtia.
11 Pignoris obligatio quando tacitè insit.
12 Vxoris tacita hypotheca, in bonis uiri, & quibus creditoribus præferatur.
13 Donatio propter nuptias, non habet tacitam hypothecam.
14 Minor habet tacitam hypothecam, contra tutorem.
15 Locator habet tacitam hypothecam bonorum, quæ in domum conductam illata sunt.
16 Locatori non sunt obligatæ res posterioris conductoris.
17 Locator non habet tacitam earum rerũ, quæ in rusticum prædium deferuntur.
18 Fũdi tributarij, tacitè pro cẽsu obligati sunt.
19 Pignoris, seu hypothecæ actiones directæ, & contrariæ.
20 Creditor, qui pignore utitur, furtũ cõmittit.
22 Pignoratitia contraria competit creditori, aduersus debitorem.
23 Debitor qui pignus datum interuertit, furtum committit.
24 Pignoratitia actio, quando præscribatur.

1 PIGNORIS † ciuilis & naturalis[a] oblig. cùm ex cõtractu nascatur, personalis est[b]. Verùm cũ uaria sint contractuum genera, sciendum est,
2 hunc inter contractus, † qui consensu perficiuntur, ascribendum esse: sic enim Caius[c] ostendit, In re hypothecæ nomine obligata, ad rem nõ pertinet, quibus fit uerbis, sicut est in ijs obligationibus, quæ consensu contrahuntur. In quibus neq; uerborũ, neq; scripturæ ulla proprietas desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt, consentire, unde inter absentes quoq; contrahi potest, ueluti per epistolam[d]. Sic & per solam confessionem factam à sciente, pignoris obligatio inducitur[e]. Contra me facit, quod ab Imper.[f] rescriptum est. Creditor, inquit, qui pignus accepit, re obligatur. Et[g], pignoris & hypothecæ persecutio, in rẽ est. Hinc est, quòd si spe futuræ numerationis, pignus dederis, neq; pecunia numerata sit, in rem experiri potes[h]. Nã creditor qui pignus accepit, re obliga-

z. Bart. l. xviij. nu. 5. ff. de nego. gest.
a. l. si quis dicus. ff. de acq. har. not. add. Bart. l. iiij ff. de manu. test.
b. Bar. l. lxxxij in fi. ff. de sol.

a. Bar. l. lix. nu. 2. ff. ad treb.
b. l. fin. C. de distra. pig. Bar. l. nec creditores. nu. 3. C. de pig. act. l. vj. C. de acti. & oblig.
c. l. iiij. de fide instr.
d. l. ij. ff. de act. & obl. Bar. l. j. ff. de pigno. act. Bar. l. iiij. cum addit. ff. qui. mo. pig. sol.
e. Bar. l. cùm testamentũ. nu. 7 C. de te. & fa. Igno.
f. §. creditor. Insti. qui. mo. re cont. ob.
g. l. pignoris. C. de pig. & hypoth.
h. l. j. C. de non nu. pecu. l. pignoris. ff. de pign. act.

tur, quia & ipse de ea quam accepit restituenda, tenetur actione pignoratitia[l]. Non igitur pignoris obligatio, solo consensu, sed re perficitur. Et consequenter secundùm naturam obligationũ realium (de quibus posteà acturi sumus) non aliter pignus conttahitur, quàm si tradatur. Pro horũ solunone, occurrit mihi imprimis, quod à Bar.[k] proponitur, sentiens pignus, solo consensu contrahi, sed non solo consensu distrahi. Et sic contraria, in distractione pignoris procedẽt. Sed quorsum eliciat hoc ex Paul.[l] incertus sum, cùm dicat, De pignore, iure honorario nascitur ex pacto actio: tollitur autem per exceptionem, quotiescunq; paciscor, ne petam. Præterea contra Bar. expresse facit axioma Bal. ad Imp.[m] dum pignus nuda conuentione & cõtrahi & remitti scribat. Quare hęc Bar. sententia neq; uera est, neq; ad contrariorum solutionẽ aliquid confert. Ego dicendum esse censeo, hãc pignoratitiam, mistam esse inter obligationes quæ consensu, & illas quæ re perficiuntur, sic enim uelle uisus est Vlp.[n] dum dicat, non solùm traditione, per quam perficiuntur obligationes reales: uerùm etiam nuda cõuentione, hoc est, solo consensu, pignoris obligationem contrahi. Verùm si originem huius obligationis spectemus, prout spectanda est, planè ad naturam cõtractuum qui consensu perficiũtur, accedit. Cùm enim obligationes quę re, uel cõsensu cõtrahuntur, origine tantùm differant. Nempe quòd in realibus, nõ nisi re tradita, contrahatur obligatio: in cæteris, solo consensu, tametsi re nõ tradita, & pignoris obligatio sit huiusmodi, meritò rectè inter has obligationes, quæ consensu perficiuntur, collocauimus. Non obstat, quòd in rem actio nascatur, hoc enim etiã omnibus ijs obligationibus, quæ consensu perficiuntur, conuenit: ut circa quam rem consenserint contrahentes, in rem actio, per actionem, quæ appellatur, Persequutoria, cõpetat. Puta, donatio, solo consensu contrahitur. Cuius rei nomine, in rem donatam actio posteà competit[o]. Sic et in pignore, quod postquam consensu contractum est, id iure persequi permissum est[p]. Et sic tunc in personam aduersus eum tantũ agitur, qui contraxit: in rẽ uerò aduersus quem-
3 cunq; pignoris possessorem.[q] Quarum actionum altera sublata, altera non tollitur[q]. Vt si pignus usucaptũ sit, tamẽ personalis obligatio superest[r]. Sic econtrà, si tollatur personalis, non tollitur hypothecaria[s], est tamen inter pignus & hypothecam differentia.

- 4 Differũt
  - 1 Pignus
    - 1 Latinum.
    - 2 Ad creditores trãsit.
  - 2 Hypotheca
    - 1 Græcum.
    - 2 Apud debitorem manet.

Hæc igitur inter pignus & hypothecam pręcipua differentia cõstituitur, quòd pignus ad creditorẽ transeat[t], hypotheca apud debitorẽ maneat[u], effectu autem non differunt.
5 Pignus† enim siue hypotheca est res pro debito, utriusq; cõtrahentis gratia, mutuo consensu obligata. Vtriusque, hoc est, creditoris gratia, quò magis ei tutum sit debitũ[x]: & debitoris, quò magis ei pecunia credatũ[y]. Perficitur autem multis modis.

- Pignus[z] siue hypotheca contrahitur cõsensu
  - 1 Expresso
    - 1 Ex conuentione.
    - 2 In iudicijs.
  - 2 Tacito
    - 1 Ecclesiæ.
    - 2 Fisco, & reipublicæ.
    - 3 Mulieri, pro dote.
    - 4 Minori contra tutorem.
    - 5 Filio aduersus patrẽ.
    - 6 In Saluiana.
    - 7 Pro censibus.
    - 8 Fructus extãtes rei pignoratæ.
    - 9 Bona dotalia, pro debito primipili.
    - 10 Creditori, ex causa militiæ comparandæ, uel ut domus reficiatur.

Expres-

i. l. j. §. si Inst. quib. mo re contr. oblig.
k. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pig.
l. l. d. §. de pignore.
m. l. maior. C. de pign.
n. l. j. ff. de pig. act.
o. l. illam. C. de don.
p. l. si in solutũ. C. de act. & oblig.
q. l. xiiij. C. de pigno. & ibi Bar.
r. l. usucapio. l. seruo. C. de pig. Bar. l. ij. nu. 1. de præscri. xxx. an. not. Barto. l. xxx. nu. 3. cũ udd ff. famil. ercisc.
s. l. ij. C. de luit. pign. Bar. l. ij. C. si unus ex plurib. l. x. C. de act. & ob.
t. d. l. si rem. §. j. ff de pig. act. no Bar. l. ix. §. j. de pig. ac.
u. d. §. j.
x. §. creditor. Insti. qui. mo. re cont. obl. l. si. C. quæ res pign. ob. pos. l. si rẽ. § omnis ff. de pig. actio.
y. d. §. creditor.
z. Bar l. xj nu. 22. ff de testa. tut.

1 †EXPRESSO.

Expreſſo creditoris & debitoris
conſenſu, citra traditionẽ, pignoris,
ſiue hypothecæ obligatio contrahi-
7 tur [a]. † Per liberã autem perſonam, pi
gnoris obligatio nobis non acquiri
tur, adeò ut nec per procuratorem,
8 uel tutorem [b]. Prętereà † cùm quis in
poſſeſsionem, rei ſeruandæ gratia, à
iudice mittitur, iudiciale pignus ſibi
acquiſitum cenſetur [c]. Quod pigno
ris genus non antè conſtitutum eſt,
quàm in poſſeſsionẽ, uel quaſi uen-
tum fuerit [d]. Et tunc cæteris credito-
ribus prę fertur [e]. Immittitur quis in
poſſeſsionem, quando creditori, ſui
debitoris actiones ceduntur, et ab Ac
9 curſ. [f] prætorium † pignus appella-
tur: iudiciale uerò, cùm ex cauſa iudi
cati, quis in poſſeſsionem mittitur à
iudice, ex ſentẽtia. Hæc mihi inanis
eſſe uidetur, cùm nulla differẽtiæ ra-
tio reddi poſsit. Subnectit & aliam
differentiam [g], quòd prætorium de-
tur à iudice ordinario, iudiciale à de
legato. Verba ſunt. Deniq; omiſsis
inanibus iſtis, omnino obſeruandũ
eſſe ſtatuo, inter pignus iudiciale &
prætorium, nullam differẽtiam eſſe.
Inter iudiciale uerò, ſiue prętorium,
& conuentionale, hoc tantùm in-
tereſt.

10 DIFFERENTIA † PIGNORIS

CONVENTIONALIS,	PRÆTORII.
1 *Fit conſenſu partium.*	1 *Fit in inuitum.*
2 *Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.*	2 *Temporis prioritas non attenditur.*
3 *Creditor in poſſeßionem miſſus, cæteris non prodeſt.*	3 *Vno creditorum in poſſeßionem miſſo, cæteri mißi uidentur.*
4 *Omnia bona non capiuntur.*	4 *Omnia bona capiuntur.*
5 *Miſſus in poſſeßionem pignoris conuentionalis, à domino poßidet.*	5 *Miſſus in poſſeßionem pignoris pretorij, à pretore poßidet.*

Inter pignus iudiciale, ſiue præto
rium et conuentionale, hoc intereſt,
quòd cõuentionale fiat conſenſu: iu
diciale uerò in inuitũ reddatur. De-
bitoris enim moroſi, etiam inuiti bo-
na diſtrahenda ſunt. Prætereà in cõ-
uẽtionali, qui prior eſt tempore, po- 11
tior eſt iure, in prætorio non utiq; [h].
Tertiò, in prætorio pignore, uno cre
ditorum in poſſeſsionẽ miſſo, cæteri
miſsi uidentur [i]. In cõuentionali nõ
item, cæteris enim nõ proderit [k]. Po
ſtremò ex conuẽtionali hypotheca,
omnia bona non capiuntur, tameſi
ſecus ſit in prætorio pignore, ſecun-
dum Bart. [l] Cuius tamen ſententia,
Vlp. [m] & Imp. [n] conſtit. apertè repro
batur, quam etiam Bar. [o] ſibi contra-
rius ſequutus eſt. Poſtremò miſsio
in poſſeſsionem pignoris cõuentio 12
nalis, à domino poſsidere dicitur: ſe-
cus ſi mittatur in poſſeſsionẽ pigno
ris prætorij [p]. Hæ ſunt pręcipuę dif-
ferentiæ, quæ inter cõuentionale &
prætorium pignus ſtatuuntur. Sub-
lata, ut antè diximus, prætorij et iudi
cialis differentia, quòd iudiciale, mi-
ſtum ſit, utrunq; enim cõplectitur [q]:
eſt enim uiua ipſius iudicis uox, quę
utrunque loco & tempore exequi-
tur. Conuentionale autem à præto-
rio hoc tantùm differt, quòd cõuen-
tionale, ex partium conſenſu profici
ſcatur: prætorium uerò etiam inuito
debitore datur.

2 TACITO [r].

11 Eccleſia † habet tacitam hypothe
cam in bonis debitoris ſui [s]. Præter-
eà licet Reip. & fiſco tacitè detur ius
pignoris [t], aduerſus bona debitoris
ſui, tametſi id ſpecialiter non expri-
matur [u]. Tamen anterioribus credi-
toribus, expreſſam hypothecam ha-
bentibus non præfertur [x]. In bonis
uerò delinquentis, fiſcus alijs credi-
toribus ex cõtractu non prę fertur [y].
In quibus ex receptiore noſtrorum
ſentẽtia, fiſcus tacitam hypothecam
non habet [z]. Idem ſi fiſcus alteri ſuc
12 cedat [a]. † Tertiò, etſi maritus, rei do-
talis dominus eſſe cenſeatur [b], tamẽ
citra uxoris conſenſum alienare pro
hibetur [c]. Quæ etiam ſoluto matri-
monio, aduerſus quẽcunq; ius uen-
dicandi habet. Atq; ita cùm tacitam
hypothecã retineat [d], præfertur om-
nibus creditoribus, etiã expreſſam
hypothecam habentibus: ut colligo
ex Imp. [e] dum ait, Neminem credito
rum mariti, qui anteriores ſunt, poſ-
ſe ſibi

a. §. item ſeruiana. inſt. de ac. & obl. l. j. l. ſi rem. §. omnis. ff. de pig. act.
b. l. ſolutũ. §. j. cum l. ſeq. ff. de pig. act.
c. l. ij. C. qui po. in pig. ha.
d. l. non eſt. ff. de pig. act. §. creditor. inſt. qui. mo. re cõtrah. obl. no. Bar. l. xv. §. ſi ſuper. num. 1. verſ. ſed ſi. ff. de re iud.
e. l. cũ rẽ. C. qui po. in pi. ha.
f. l. j. cũ gl. C. de præ. pig. glo. d. l. ij.
g. rub. C. de pig.
h. Bar. l. xv. §. ſi plures. ff. de dam. inf.
i. l. qui autẽ. §. ſciẽtiã. de ijs quæ in frau. cre. Bar. l. vſ. §. j. l. cũ unus de bo. aut. iu. poſſ. l. à diuo pio. §. ſi ſuper. ubi Bar. nu. 1. ff. de re iud. l. ſi & iure. ff. qui pot. in pi. hab. l. 6 §. ſciẽtiã. ubi Barto. ff. quæ in fr. cre. l. 14. cum add. eo.
k. tit. C. res int. alios acta.
l. d. §. ſi ſuper. nu. 2.
m. l. j. ff. qui. ex cau. in poſ. e.
n. auth. et qui. C. de bo. aut. iud.
o. l. 7. §. itẽ ui deamus. cum add. ff. ex qu. cau. in poſ. e.
p. Bart. l. 3. §. creditores. ubi not. ff. uti poßid.

q. l. j. C. ſi in cau. iud.
r. Bar. l. 5. cum add. ff. qui po tio. in pi. ha.
s. Bar. l. ſcire. nu. 1. auth. de non alie.
t. l. aufertur §. fiſcus ff. de iu. fiſ. Bar. l. 2. de iur. reip. lib. xj. C. cũ ſeq.
u. l. 1. 2. C. in qu. cau. pi. ta. cõ.
x. l. ſi § ſi. qui pot. in pi. ha.
y. l. j. de pœ. fiſ. lib. x. C.
z. Bar. l. 1. nu. 5. C. de pœ. fiſc. lib. x. C. & l. reſcriptũ nu. 2. in fi. cũ nu. ſeq. ff. de pactis. Barto. l. poſt num. 16. ff. de donat.
a. Bar. d. l. reſcripto. nu. 1.
b. l. doce. C. de rei uend.
c. § j inſt. quib. alie. lic.
d. Bar. l. 7. ff. qui po. in pig. l. ſi cũ dotẽ. §. ſi mulier. & ibi Bar nu. 6. ſo. mat. tu. ff. in qui. cau. pi. tac. cont. §. 1. ubi Bar. nu. 1. & §. aliud cũ ſequ. auth. de æqua. do. no. Bar. l. 12. nu. 4. ff. de alt. le. cũ add. De debito. cum l. ij. nu. 2. l. ij. § et ut plenius. C. de rei ux. act. l. aſsiduis. §. ad hæc. ff. qui pot. in pi. ha.
e. l. in rebus. C. de iu. do. §. aliud quoq; authen. de æqu. dot.

se sibi potiorem causam in ijs per hypothecam uendicare, cùm eædem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in eius permanserunt dominio[w]. In alijs uerò bonis ipsius mariti, tacitam dotis nomine hypothecã habet. Sed utrùm anterioribus creditoribus, tacitam, uel expressam hypothecam habẽtibus præferatur, uidendũ est. Extant duo Imp. respons. ad quæstionem propositam, quæ tamen controuersiam non dirimunt. Primum ait[x], Sancimus ex stipulatu actionẽ, quam mulieribus iam pro dote restituenda dedimus, cuicũ etiã tacitam donauimus inesse hypothecam: potiora iura contra omnes habere mariti creditores, licet anteriores sint, temporis priuilegio uallati. Sed cùm non exprimit, utrùm contra omnes, hypothecam tacitam, uel expressam habentes: item utrùm in re dotali tantùm, uel etiam in bonis ipsius mariti, nimirùm generaliter omnia comprehendere uidetur, amplius tamen posteà dicemus. Alterũ sic habet[y]. Priuilegium dedimus dotibus, ut contra anteriores hypothecas habeant honorabiliora iura. In hac amphibologica oratione, placet Bar.[a] interpretatio, quòd ad tacitã tantùm hypothecam referat, ne priuilegium mulieri cõcessum, alteri & diligentiori & cautiori damnosum sit. Ita tamen ut super ijs quæ maritus post contractum matrimonium cõparauerit, mulier anteriorib. creditorib. tametsi expressam hypothecã habentib. præferatur[a]. Hæc in do
13 te uera sunt, in † donatione ꝓpter nuptias, habet tacitam hypothecã, sed non priuilegiatam[b]. In augmento uerò dotis nullam habet[c], sicut nec contra maritum minorem[d]. Sed & in re dotali tacitam hypothecam cõtra fiscum non habet[e], nam si tempo re prior fuerit, præferendus est[f]. Quar
14 tò, † dat tacita hypotheca minori cõtra tutorem[g], filio aduersus patrẽ[h].
15 † Item in Saluiana[i], quæ à Seruiana hoc interest. Saluianum interdictũ competit pro rebus illatis & inuectis in domum urbanam cõductã[k], quæ tacitè obligatæ sunt[l]. Quemadmodùm & peregrini sarcinulæ, sunt hospiti tacitè pro alimentis obliga-

k. §. ſ. ubi Bar. nu. 3. 6. auth. ubi exactione in ſan.
x. L. aſſiduis. C. qui pot. in pi. hab.
y §. aliud auth. de æqu. dot.
z. l. ſ. nu. 4. 5. C. de iure dotũ.
l. aſſiduis. in prin. cũ nu. 6 C. qui pot. in pig. habe.
a. Bar. cõſ. 319. lib. ſ.
b. Bar. auth. de priui. do. nu. 4 & 6.
c. Bar. auth. de æqu. do. nu. 8 dic ut nu. 9. 10. cum sequ.
d. Bar. l. 35. nu. 74. 75. 76. 77. cum seq. ff. sol. matr.
e. l. ij. C. de priui. fisc.
f. l. dotis. C. de iu. dot.
g. not. l. xx. & ibi add. Bart. C. de admi tu.
l. uij. §. ſ. ubi Bar. ff. de pri ui. cre. Bar. l. ix. num. 7. ff. rem rat. hab.
h. no. l. 6. §. sed cũ. C. de bon. quæ lib. cõtra §. non autem. eod. sol. Bar. eod. in prin.
i. not. Bar. l. ſ. C. de precar. & sol. inter.
k. no. Bar. l 4. ff. de pact. cũ add.
l. l. licet. ff. in qui. cau. pig. tac. contrah.
m. Alex. l. diuortio. §. ob donatiões. in ſi. sol matr.
n. l. ſ. C. de precar. & ſ aluia.

tæ[m]. Seruiana uerò competit pro rebus expressè obligatis[n]. Igitur inquilinus à domo cõducta, mercede nõ soluta, recedere nolens, si illata & inuecta exportare uelit, interdictũ de migrando, aduersus ipsum competit[o]. Quæcunq; enim in domũ conductam illata & inuecta sunt, tacitè ipsi locatori pro mercede fundi hypothecata, tametsi dominus ea illata esse ignorauerit, censentur[p]. Idem si domum conductam, sua culpa deteriorem effecerit[q]. Ea uerò quæ non sunt in domum conductam illata, tacitæ hypothecæ non cædunt[r]. Sed nec illa pignori inesse credũtur, quę alius præter conductorẽ attulerit[s].
16 Nam res quæ ipsius cõductoris nõ est, pignorata nõ censetur[t], † tametsi cõductor alteri locauerit[u], nam res posterioris cõductoris, domino nõ obligantur, sed fructus in casum pignoris manent[x], nisi dominus consentiat[y]. Puta, si debitor rem quam creditori pignori dederat, alteri iterum sine prioris creditoris consensu pignorauerit, stelionatus crimen committit[z]. Quòd si consensu prioris creditoris, secus est[a]. Cont. datio pignoris rei alienæ nõ ualet, tametsi dominus cõsentierit[b]. Respon. hoc fauore mulierum receptum est, quibus Velleiano Senatusconſ. succurritur, si quando pro alio se obligauerint, uel dotem pro alio hypothecauerint[c]. Si tamen mulier taceret, dũ res dotalis pignori daretur, & creditor rem dotalem esse ignoraret, non reuocabitur[d]. Apparet igitur locatorem non habere tacitam hypothecã earum rerum, quæ non sunt inquilini, tametsi ab eodem conductore in domum conductam illatæ fuerint. Idem si à domino rei illatæ sint[e]. Nisi in fraudẽ locatoris hoc factũ fuisse probetur[f]. Et tunc domino competit actio negotiorum gestorũ aduersus colonum[g]. Hæc de inquili-
17 nis. † In colonis diuersum ius est, nõ enim locator habet tacitã hypothecam earum rerum, quæ in prædium conductum illata & inuecta sunt[h]. Franc.[i] putat, illata à colono, tametsi impropriè, domino hypothecata esse: quam sententiam sequimur, si illata fuerint, ut perpetuò ibi essent[k].

Vel

inter l. ſ. §. cũ prædiũ. ſ. ff. de pig.
o. l. ſ. §. ſ. ff. de migran.
p. Lcerti. in ſi. C. loc. l. si qu. ex cau. pig. l. itẽ quia. ff. de pactis. Bar. l. quæ dotis. co. 3. uer. et pone ff. sol. mat.
q. l. ij. ff. in qui. cau. pig.
r. l. si non ndu cta. ubi not. Bar. C. in qu. cau. pig.
s. l. ij. cõt diui.
t. l. qui filios. C. quæ res pig. l. nec. §. ſi. C. de præſ. l. 30. tẽ. l. inter. §. sacram. de uer. oblig.
u. Ro. sing 392. muccia.
x. l. si in lege. §. ſ. ff loca.
y. l. aliena res. ff de pig.
z. l. stuior. ff de pig. act.
a. l. Paul. ff. qu. po. in pig. ha.
b. l. ſi. fine. C. ad uelleia.
c. l. mater C. de rei uend. Bal. de dot. 11 parte. col. 42. nu. 16. uer. undecimò quæritur. l. si fcit. C. ad uelleia.
d. d. l. fi fine.
e. Bal. l. uit. ff. de pac. l. certi. C. loca.
f. l. ij. C. si alie. res. d. l. si fine.
g. l. semper qui nõ prohibet. ff. de iureiur.
h. l. debitor. ff. de pignorib.
i. Fran. cõsi. 55.
k. l. in prædijs. ff. in qui. cau pig.

Vel uoluntate domini res in eũdem fundum à colono illatæ fuerint[l]. Vel ut pignoratæ essent, cõtrahentes pepigerint[m], tunc Saluianum interdictum rectè competit[n]. Differẽtiæ ratio inter colonum et inquilinum est, quòd dominus habeat tacitam hypothecam fructuũ prædij coloni[o]. Tum etiam quòd expressè prohibeatur, ne mutuanti agricolæ, eius terrã
18 teneamus[p]. Septimò † pro censibus tributorum, fundus tacitè obligatus est[q]. Sic & fructus extãtes rei pignoratæ[r]. Item bona dotalia, pro debito primipili[s]. Ei quoq; qui ut militia cõpararetur[t], uel ut domus, aut nauis reficerei[u], suas pecunias credidit, tacita hypotheca competit.

19 Actio
- 1 Directa
  - 1 In personam.
  - 2 In rem.
  - 3 De dolo & culpa.
  - 4 Lege Aquilia.
  - 5 Ad fructuũ restitutionẽ
  - 6 Ad interesse.
  - 7 Ad usuras.
  - 8 Furti.
  - 9 Nouato debito.
- 2 Contraria
  - 1 Si cùm res pignori daretur, aurum esse affirmauerit.
  - 2 In personam.
  - 3 In rem.
  - 4 Furti.
  - 5 Ad interesse.
  - 6 Stelionatus.
  - 7 Ad exhibendum.
  - 8 Retentionis iure, pro necessarijs expensis.
  - 9 Si res aliena pignorata sit.
  - 10 Si maliciosè in pignore uersetur.
  - 11 Si debitor non soluta pecunia credita, pignus subuerterit.
  - 12 Pro expensis.

1 DIRECTA.

Directa competit debitori, postq; omnis pecunia exoluta est[q]. Competit in quam aduersus creditorem, ut pignus restituat[r], & sic tam in personam ipsius, quàm aduersus quemlibet pignoris possessorem, per actionem in rem[s]. Itẽ pignus cùm utriusque gratia constituatur, dolũ & culpam creditor præstare tenebitur[t].

20 Non † tamẽ de casu fortuito[u], nisi actum sit[x]. Quartò, si creditor pignus deterius fecerit, legis Aquiliæ actione tenetur[y]. Quintò, ad fructuũ restitutionem tenebitur, non enim rei pignoratæ commodum consequi debet[z]. Item & ad usuras, si pignore utatur, uel pignore uendito, id quod plus est, fœneret[a], uel tardius restituat pignus[b]. Item agit debitor, quatenus sua interest, loco & tempore pignus restitutum non fuisse, uel dete-
21 rius effectum[c]. Octauo, † si pignore creditor utatur, furti actio aduersus ipsum competit[d]. Sic si debitor conuenerit, ne pignus distrahatur, & creditor distraxerit, furtum facit[e]. Et sufficit nihil conuenisse, ut pignus uenderetur: si creditor uendiderit, furtũ committit[f]. Nisi ter debitori fuerit denunciatum, ut soluat, & cessauerit[g]. Sic si post solutum debitum, pignus nõ restituat[h]. Idem si creditor rem sibi hypothecatam propria autoritate ingrediatur, prædo est[i]. Postremò, nouato debito, tenetur pignoratitia[k].

2 CONTRARIA.

22 Pignoratitia † cõtraria agit creditor aduersus debitorẽ[l], ex pluribus causis, ueluti si cùm æs pignori daretur, aurũ esse debitor affirmauerit[m]. Et agit tam in personam[n] debitoris, quàm in rem. Nam si debitor pign. uendiderit, creditori permissum est, id à quocunq; possessore uendicare[o]. Agit & quatenus sua interest[p].
23 Item † si debitor pignus datũ interuerterit, furtum committit[q], et durat nihilominus pignoris obligatio eius rei, de qua expressè inter contrahentes actum est[r]. Sed & si pignus surripuerit[s], uel uendiderit[t], id amittit. Idem si per fenestram dimiserit, excepturo eo, quem de industria ad id posuerit[u]. Item agit contraria creditor, pro expensis, in re pignorata factis[x].

24 Actio † pign. præscribitur
- 1 Sex mensibus.
- 2 Biennio.
- 3 Decem annis.
- 4 Viginti annis.
- 5 Triginta annis.
- 6 Quadraginta annis.
- 7 Centum annis.
- 8 Nullo tempore.

l. l. certi. C. loc.
m. §. interdictũ inst. de inter.
n. l. j. ff. de salui. interd.
o. l. in prædijs. ff. in qui. cau. pign.
p. auth. ut nullus mutu. ag.
q. l. j. C. in qui. cau. pig.
r. l. iij. eo.
s. l. uij. & seq.
t. Bar. §. optimũ. authẽ. de exh. reis. §. ijs consequẽt. authen. de equ. dot.
u. d. §. ijs. ubi Bart. & in l. 18. ff. de priui. cred. l. creditor. ff. si certum pet.
q. l. si rem. §. omnis. cũ 3. l. seq. ff. de pig. act.
r. §. creditor. Inst. qui. mo. re con. obl. l. nomẽ. C. quæ res pig. l. postquã. C. de hæ. uen. l. si. C. de dist. pi. l. quãtus. §. si. de pigno. act. l. 1. §. creditor. ff. de act. & ob.
s. l. pignoris. C. de pign.
t. l. si ut. § sed ubi. ff cõmo. l. 15. de pign. act. ubi Bar. & l. 5. §. quare. ff. ut in possess. legat. l. 13. §. 1. de pi. ac.
u. d. §. creditor.
x. l. 4. 5. & ibi Bar. cũ add. C. de pig. act.
y. l. in rebus. §. fine. ff. cõmo.
z. l. per seruũ. ff de aeq. re. dom.
a. l. quamuis. ff. de pig. act.

b. l. si autem. ff. de pig act.
c. Bar. l. 41. de pig. act.
d. l. si pignore. ff de fur.
e. l. si cõuenerit ff. de pig. act.
f. l. si is qui pignori. ff. de furt.
g. d. l. si conuenerit. cũ seq.
h. l. si quis uxori. §. eum creditorem. ff. de furt.
i. l. iij. & ibi Bar. C. de pigno. & in repet. eod.
k. l. solutum. ff. de pig. act.
l. l. si quasi. eo.
m. l. j. ff. eo.
n. l. nomen. C. quæ res pig. l. postquã. C. de hær uend. l si. C. de dist. pig. l. quãuis. §. si ff. de pig. act.
o. l. j. C. de precar.
p. Bar. l. 16 § j ff de pig act. l. 24 num. 2. l. 22. §. 2. eodẽ. Barto. l 32. de pig act.
q. l. cùm æs. ff. de fur.
r. l. j. ff. de pig. act.
s. l. si debitor. eo. l. si quis in tãtũ. C. un. ui.
t. l. si is qui pignori. eo.
u. l. si quasi ff. de pi. act. no. Bar. l. 25. C. de pig.
x. l. tutor. § contrario. ff. de pig. act.

Quod

Quod ad præſcriptionem actionis pignoratitiæ, ſiue hypothecariæ attinet, ut iuris poſitiui eſt, ſic pro uoluntate, quę in hoc poſitiuo iure, pro ratione ſufficit, uariæ Principum & Iuriſconſultorũ conſtitutiones propoſitæ ſunt. Nam ſi à quæſtore ciuitatis, res alterius, pro cenſu publico pignore capta & diſtracta ſit, ſex mẽſibus præſcribitur [y]. Sunt qui putẽt, non niſi biennio [z], alĳ decem uel uiginti annis, pignoratitiam actionem præſcribi [a]. Secundum alios non niſi triginta annis, hypothecaria præſcribitur [b]. Alĳ, quadraginta annnorum finibus eam cõcludunt [c]. Quandoque nõ niſi centum annis, ius hypothecæ amittitur, ut in rebus eccleſiaſticis [d]. Defendi quoq; poteſt, actionem hypothecariam, perpetuam eſſe [e]. Vt actio Fauiana, per quam creditor reſcindit alienationẽ debitoris, qui ſoluendo nõ eſt [f]. Idem in actione pignoratitia [g], ut ſi debitor pignus quod dederat, ſurripuerit, non uſucapitur [h]. Paul.[i] contrà. Sed cùm in poſterũ dicat, cum debitore, furti agi poſſe. Et furtiua res non uſucapiatur [k], rectius idem cenſet, uſucapere nõ poſſe. Inſtat 2. Modeſt.[l] ſed mens & ſententia eius eſt, quærere, an cũ ipſe debitor euictione teneatur, poſt longi temporis præſcriptionem, uel uſucapionẽ, deſinat de euictione teneri, quod probat, quã ſententiã & Caius [m] ſequutus eſt. Hinc colligimus, quòd licet debitor, pignus quod ſurripuerit, & uendiderit, uſucapere non poſſit, & ſic euictione teneatur, ſi rem pignoratam uendiderit: tamen exceptionem euictionis, longi temporis ſpatio præſcribit. Quia res hypothecata, ratione proprietatis uſucapi poteſt, reſpectu uerò hypothecæ non poteſt, ſecũdũ Bar.[n] Cui⁹ ſentẽtia licet Imp. reſponſ. comprobetur [o], tamen ſibi cont. uidetur [p], dum dicat, ſoluto debito pignus repeti, nõ obſtante pręſcriptione lõgi temporis. Sed ipſum intellige, ſi creditor in mala fide fuerit, ut eſt, ſi oblato & conſignato debito, pignus nõ reſtituerit [q]. Præterea licet pignoris proprietas à debitore contra creditorem uſu capi non poſſit, ab alio tamen poterit [r], ſed nõ niſi triginta annorum ſpatio [s].

y. l. ſi. de cenſi. lib. xj. C. not. Bar. l. j. C. de preſcri. xxx. ann.
z. Bar. l. iiij. nu. 3. 4. de pign. act. ij. add.
a. no. Bar. l. 26. nu. 2. C. de uſur. l. j. §. cùm prædium. nu. 23. de pig. & hypo. l. j. C. ſi aduerſ. cred. ubi Bar.
b. l. ſicut. C. de præſ. xxx. an. & ex l. ix. nu. 3. C. de pig. act.
c. l. ſ. §. ad hæc. C. de ann. excep. l. cùm notiſsimi. in pr. ubi no. Bar. et §. quãobrẽ. cũ ſeq. de pr. xxx. ann.
d. l. ſi. C. de ſac. eccl. tit. auth. ut eccl. Rom.
e. l. uſucapio. C. de pign. & hypoth.
f. l. iij. §. hæc. ff. ſi quid in frau. patr.
g. l. j. §. cũ prædium. j. ff. de pign.
h. l. cùm ſcit. C. de uſuca. pro empt. §. quod autem dictũ. Inſti. de uſuc.
i. l. ſequitur. §. ſi rẽ. ff. de uſuc.
k. §. furtiuæ. Inſti. de uſuc.
l. l. ſi rem. ff. pro emp.
m. l. qui aliend. ff. de euict.
n. Bart. l. iiij. §. ſi rem. num. 1. ff. de uſuca. l. 26. nu. 3. C. de uſur. no. Bar. l. 13. ff. de uſu.
o. l. j. C. ſi aduerſ. cred. l. nemini. eod.
p. l. xj. C. de pig. act.
q. d. l. xj. & l. nemini. eod.
r. d. l. j. C. ſi aduer. cred.
s. l. cùm notiſsimi. C. de præſcript. trigin. ann.

CAP. XXVII.

DE MVTVO.

1 *Mutuum re contrahitur.*
2 *Mutui natura.*
3 *Periculum rei mutuatæ eſt debitoris.*
4 *Debitoris generis & ſpeciei differentia.*
5 *Mutui nomine, in ſimplum duntaxat agitur.*
6 *Mutuo tres teſtes adhibendi.*
7 *Mutui tacita.*
8 *Mutuo an tempus creditoris, uel debitoris fauore, adiectum cenſeatur.*

1 MVTVVM † licet re contrahatur [a], tamen conſenſus requiritur [b]. Mutui autem datio cõſiſtit in ĳs quæ pondere, numero, uel menſura conſtant [c]. Veluti uino, frumento, pecunia numerata [d]. Eſt & quaſi mutuum, cùm quis per errorem, indebitum ſoluerit [e].

2 † Natura mutui [f]:
- 1 *Genus detur.*
- 2 *Fiat accipientis.*
- 3 *Idem genus ſoluatur.*
- 4 *Conſenſu fiat.*
- 5 *Periculum ſit debitoris.*
- 6 *In ſimplum agitur.*

Vt igitur mutuum ſit, ſex potiſsimum attendenda ſunt, primò ut genus detur [g], ueluti pecunia, cum ſimilibus. Videamus tamen ne commodatum quoq; circa eadem uerſetur, ſecundum Imp.[h] Sed rectè Accurſ. eodẽ exponit, Commodauerit, pro, Mutuauerit. Quod probat Bart.[i] pro ſuſtinendis libellis, teſtibus, uel ſcripturis. Ineſt præterea, ut fiat accipientis [k]. Et ſic niſi dominiũ transferatur, mutuũ non contrahitur [l]. Tertiò incũbit debitori, ut idem genus ſoluat [m]. Quartò, nõ niſi utriuſq; conſenſu perficitur [n]. Quintò, † periculũ
3 interitus, debitoris eſt [o]. Niſi quanti-

a. l. j. §. re. ff. de act. & obl.
b. Bar. l. 32. nu. 5. ff. ſi cer. petatur.
c. l. ij. §. j. ff. ſi cer. peta. not. Bart. d. l. ij. §. ſi. in ſi.
d. d. l. j. §. mutui.
e. l. ex maleficĳs. §. is quoque. ff. de act. & ob. §. is q; Inſt. qui. mo. re contr. obl.
f. no. Bar. l. 2. §. j. nu. 10. ff. ſi cer. pet.
g. l. ij. ubi Bart. nu. 6. & §. j. ubi Bar. nu. 8. 9. 15. 16. cum ſeq. ff. ſi cert. pet.
h. l. ij. de ĳs qui ex pub. ratio.
i. d. l. ij. num. 2. no. eo. l. 5. §. 2. ff. commo.
k. l. j. §. mutui. ff. de acti. & obli. l. 41. ubi Bar. nu. 19 ff. ſi cer. pet.
l. Bar. l. 9. ff. de aut. tut. no. l. 2. §. in mutui. cũ nu. 2. 3. 5. ſi cer. pet.
m. d. §. mutui. et d. l. ij. l. Paulus. de ſol. l. ij. §. appellata. ff. ſi cer. peta. ubi Bar.
n. l. j. §. re. ff. de act. & ob. l. non omnis. ff. ſi cer. peta.
o. l. qui negotia. ff. mand. l. incendium. C. ſi cer. peta. l. ſi quis nec. l. certi. §. ſi. l. rogaſti. ff. eod. cum l. j. ff. de peric. l. ſi ſoluturus. de ſolut. l. legato generis. de legat. j.

tas uel

tas,uel species debeatur[p]. Nam debitor quantitatis,non tenetur de ca-
4 su fortuito[q]. Atq; hinc † singularem, inter debitorem generis & speciei differentiam elicimus[r]. Nam si uendatur genus, uel aliquid in genere, puta,decem dolia uini in genere:tũc uenditor dominium transferre cogitur[s]. Sic si seruus in genere legatus sit,deinde seruus ab hærede traditus euincatur, aut fur sit,uel noxam commiserit,hęres liberatus nõ est[t]. Quia ita dare debet, ut eum habe liceat,tametsi sanum eũ promittere non debeat[u]. Quòd si speciẽ debeat,puta,si Stich⁹ legatus sit, uel ex stipulatu debeatur:& eum noxium,uel statuliberum tradiderit, nihilominus liberatus est[x]. Liberatus quoq; si illa species extincta sit[y]. In contractu emptionis,si uenditor dominus nõ fue-
5 rit,euictione tenetur[z]. † In mutuo etiam receptum est,ut in simplũ dumtaxat agatur[a]. Cui etiam singulariter inest,ut creditor qui agriculæ mutuat,agros eiusdem tenere nõ posit[b].
6 Amplius † ijs addendũ est, scripturæ priuatæ mutui, tres testes fide dignos adhibendos[c], itemq; debitoris hæredes,pro portionibus hæredita-
7 rijs cõueniendos esse[d]. † Multa quoque huic contractui tacitè insunt, tametsi nõ fuerint expressa, nempe ut æquè bonum reddatur[e], & alia multa,de quibus aliquando pluribus di-
8 ximus[f]. Postremò, † ex Pauli respõs.[g] elicimus, tempus pecuniæ usurarũ, fauore creditoris, non debitoris appositum esse. Vt si quandiu pecunia soluta non fuerit, mensibus singulis usuræ debeantur: si initio mensis soluta non sit,statim totius mensis usuræ debentur. Sic creditor pecuniam ante diẽ accipere nõ cogitur[h]. Cùm tamen fauore promittentis, tempus appositum esse censeatur[i], ipse ante diem soluere poterit[k], & usuræ non nisi in fine mensis debebuntur. Sed mihi uidetur spectandum esse, à quo uerba ambigua prolata sunt,ut contra eum interpretatio fiat[l]. Aut etiam spectandũ est, an ex die incipiat obligatio,an cõferatur in diem. Ex die, ueluti, Cal. Ianua. dare spondes:cuius natura est, ut ante diem non exigatur. Ad diem autem,usq; ad Cal. dare spondes[m], & tunc ante Cal. solui poterit[n].

p. l. si certis. ff. de uer. ob. no. Bar. l. xj. C. si cer. pet.
q. l. is qui alienum. eo.
r. no. Bar. l. 30. §. 2. ff. ad leg. falc. l. 7. nu 3 C. ad exhi. l. singularia. cũ glo. & Bart. nu. 6. ff. si certum pet. l. 2. si cui plus quã per le fal.
s. Bar. l. ij. nu. 7 ff. si cer. pet.
t. l. hæres seruũ. ff. de euic. l. qui cõcubinam. §. si hæres. de leg. iij. l. si domus. §. j. l. si à substituto. §. j. de leg. j.
u. §. j. d. l. si à substituto.
x. l. statuliberũ medio. §. illud. ff. de sta. lib. l. is qui alienũ. de uer. ob.
y. Bart. §. quod autem. nu. 3. auth. de fideius. l. 86. §. si cui. de leg. j. l. 99. §. ij. eo.
z. l. ex empto. ff. de ac. emp.
a. §. omnes aũt actiões. Insti. de act.
b. tit. auth. ut nul. mut. agr.
c. §. sed & si quis. auth de instr. cautel. annot. lib. 4. quæst. cap. 9. nu. 11. 14.
d. l. 1. C. si cer. pet.
e. l. cùm quid. si cer. pet. l. si fideiussor. ff. mand.
f. lib. 1. q c. 9. & li 4. c. 18.

Loci communes:
1 C. si cer. petat.
2 ff. de reb. cred.
3 Instit. quib. modis re contr. obl.
4 Authent. ut nullus mutans agric.
5 De instrum. cautel. §. sed & si quis. Authen.

g. l. lecta. uer. si igitur. C. si cer. pet.
h. l. qui Romæ. ff. de uer. ob.
i. l. cũ tẽpus. ff. de reg iur.
k. l. quod quid. de act. & ob.
l. l. si ita stipulatus fuero decem. l. quicquid. de uer. obl.
m. l. obligatio nũ. §. j. ff. de act. & ob.
n. no. ĩ. cap. 11. nu 9.

CAP. XXXI.

DE COMMODATO, ET PRECARIO.

1 *Commodatum quando constituatur.*
2 *Commodati natura.*
3 *Periculum rei commodatæ, est domini.*
4 *Precarij natura.*
5 *Commodati, uel precarij actiones.*
6 *Commodati actio, aduersus quos non competat.*

1 QVI † re mea, nulla mercede constituta (alioqui esset locatio) ad certum tempus, uel nullo præscripto tempore, ut sit precarium[a], utitur: ex commodato, uel precario obligatus est[b]. Nam licet inter commodatum & usum ex Labeonis sententia[c], tantùm intersit, quantùm inter genus & speciem. Commodatarius enim rem mobilem, non etiam soli: utendam dari etiã soli existimabat. Sed ex Vlp.[d] et Imp.[e] etiam res commodata dicitur, quæ soli est, adeò ut etiam habitationem cõmodari posse probet, per quod nihil de domini iure detrahitur, unde cõmodati denominatio sumpta est: dicitur enim commodatum, quasi de meo datum sit, proprietate & possesiõe semper penes me salua & integra manẽte[f], non uerò apud eum, cui commodatur[g]. Est & quasi commodatum, cu-
» ius meminit Pomp.[h] dum ait, Si libe-
» ro homini, qui mihi bona fide seruie-
» bat, quasi seruo commodauero, ui-
» deamus an habeã commodati actio-
» nem. Nam & Celsus filius aiebat, Si
» iussissem eum aliquid facere: uel
» mandati cum eo, uel præscriptis uer-
» bis experiri me posse. Idẽ & in com

a. Bar. l. 1. §. sicut. nu. 1. 2. ff. cõmod. num. 4 & 5.
b. l. j. §. is quoq;. de act & obl.
c. l. j. §. j. ff. commod.
d. d. §. is quoq;.
e. §. itẽ is. instit. qui. mo. re cõtrah. obli.
f. l. rei. ff. cõmo.
g. l. nemo. ff. eo.
h. l. si is qui. §. si libero. ff. commod.

„ modato erit dicendum. Nec obstat „ quòd non hac mente cum eo qui li„ ber bona fide nobis seruiret, contra„ heremus, quasi eum obligatum ha„ bituri. Plerunq; enim id accidit, ut „ extra id quod agitur, tacita obliga„ tio nascatur: ueluti cùm per errorem „ indebitum, soluendi causa datur.

k. l. § C. cōmod.
h. l. 1. ff si cer. pet.
l. l. sed. § si ff. ff. commo.
m. l. sepe. eo. no. Bar. l. iij. nu. 2. C. commod.
n. §. cōmodata. Insti. qui. mo. re cont. ob.
o. l. 2. §. is quoq; rem. ff. de act. & obl & §. ite is cui. Insti. quib. mo. re cont. ob.
p. l. cum qui. l. si ut. § planè § sic. cū seq. l. in rebus §. ad eos. ff. commod.
q. d §. ite. uers. sed.

2 Commodati † natura
- 1 Ad usum pertinet.
- 2 Species datur.
- 3 Nulla merces constituitur.
- 4 Eadem restituitur.
- 5 Periculum est domini.
- 6 Ad certum tempus fit.

Commodatū igitur ad usum tantùm pertinet[n]. Species datur[h], quæ usu non cōsumatur[i]. Genus autem non commodatur, quemadmodùm in mutuo, nisi dotis gratia[m]. Nulla merces constituitur, alioqui locatio erit[n]. Eadem restituitur[o]. In mutuo 3 uerò idem genus. † Periculū est domini[p], non eius cui commodata res est[q], uel alterius debitoris speciei[r]. Nisi exactam diligētiam in re custodienda non adhibuerit. Non enim sufficit ei tantam diligentiā adhibere, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modò alius diligentior poterat eam præcauere[s]. Limitatur præterea, si res commodata perierit post moram[t], uel in se periculū suscepesit[u], uel res cōmodata, æstimata sit[x]. Inest finaliter commodato, ut ad certum tempus fiat, ut à precario diffe4 rat. Cuius † natura est, ut is q utitur, tandiu utatur, dum is qui cōcesserit[y], uel eius hæres patitur[z]. Qui cùm naturaliter non possideat[a], usucapere nullo modo poterit[b]. In commodato uerò fines utendi præscribuntur, neque antè commodatum reuocare permittitur[c].

r. l. 1. C. commod. l. si ut. § quod uerò. l. ad eos. l. in rebus. ff. eod. & d. §. item.
s. d. § item uer. at si.
t. l quod te. ff. si cer. pet.
u. l. 1. C. cōmo.
x. l. si ut. §. & si forte. ff. commod.
y. l. 1. ff. de precar.
z. l. quæsitū. §. fi. l. cū precaria. §. 1 cū l. & habet. §. placet. eo.
a. l. certè. § is qui. eo.
b. l. male. C. de præs. 30 an.
c. l. in commodato. § sicut. ff. commo.

5 Cōmodati † uel precarij actio
- 1 Competit
  - 1 Directa
    - 1 Vt res restituatur.
    - 2 Si commodatarius omne periculum susceperit.
    - 3 De dolo.
    - 4 Si res continuata sit.
    - 5 De culpa.
    - 6 Legis Aquiliæ.
    - 7 Furti.
  - 2 Contraria
    - 1 Dominus non patiatur.
    - 2 Res commodata uitiosa sit.
    - 3 Si rem commodatam surripuerit.
  - 3 Mista.
- 2 Cessat in
  - 1 Impubere.
  - 2 Furiosa.

d. l. si ut. §. interdum.
k. d. l. si ut. §. & si.
l. l. is. C. de pig. act. l. qui furtum. ff. de cō. furt. d. l. si ut. §. quod uerò. ubi not. §. nā & si & l. cū qui. cū § si l. in reb. ff eod. Bar. l. 13 § 1. ff cōmo add. Bar l. 5. ff. nūc ff. commod. l. quæsitū § il lud ff. de precar.

DIRECTA.

Ex hoc cōtractu, commodati uel precarij actio directa, principaliter ad rem restituendam nascitur[d]. Deinde Ad æstimationem, si cùm commodatarius, periculū in se suscepisset, casu perierit, directa in eum commodati actio competit[e]. Idem si dolose in re cōmodata uersatus sit, contractus enim commodati, dolum & culpam recipit[f]. tametsi Precarium, dolum duntaxat[g]. Qui adeò ijs contractibus inest, ut agi minimè possit, ne dolus præstetur[h]. Et non tantùm ex proprio, uerùm etiam ex alterius dolo, tametsi non sit in culpa, teneturi ueluti si sibi nomine alterius commodatum acceperit[i]. Item tenetur commodati directa, quomodocunq; res perierit, si res æstimata cōmodata sit[k]. Item & de culpa tenebitur[l]: ut si rem commodatam incapaci commiserit[m], secus si idoneo[n]. Sic si cùm cōmodatarius posset res commodatas saluas facere, suas prætulerit[o]. Cùm exactissimā diligentiam[p], hoc est, tantam diligentiā, quantam diligentissimus paterfa. in suis proprijs rebus assolet, adhibere teneatur[q]. Quo nomine si commodatarij culpa, res commodata deterior effecta sit: non tantùm directa commodati,

d. Bart. auth. hoc ita. nu. 6. C. de duo. re. l j. & seq. C. preca. l quæsitum. §. inter dum.
e. l. si ut. § sed an. ff. commod. l j. C. eo.
f. not. Bart. l. quod Nerua. nu. 15 ff de pos. l qui fur tum ff. de cō. fur.
g l. contractus. de reg. iur.
h. l. in commodato ff. commod.

m. l. qui rē. cū seq ff. cōmo.
n l. argentum. ff eod.
o. d. l. si ut. §. proinde. §. nā & mella.
p. l. j. § is quoq; ff. de ac. et ob.
q. §. et is. Insti. qui. mo. re cō tra. ob. l. si ut. § custodia §. ult. l. in reb. ff. commo.

dati[r], uerùm etiam legis Aquiliæ actio, aduersus cōmodatarium competit[s], tametsi commodatarius in dolo non sit[t]. Quia non dolo tantùm, uerùm etiā culpa uacare debet[u]. Postremò furti quoque tenebitur commodatarius, si secus quàm sibi commodata fuerit, utat[x]. Sed ita demū furti actio cōpetit, si se intelligat, id inuito domino facere[y].

2 CONTRARIA cōmodati actio, commodatario aduersus dominum datur, si dominus non patiatur eum re commodata uti[z]. Idem si res commodata uitiosa sit[a]. Si rem commodatam surripuerit[b]. Non tamen furti actio commodatario in dominum competit, si rem suam ab ipso auferat[c]. Tametsi quandoq; ipse dominus, aduersus commodatarium furti agere possit, ita tamen ut commodati actio, uel econtrà, elidatur[d], de qua posteà dicemus.

3 MISTA commodati actio domino, quādo res commodata furto surrepta est, competit. Nam & aduersus commodatarium, commodati, uel aduersus furem, furti agere potest[e], ita tamen si commodatarius soluendo non sit[f]. Vna tamen electa, altera excluditur[g]. Quòd si commodatarius soluendo fuerit, furti agere potest[h].

2 CESSAT.

6 Commodati † actio nō datur, contra impuberem[i], uel furiosum[k]. Nisi quatenus locupletiores effecti fuerint[l].

r. l. sed.l. § j. eo.
s. l. in rebus. §. fine. eo.
t. l. si ut. § si meo. eo.
u. d. l. si ut. §. si duobus.
x. l. qui furtum. ff. de cō. fur. l. si pignore. ff. de furt. l. si is cui commo da. eo. §. furtū aūt. Institu. de oblig. quæ ex deli. d. l. si ut. §. quinimò. §. idem denique. cum § sed interdū eo. no. Barto. l. 22. §. sed cum. C. de furt.
y. § placuit. Instit. de oblig. quæ ex deli.
z. l. in commodato. §. j. § si cui. cū §. fi. l. si ut. §. idem denique. ff. cō mod.
a. l. in rebus. §. item. eod.
b. l. rem. eo. no. Bart. l. 22. ff. de pe. hær.
c. l. si is qui. ff. commod.
d. l. si is cui cōmodata. ff eo.
e. l. fi. §. cum enim. C. de fur.
f. §. itē si fullo. Insti. de obli. quæ ex deli.
g. l. manifesti. §. l mi. §. tales. C. de fur.
h. l. usq; ff de fur.
i. l. j. § fi. ff. com mod.
k. l. nec. eo.
l. l. sed. eo.

Loci cōmunes commodati, uel precarij.
- 1 Commodati. ff C.
- 2 De precario. ff C.
- 3 §. item is cui. Inst. quib. mo re contrah. obl.
- 4 §. actionum. Inst. de act.

CAP. XXXI.

DE DEPOSITO.

1 Depositi definitio.
2 Depositi genera.
3 Depositi natura.
4 Depositarij periculo quando res pereat.
5 Debitor post moram, an re perempta liberetur.
6 Depositi actiones.
7 Negligentia magna quæ sit.
8 Culpa latior quæ sit.
9 Culpa lata quid.
10 Culpa leuis quid.
11 Culpa leuissima quid sit.
12 Depositi contraria actio cui & quando competat.
13 Deposito tres testes accedant.
14 Depositum pro alio debito non retinetur.

CVM eorum contractuum qui re perficiuntur, duo maximè sint genera, quidam enim fiunt gratia accipientis: ut mutuum, commodatū, precarium, de quibus hactenus dictum est, Alij fiunt gratia dantis, ut depositum, de quo nobis nunc agendum est. Qui igitur depositum accipit, re tenetur[a], quod sic definimus,

1 DEPOSITVM † est, quod nulla mercede proposita[a], gratia eius qui deponit[b], alteri à domino[c] commendatur[d].

a NVLLA mercede ꝓposita.) Qui rem alienam custodiendā & seruandam gratuito accepit, depositi tenetur[b]. Quòd si merces interuenerit, locatio est, non depositum[c]. Et tunc dolus & culpa præstanda est[d], cùm alioqui depositarius de dolo tantùm teneatur[e].

b GRATIA eius qui deponit.) Nā si gratia depositarij poneretur, legitimos depositi cancellos egrederetur, cùm suo periculo cederet[f], cùm alio qui periculum sit deponentis[g].

c DOMINO. Vt differat à receptato re, apud quem res furto surreptæ deponuntur[h].

d COMMENDATVR. Hoc est, deponitur[i], dictum ab eo quod ponitur, compositum enim De, auget positum, ut ostendatur, totum fidei eius commissum, apud quē deponitur[k]. Tametsi fideicommissum nō debeatur, si testator aliquem hæredi commendauerit[l]. Qua tamen in re, amplius deliberandum est[m].

a. l j. §. is apud quē. ff. de ac. & ob. § præterea. Instit. qui. mod. re con. ob.
b. l j. § si te. ff. depos.
c. d. l. 1 §. si uestimenta. § si quis. ff. depo.
d. l. si ut. §. 1 ff. commo.
e. d. §. 1.
f. l. si quis nec. l. rogasti ff si cer. pet. l. si solutum. ff. de sol.
g. l. 1. C. depos.
h. l. 1. ff. de recep.
i. l. lucius. ff. de pos. l. is pen. e C. eo.
k. l. 1 in prin. ff. depos.
l. l fideicōmissa. §. si ita. de leg. iij.
m. l liberto. § filiū ff. de an. leg. l. Lucius in fi. de legat. iij.

2 Depositi † genera.
- 1 Voluntarium.
- 2 Necessarium.
- 3 Sequestrum.
- 4 Quasi positum.
- 5 Obsignatio.
- 6 Receptum.

Voluntarium depositū est, quod nulla

nulla cogente causa fit, cuius nomine aduersus inficiantem in simplum actio datur [n]. Necessarium est, quod propter eminens periculum, uel urgentem aliquam causam fit: et aduersus inficiantem, dupli actio competit [o]. Tertiò, depositum uel ab uno tãtùm fieri potest: apud sequestrum uerò non nisi plures deponere poterunt [p], quod de re controuersa & litigiosa fit [q], et Sequester possidere dicitur [r], depositarius uerò non possidet [s], qui nimirùm usucapere non poterit [t]. Est & quasi depositum: ursi quod apud te deponerem, iusseris apud aliũ deponere [u]. Aut cùm rem meam apud te deposuissem, à tuis hęredibus petam [x], qui ex quasi deposito mihi obligati sunt [y]. Est prætereà obsignatio, quæ fit à debitore, de ea re quam alteri debet, cuius effectus est, ut usurarum cursum impediat [z]. Postremò à Prætore, aliud depositi genus introductum est, quod Receptum, appellatur, quod aduersus nautas, caupones, stabularios cõpetit [a].

3 Natura depositi:
- 1 Res detur custodienda.
- 2 Sit rogatus depositarius.
- 3 Nulla merces proponatur.
- 4 Repetatur quandocunque.
- 5 Eadem res restituatur.
- 6 Periculum fit domini. Nisi
  - 1 Secus conueniatur.
  - 2 Deposito se offerat.
  - 3 Post moram.
  - 4 Aestimatum.
  - 5 Accipientis gratia.
  - 6 Mercedem acceperit.
  - 7 Deposito utatur.
  - 8 Dolo desierit possidere.

Secundùm depositi naturam, res datur custodienda, nõ utenda, alioqui commodatum erit, si species detur, uel mutuum, si genus sit [b]. Deponi autem potest, tam species [c], quàm genus [d]. Prætereà necesse est depositarium rogatum esse, alioqui si se ultro ingerat, dolum & culpam, nõ casum fortuitum præstabit [e]. Tertiò in deposito, nulla merces proponitur pro custodia [f], ut à cõtractu locationis differat [g]. Quartò, quandocunq; repetitur [h]. Inest et quintò, ut eadem res restituatur [i]. Alioqui si conuenerit, ut tantũdem restitueretur, uel usuræ præstarẽtur, depositi legitimos cancellos egreditur [k], tãetsi dici possit depositum [l]. Postremò naturaliter inest deposito, ut periculũ sit domini, si casu fortuito re deposita perierit [m]. Quia nullum commodum cõsequitur is, qui depositũ recipit [n]. Meritò si sine dolo malo et nulla sua culpa perierit, depositarius condi-
4 ctione non tenebitur [o]. † Ita tamẽ ut nullo casus fortuiti uelamento se excuset, tunc enim non liberatur depositarius [p]. Sed nec si reuera casu perierit, liberabitur, quando specialiter in se periculum suscipit [q]. Idem si se
5 se deposito offerat [r], † aut in mora restituẽdi rem depositam fuerit [s]. (Sic in fideiussore iudicio sisti [t], uel in hærede moroso obseruandũ est [u].) Nisi eodem modo apud deponentem peritura esset [x]. Tametsi in promissore [y], uel legatario secus sit [z]. Quartò res deposita perit periculo depositarij, si ęstimata fuerit [a], uel si accipiẽris gratia depositum factum sit. Vt si creditor pecuniam apud debitorem deposuerit, eaq; perierit, depositarij incõmodum est [b]. Quia generis debitor est [c], quem casus fortuitus nõ liberat [d]. Quòd si species, gratia tantùm depositarij deposita sit, culpam & diligentiã præstare tenet [e]. Idem in eo qui alteri metum intulit, receptum est, ut si res per metum, uel per uim cõpulsiuam extorta, ante secundam sentẽtiam pereat, perijt periculo metum inferentis. Si uerò post secundam sententiã, intra tempus datũ iudicato, perit periculo domini, si res eodem modo erat peritura penes eum, aliàs secus [f]. Sed & si accipientis & dantis gratia, depositum fiat, etiã depositarij periculo perijt, ut pignus quod apud creditorẽ deponitur: qui culpam, non casum fortuitũ præstare tenetur [g]. Sextò, si mercedem depositarius acceperit, de casu fortuito tenetur [h]. Sic si re deposita utatur, non tantùm suo periculo cedit [i], uerùm etiam furtum committit [k]. Postremò si dolo possidere desierit, suo periculo cedit [l]. Parumq; refert, si depositarius, eandem rem iterum possidere cœperit. Vt si rem depositam uendat, eandemq; posteà repetat, si tandem casu fortuito perierit, de-

n. l. j. §. j. ff. de pos.
o. d. §. j.
p. l. propriè. l. licet ff. depo.
q. l. sequester. ff. de uer. sig.
r. l. j. in fi. C. de posit.
s. d. l. licet. §. rei.
t. l. ij. §. ij. ff. pro her.
u. l. j. §. j. ff. de pos.
x. l. j. §. fi. eo.
y. l. ex malefi- cijs. §. hæres. ff de ac. et ob.
z. l. acceptam. ubi not Bar. C. de usur.
a. tit. ff. C. naut. cau. dicemus q̃liq; (Deo dãte) lib. 3. epit. ubi prætorias obligationes, ad ciuiles pertinẽtes explicabimus.
b. l. certi. § fi. cũ l. seq. ff. si cer. pet.
c. l. j § quæ depositis. §. si uestimẽta. ff. depos.
d. l. lucius. j. eo.
e. l. j. § sæpe. ff. depos.
f. l. j §. si uestimenta. § si quis. uer. si uerò. eod.
g. d. l. j §. si q̃s.
h. Bar. l. 16. §. si nec. num. 1. ff. commo.
i. l. 2. ff. si cer. peta. l. 1. §. is quoq; aliud. ff. de ac. et ob.
k. l. Lucius. §. uersic. nam. l. publia. uersi. Lucius. & l. quintus. eod.
l. l. die §. j. eo.
m. l. 2. §. sæpe. l. si plures. §. 1. eo. l. 2. C. eo.
n. l. si ut. §. nũc. ff. commod.

o. l. qui furtũ. ff. de cõd. fur.
p. l. 2. §. 1. C. eo.
q. l. & aristoni. ff. mand.
r. d. § sæpe.
s. l. promissum. ff. de cõst. pe. l. si in Asia. §. fi. ff. depos. l. quod te si cer pet. l. si seruũ stichũ. per totũ. de uer. ob.
t. l. 4. ff qui sat. cog. ubi not. Bar. cũ l. seq.
u. l. qui usumfr. §. fi. de usufr. et quẽad. uta.
x. l. si plures. ff. depos.
y. l. nemo. §. 1. cũ l. seq. §. pe. l si seruũ Stichum. de uer. ob. l. 5 de cõs.
z. l. si cũ seruũ. ff. si cer. pet.
a. l pleruñq;. de iu. dot. l. cum duob. § quod si. pro soc.
b. l. si quis nec. ff. si cer. pet.
c. l. 2. §. mutui. e.
d. l. incendium. C. si cer. pet.
e. l. si ut §. commodatũ. l. argẽtũ. ff. cõmo.
f. l. si cũ. §. qui tenus. cũ ibi Bar. in prin. cũ nu. 2. 4. 5. ff qu. me. cau.
g. l. quæ fortuitis. C. de pig. act.
h. l. si ut. § j. ff. commod.
i. l. qui furtũ. ff. de condi. fur.
k. l. si sacculũ. ff. deposi. l. si depositũ. C. &. l. l. 2. C. depos. l. finalit. §. sed. l. qui petitorio. de rei uẽ. l. si bona fide. de nox. act. l. §. quo. bon.

m. l.j.§.si rem. ff.depos. no. l.xj.C.de remis.pig.
n. l.si id quod. §.fi.ff.pro so.
o. l.licet.§.rei. ff.depos.
p. l.j.§.si prædo.§.si sic.l. bo.fid.eo.
q. l.j.§.is quoque.de act. et ob. §.præterea. Inst.quib. mo.re cõ.ob.
r. l.j.in fi. C. depos.
s. l.j.l.si is qui. C.eo.
t. l.j.in fi.C.eo.
u. l.contractus. de reg.iur. l. & ita §.miratur.ff.nau.ca po.l.qui furtũ.de cõ.furt. l.si ut.§.nunc ff.commod.
x. l.j.§.fin.ff. depos.
y. l.j in fi.C.eo.
z. l.j.§.si apud. in fi ff.depos.
a. l.j.§. si rem. ff depo.
b. l.j.§.si eo.l. ex maleficijs. §.hæredes.de act.& ob.
c. l.j.§.is quoq; apud.ff.de ac. & obli.
d. l.quod nerua ff. depos.
e. d.l.quod nerua. ubi Bart. in pr.et nu.13
f. l.late.de uer. sign.no. Bar. d.l.quod nerua nu. 7.16. 18.19.l.xij.§. fin.nu.1.ff.de interrog act.
g. Bar.l.v.§.ij. ff cõmo.
h. l.tutori.C.de neg.gest.l.ita §.gessisse.ff. de admi.tut.
i. l.j C.de her. tut.

rit, depositarij periculum est[m], tamet
si in iudicio societatis secus sit[n].

- Actio †
  - 1 Directa
    - 1 In rem.
    - 2 Ad exhibendum.
    - 3 De dolo tantùm.
    - 4 Vel quasi.
    - 5 De latiore culpa.
    - 6 Condictio.
    - 7 Ex conuentione.
    - 8 Post moram.
    - 9 Ad usuras.
    - 10 In simplum.
    - 11 In duplum.
    - 12 Furti.
    - 13 Iniuriarum.
    - 14 Legis Aquiliæ.
    - 15 Si se ultrò obtulit.
    - 16 Si merces accesserit.
    - 17 Si gratia accipientis.
  - 2 Contraria depositario.

1 DIRECTA.

Licet periculũ rei depositæ sit do-
mini, quòd dominium et proprietas
apud eum maneat[o]: tamen quædam
directæ actiones domino cõpetunt,
quæ & ipse etiam prædoni dantur[p].
Datur autẽ in rem actio, cùm enim
is apud quem rem nostram deposue
rimus, re nobis obligatus sit, & ean-
dem restituere teneatur[q]: meritò in
rem uendicatio competit[r], etiam ad
uersus hæredes depositarij[s]. Item a-
gitur aduersus depositarium, actio-
ne ad exhibendum[t]. Prætereà con-
tractus depositi, dolum tantùm reci
pit[u]: ut si depositum non restituat[x],
uel dolo desierit possidere[y]. Et non
tantùm præteritus dolus, in depositi
actione uenit, uerùm etiam futurus,
hoc est, post lit. contest.[z] Et sufficit
dolum semel admissum esse, nam li-
cet bona fide tandẽ possidere cœpe
rit, nihilominus suum periculum e-
rit[a]. Sed nõ de dolo tantùm, uerùm
etiam de quasi dolo tenebitur. Vt si
hæres depositarij, rem apud testato-
rem depositam ignorans distraxerit,
& quod ad se peruenerit, non resti-
tuat[b]. Quinto, depositarius de latio
re culpa tenetur, secus si negligen-
ter rem custodiendam amiserit, nisi
admodùm negligens fuerit, magna
enim negligentia, in doli crimen ca-
7 dit[c]. Magnam† appello negligentiã,
cùm depositarius tantam non adhi-
bet diligentiam, in re deposita, quan
tam in proprijs suis rebus assolet[d],
8 quam † culpam, Latiorem Celsus[e]
9 appellat. † Lata autem culpa est, nõ
intelligere, quod omnes intelligũt[f].
Quæ simul & dolus uenit in contra
ctibus, qui gratia tantùm dantis cele
brantur[g]. Hac lata culpa tutores &
curatores tenentur[h], non tamen hæ-
redes ipsorum, nisi lis cum tutore cõ
10 testata fuerit[i]. † Leuis porrò est, cùm
quis non tantam adhibet diligentiã,
quãtam diligens alioqui paterfa. ad-
hibiturus esset[k]. Qua etiam tutores,
uel curatores[l], & alij negociorũ ge-
stores tenentur[m], non tamen de ca-
su fortuito[n]. Depositarius autẽ hac
culpa, hoc est, de negligentia non te
11 netur[o]. † Leuissima porrò culpa est,
non facere id, quod diligentissimus
paterfa. facturus esset[p]. Sed ut tan-
dem ad actiones depositi directas, se
cundum Tab. nostræ ordinem redea
mus, adiecimus & vj. condictionem
in depositariũ, postquàm in dolo es-
se cœperit, cõpetere[q]. Vt si ex depo
sita pecunia quid à depositario com
paratum sit, dominus uice compen-
sationis idem petere non potest, sed
à depositario condicere poterit[r]. Se
ptimò ex conuentione, directa da-
tur: ut si periculum in se depositarius
susceperit[s]. Octauò, post moram, ut
post litem contestatam, cùm res pe-
reat periculo depositarij[t]. Nonò, ad
usuras, si re deposita, uoluntate do-
mini utatur[u], uel post moram[x], uel
ex conuentione[y], etiam ex pacto nu
do[z]. Si enim in iudicijs bo. fid. tacitè
ueniant, multò magis ex nudo pa-
cto[a]. In iudicijs stricti iuris, sec⁹ est[b].
Decimò, hæc actio inficiando cres-
cit in simplum, si sponte depositum
fiat[c], ut in actione legis Aquil.[d] Item
in duplum, ut si is apud quem res ne
cessitate premente deposita est, ab-
negauerit[e], qui infamia notatur[f].
Duodecimò, furti tenetur deposita-
rius, qui inuito domino re deposita
utitur[g]. Decimotertiò, si quis tabu-
las testamenti apud se depositas, plu
ribus præsentibus legerit, iniuriarũ
tenetur[h]. Decimoquartò, si res de-
posita, deterior ab eo qui eam acce-
perit, facta sit, legis Aquil. actione te
netur[i]. Decimoquintò si se ultrò ob
tulerit, periculo suo perit, & non so-

m 3 lùm do

k. l.si putator. ff.ad l.fal.no. Bar.d.l.quod nerua. in pr. & nu.18 25. l.64.pro soc. l.26.§.si ff fi. regũ l.14 de pig.act.
l. l.quicquid.C. arb.tut.
m. l.si pupilli. §. uideamus. ff de ne.gest.
n. l à procuratore. C.mãd.
o. §.præterea. Inst. qui.mo. re cõ ob.l.j. §.is quoq; apud ff de ac. & ob.
p. Bart.l.18 ff. commo.
q. l.si quis.§.j. ff depos.
r. l.si ex ea.C. de rei uend.
s. l.j.§.si conuenitur.ff.deposi.
t. l.si in Asia.§. quẽadmodũ. ff.eod.
u. l.si sacculũ. eo.l.si deposita.C.eod.
x. l.die.§ j ff. eo.l.ij.C.eo.
y. l lucius j ff. eod.
z. l publia.§ j. l quintus.ff. depos.
a. arg.l.j §.eodemq;.C. de rei ux.act.
b. l.3.C.de usur.
c. §.sed furti. Inst.de act. l. j.§.j.l.si quis. ff.depos.
d. l.4.C.depos.
e. d.§.j.
f. l.qui depositum.C eo.
g. l.si sacculum. ff eo.l.si depositi.C.eod.
h. l.j.§ si quis tab.ff. depos.
i. l.in reb.§ fina. ãli. ff.cõmo.

sùm dolum, uerùm etiam culpam & custodiam, non casum fortuitũ præstare tenetur[k]. Idem si mercedem acceperit, de culpa enim tenebitur[l]. Postremò si gratia accipientis depositũ factũ sit, periculo suo perijt[m], in quem nimirùm directa actio competit.

2 CONTRARIA.

12 Contraria † depositi actio ei competit, qui rem depositã suscepit[n], ut impensas repetat[o], uel ad interesse agat. Quod licet communiter nõ debeatur, maximè si de interesse extra rem, siue extrinseco agatur[p]. Tamen quando agitur ex contractu facto, gratia dantis tantùm, ex quo dominium, uel usucapiendi cõdictio non transfertur, et eò agitur, quòd res uitiosa tradita est, secus est[q]. Tunc tenetur, siue sciens, siue ignorans. Vt si ferocem equum qui mihi nocuit, apud me deposueris, teneris, quòd non præmonueris, ut à uitio equi caueremne officium sit mihi damnosum[r].

SINGVLARIA DEPOSITI.

13 Qui † cautè apud alterum deponere uult, non credat soli scripturæ accipientis, sed aduocet tres testes honestos & fide dignos[s]. Præterea †
14 qui rem depositam tenet, eam ex alia causa sibi debitã, retinere non potest[t]. Multa præterea huius depositi contractus singularia, cùm ex tit. C. depositi eliciãtur, eum meritò propter eiusdem frequentem & quotidianam materiam compendio auspicabimur.

k. l. j. §. sepe. ff. depos. Bar. l. 4. cũ addi. de legi. lib. x. C. l. si ut. §. nunc. ff. commo.
m. l. si quis. l. rogasti. ff. si cer. pet. l. si solutum. ff. de sol.
n. l. ei. ff. depos.
o. l. si in Asia. §. j. l. actiõe. eo.
p. l. si sterilis. §. si per uẽdito rẽ. ff. de act. emp. l. j. § cõsiderandũ. de tu. & ra. dist.
q. l. si seruus §. quod uerò. ff. de fur.
r. l. inter. §. si eũ. uers. quòd si. ff. mand. l. si quis. ff. si quis omis. ca. testa.
s. §. si quis igitur. authẽ. de instru. caute.
t. §. j. authẽt. de depo. l. si quis C. depo. l. nec. C. de ac. pos.

L. I. SI INCVRSRV.

AD TIT. XXXIIII. LIB. IIII. C. DEPOSITI.

L. I. Si incursu.

Si incursu latronum[a], uel alio for-

a SI INCVRSV latronum.) Primus iste uersiculus, thema illud
1 habet, † Res deposita à latronib. surrepta, deponentis periculo perit[u]. Idem Imper.[x] in debitore, cuius pignus latrones à creditore surripuerunt, Paulus[y], in mandatario & locatore horreorum, Vlp.[z] in commodatario & socio, Marcia.[a] in hærede, & Pap.[b] in eo qui mulas empturus, experiundas & explorandas acceperit, & à latronibus surreptæ sint, rescripserũt. Cæterùm latrones dicuntur, qui uiolenter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis, domi aut in itineribus, aut in mare[c]. Quibus nimirùm piratas, aut prædones connumerabimus. Hinc est, quòd cùm impetus prædonum[d], uel piratarum insidiæ, à nemine præstentur[e]: si ab ipsis res deposita surrepta sit, domi-
2 no, non depositario perit[f]. † Idem si res deposita furto surrepta sit, cùm furtum inter casus fortuitos connumeretur[g]. Fures autem dicuntur, qui occultè et sine armis, rem alienã, inuito domino surripiunt[h]. Videamus tamen ne res deposita furto surrepta, periculo depositarij pereat[i]. R. Omnino dicendum est, Vlp.[k] respons. procedere, quando res deposita æstimatur. Tunc si à furibus surrepta sit, uel alio casu fortuito perierit, periculum depositarij est[l]. Cùm periculum rei æstimatæ in eum transeat, qui eam accipit[m]. Præterea in re locata, cùm dominus eã tantùm uim præstare teneatur, cui resisti non possit[n]. ea quæ à furibus surrepta sunt, non præstabit, cùm conductor exactissimam curã & custodiã debeat[o].

Quod

u. l. j. §. sepe. ff. depos.
x. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. l. sicut. C. de pig. & hypoth.
y. l. inter. §. nõ omnia. ff. mãda. l. dominus ff. loca.
z. l. si ut. §. quod uerò. l. ad eos. ff. cõmo. l. cũ duobus. §. dãna cũ §. quidem. ff. pro socio.
a. l. in ratione. ff. ad le. fal.
b. l. apud. §. itẽ. ff. de præscr. uerb.
c. §. pe. auth. ut nul. iud.
d. l. cõtractus. in fi. ff. de re. iur.
e. l. in rebus. ff. commo.
f. arg. d. l. in ratione.
g. d. l. in ratione. Rom. consil. 425.
h. §. pe. auth. ut nul. iudic. l. j. ff. de furtis. §. furtũ. Insti. de oblig. quæ ex. deli.
i. l. cũ duobus. §. quòd si. ff. pro soc. l. dominus. loca. l. j. §. si. cũ uers. si. eo. & l. iij. uers. in factũ. ff. nau. caup.
k. d. §. j. quòd si.
l. l. si ut. §. & si forte. ff. cõmodat.
m. l. plerũq. ff. de in. dot. l. j. §. eũq. C. de rei uxo. act.
n. l. ex cõducto. §. si uis. ff. locat.
o. d. l. dominus.

Quod uerò de nauta, caupone, uel
stabulario diximus [p], qui depositarij
instar habent, ita demũ ex furto com
misso tenentur, si rem saluam fore re
ceperint [q]. Atq; ita cùm periculum
in sesuscepis
se uideatur,
in factum a=
ctiõe, ex fur
to commis=
so, quemad=
modũ & a=
tuito [b] casu, orna
menta deposita, a-
pud interfectũ pe
rierint: detrimentũ
lius depositarius tenebũtur [r]. Sed ta=
men non idem sunt, cùm deposita=
rius de ui maiore non teneatur, nau=
tæ & cæteri teneantur [s].
3 b ALIO casu fortuito [t].) † Casus for
tuiti sunt, qui per custodiam, curam,
uel diligentiam mentis humanæ prę
uideri & euitari non possunt [u]. Qui=
bus culpa opponitur. Vt si quis cùm
ramos arboris, quæ erat propè uiam
publicam, aut uicinalem amputaret,
damnum alteri intulerit [x]. Aut si de-
positarius sorte & alea, rem depositã
amiserit, & ipse & dominus repetere
poterunt [y]. Porrò ut casus fortuiti fa
cilius intelligantur, sequentem tabu
lam accommodatè subijciemus,

- Casus fortuiti
  - 1 Factò hominis
    - 1 Iniuria.
    - 2 Furtum & latrocinium.
    - 3 Hostium incursus.
    - 4 Tumultus.
    - 5 Quod à principis nutu pendet.
    - 6 Decretum curiæ.
    - 7 Incendium.
    - 8 Ruina.
    - 9 Publicatio.
    - 10 Debitorum facta peiora nomina.
    - 11 Fuga seruorum.
  - 2 Naturales.
    - 1 Tempestas.
    - 2 Naufragium.
    - 3 Vis fluminis.
    - 4 Graculorum.
    - 5 Sturnorum.
    - 6. Senectus.
    - 7 Morbus.
    - 8 Mors.
    - 9 Vredo.
    - 10 Solis feruor non assuetus.
    - 11 Terræmotus.
    - 12 Niues.

p. ex d. §. fi. in l. iij. uers. in fa ctum.
q. l. j. in prin. ff. nau. caup.
r. l. & aristoni. ff. mand.
s. l. iij. §. idem. ff. naut. caup.
t. no. Bar. l. 78. § fi. ff. de con trah. emp.
u. l. ij. ff. quod metus cau. l. quæ fortuitis. & ibi Bal. nu. 2. C. de pign. act. l. contra- ctus. de reg. iur.
x. §. si putator. Instit. de lege aquil.
y. l. j. uer. quod puto. l. fin. in fin. ff. de alea lusu.
a. not. Bar. l. 67. cũ add. ff. sol. mat.
b. Bald. l. quæ fortuitis. nu. 3 C. commod.
c. ĩ. hac lege. nu. 1. & seq.
d. l. in ratione. ff. ad le. fal.
e. l. in rebus. ff. commod.
f. §. is quoque. Insti. quib. mo. re con. obl.

CASVS FORTVITI FA-
ctò hominis [a].

Propositi sunt undecim casus for=
tuiti, qui hominis facto contingere
dicuntur. Iniuria [b], furtum & latroci
4 nium [c]. Itẽ hostiũ incursus [d]. † Hinc
est, quòd si res commodata, ab hosti
bus surrepta sit, commodatarius nõ
teneatur [e], cùm casus fortuiti pericu
5 lum sit domini [f]. † Sic de locatore di-
cendum est, qui omnem uim, cui resi
sti non potest, ut hostium incursum,
colono præstare debet [g]. Ita tamen, si
domino hostes aduenientes denun=
ciauerit [h]. Paul. [i] contrà, probat enim
indistinctè locatorem non teneri.
Quod speciale est, si à furibus res à
cõductore surreptæ fuerint, quia cu
stodiam ac diligentiam præstare de=
bet [k]. Minus quoq; locator tenetur, si
exercitus per lasciuiam aliquid ab=
stulerit, damnum conductoris erit [l].
Secus uerò si tanta fuerit uis, ut ei re
sisti non possit, tunc locatoris pericu
lum erit [m]. Quia custodiam aduer=
sus uim parùm confert [n], & in loca=
to, culpa præstatur [o]. Quartò, casus
fortuitus facto hominis est tumul=
tus [p]. Itẽ quod à principis nutu pen
det [q]. Decretum curiæ [r], Incendium:
6 † Vt si uestimenta quæ mihi uenditu
r[o] eras, te rogauero, ut apud me relin
queres, ut ea peritioribus ostenderẽ,
& incẽdio perierint, hunc fortuitum
casum non præstabo [s]. Sic de socijs [t],
de commodatario [u], de colono [x], uel
legatario [y] dicemus. A'nemine deni
que non domino, casus incendij prę
standus est [z]. A' seruis tamen rei noti
tia, quæstionib. extorqueri potest [a].
Videtur tamen omnes qui sunt eius=
dem domus teneri [b]. Quod uerum
est, quando culpa alicuius cohabi=
tantis, aliquid committitur, quæ ca
sui fortuito opponitur [c]. Octauò, rui
na, inter casus fortuitos facto homi=
nis connumeratur [d]. Item publica=
tio [e], debitorum facta peiora nomi=
na [f], postremò, fuga seruorum [g].

CASVS FORTVITI
naturales [h].

Tempestas, naturalis fortuitus ca
7 sus est [i]. Hinc † est, quòd cùm casus
fortuiti, à nemine præstandi sint [k]: si
damni infecti, ædium mearum no=
mine tibi promisero, deinde ui tem=

pestatis

g. l. ex cõducto. §. si uis. ff. lo- cati.
h. l. itẽ quæri- tur. §. exerci- tu. ff. loc.
i. l. dominus. co.
k. d. l. dominus.
l. d. l. ex condu cto. §. idẽq;.
m. d. §. si uis.
n. l. si ea res ff. de act. emp.
o. l. iij. §. mira- tur. ff. nau. ca.
p. l. cõtractus. in fi. de re. iu.
q. l. lucius T. ff. de euict.
r. d. l. in ratiõe.
s. l. si rem. §. pe. ff. de prescri.
u. rb. Bar. l. j. cũ addit. ff. de of. præf. urb.
t. l. cũ duob. §. dãna. ff. pro socio.
u. l. in rebus. ff. commod.
x. l. sed ex. l. ex cõducto. §. fi. ff. loc.
y. d. l. in ratiõe.
z. d. l. contra- ctus.
a. l. dominus. ff. loca.
b. l. si uerò §. quòd si. ff. de ijs qui deiec. uel effud.
c. §. itẽ si puta- tor. ff. ad leg. Aquil.
d. d. l. in ratiõe.
e. l. si fundus. ff. loca.
f. d. l. in ratiõe.
g. l. in rebus. ff. cõmod. d. l. cõ- tractus.
h. not. Bar l. flu minũ. §. hæc stipulatio. nu. 1. ff. de dam. infe.
i. l. j. ff. de di- uer. præsc.
k. d. l. contra- ctus.

pestatis corruerint, & damnum tibi intulerint, nihil ex ea stipulatione præstandum est[l]. Non enim aduersus conuentionẽ uenisse iudicatur, si ui tempestatis secus contigerit, q̃ promissum
8 est[m]. † Sic & colonus domino, propter uim tempestatis, nihil præstare cogitur[n]. Præterea naufragium, naturalis casus fortuitus est[o].
9 Hinc† est, quòd cùm procurator, casum improuisum præstare nõ teneatur[p], nec damnũ pati debeat[q], si res naufragio amiserit, non tenebitur[r]: nisi periculum in se susceperit[s], uel in utilitatem eius qui mandatum suscepit, factũ sit[t]. †
10 Commodatarius quoq; cùm uim maiorem cui resisti non potest, pręstare nõ teneatur[u]: si naufragio res commodata perierit, non tenebitur[x]. Nisi in se periculũ susceperit[y], uel si res commodata, æstimata sit[z], uel in culpa fuerit, puta, si in mora sit[a], uel peregrè secũ ferre maluerit, quod domi sibi commodatũ erat[b], uel cùm posset res commodatas saluas facere, suas prætulerit, in culpa est[c]. Tertiò, uis fluminis, naturalis casus fortuitus est[d]. Hinc
11 est † quòd conductor, uel colonus, domino nihil præstare tenetur, si ui fluminis res locata perierit, uel fructus consumpti sint[c]. Et mercedem solutam dominus colono restituere tenetur[d]. Nisi conductor periculum & custodiam in se susceperit[e], uel cõtra conuentionem fecerit[f], uel in culpa fuerit. Vt si nauis, uel reda locata, plus nimio mercib. onusta, submersa, uel compilata, uel effracta fuerit, locatoris incommodum est[g]. Vel si institores, desides ac negligentes pręfecerit[h]. Culpam enim eorum quos induxit, præstare tenebitur[i]. Idẽ in emphyteuta obseruandum est, qui si res emphyteuticaria perierit, liberatur à præstatione pẽsionis, & sibi succurritur actione præiudiciali[k], nisi p parte tantùm perierit[l]. Cùm tamen idem iuris sit de toto quò ad totum, quod de parte quò ad partem[m], hæc subdistinctio impugnabitur. Sed quemadmodum colonus non liberatur, si pro parte dumtaxat fructus consumpti sint[o], neq; etiã emphyteuta. Quartò naturalis casus fortuitus est, uis graculorum, sturnorum[o], item senectus[p], morbus[q], mors[r], uredo & solis feruor non assuetus[s], terræmotus[t], et niues[u].

ad hæredem[c] eius, qui depositum accepit, qui dolum[d] solùm & latam cul-

c AD HÆREDEM. †
12 Periculũ rei depositę, ad hæredẽ non ptinet[x]. Cũ in uniuersũ ius defũcti, cuius psonã sustinet[y], successor sit[z]. Meritò cùm depositarius non teneretur[a], neq; etiam ipse hęres. Sed nõ sufficit hæredem institutum fuisse, nisi hæreditatem simul adiuerit[b].
13 d DOLVM. † Depositarius uel sui hęredes, de dolo in re deposita cõmisso tenentur[c]. Quia ex contractu uenĩetes actiones, in hæredes dantur, licet dolus quoq; uersetur[d]. Dolus est omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circũueniendum, fraudandum, decipiendũ alterum, lucri gratia, scienter facta[e]. Quæ posteriora uerba, licet tacitè dolo, machinationi, circumuentioni, fraudi & deceptioni insint, non ideò tamen superuacua iudicanda sunt. Alioqui uerò cum natura furti sit, ut fiat inuito domino, iudicabimus definitionẽ furti superfluã, cùm hęc uerba, inuito domino, definitioni insint. Atq; ita de compluribus alĳs dicendum esset. Cæterùm ideò adieci, Sciẽter facta, Nam hæres qui rem depositã, ignorans depositum uendidit, dolo non facit[f]. Sed tum demum, quando sciens depositum, nõ reddidit[g], uel infitiatur. Tunc ex dolo suo in re deposita commisso, solus insolidum[h], nõ cohæredes, qui dolo carent, cõueniũtur[i]. Et in duplum, ob dolum, insolidum cõdemnandus est[k], si quidem necessarium fuerit depositum[l], & sciuerit fuisse depositum[m]. Quòd si ex dolo depositarĳ, hęredes cõueniantur, et necessarium fuerit depositum: in simplum dumtaxat hæredes conueniendi sunt[n]. Pomp.[o] & Vlp.[p] cõtrà, probãt enim hæredes ob dolum malum defuncti insolidum conueniendos esse. A quorum sententia non discedo, sed certis limitibus eam circumscribo. Ipsorum enim responsa interpretanda sunt, ut hæredes insolidum,

l l. fluminũ. §. idẽ ait. ff. de dam. inf.
m. l. cæsar. cũ l. seq. l. si propter. ff. de publica.
n. l. ex cõducto. §. j. ff. loca.
o. l. iij. §. nisi. ff. nau caup. d. l. in rationib. §. item si. m. fii. qua. mo. re cõtrah. ob.
p. l. à procuratore. C. mãd.
q. l. ex mandato. ff. mand.
r. l. inter. §. nõ omnia. eo.
s. l. & Aristoni. eo.
t. l. rogasti. ff. si cer. pet.
u. l. ad eos. ff. cõmod. l. j. C. eo. d. §. itẽ is.
x. l. in rebus. ff. commod.
y. l. j. C. cõmo. l. si ut. §. sed an. ff. eo.
z. d. l. si ut. §. & si.
a. l. quod te. ff. si cer. pet.
b. d. §. item.
c. d. l. si ut. §. proinde.
d. l. fluminum. §. sed & ff. de dam. inf.
e d. l. ex conducto. §. j ff. loc.
d. l. si fundus. eo.
e. l. cum in plures. § j. loca.
f. l. uideamus. §. j loca.
g. l. pen. §. j. ff. loca.
h. l. si seruus §. si quis insulã. ff. ad le. aquil.
i. l. uideamus. ff loca.
k. Ias. l. j. nu. 80 C. de iu. emp.
l. Ias. d. l. j nu. 44 64. 76.
m. l. quæ de to.

ff. de rei uen.
n. l. ex cõducto §. j. ff. loca.
o. d. § j.
p. d. l. si ut. §. quod uerò. ff. commod.
q. d. l. inter. §. nõ omnia. ff. mandat. d. §. quod uerò.
r. l. si plures. §. fi. ff. depos. l. in ratione. ad leg. fal.
s. d. §. j.
t. d. §. j. & l. maritus eod.
u. l. fistulas. §. fi. ff. de cõ. emp.
x l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. si fine. ff depos.
y. l. hæreditas enim. ff. de ac qui. re. do.
z. l. j §. si hæres ff. ad treb.
a. l. j §. si uestimẽta. ff. depo.
b. §. seruus autẽ alienus uers. nõ solũ Inst. de hæ. inst. §. substituitur. de pup. subst.
c. l. j. §. si apud. ff. depos. l. si is qui. C. eod.
d. l. ex cõtractibus ff. de act. & ob.
e. l. j. §. dolũ ff. de dolo. l. eũ risgent. §. sed si fraudandi. ff. de pecu.
f. l. j. §. fi. ff. depos.
g. d. §. fin.
h. l. in depositi. in fi. ff. depo.
i. l. nec. eo.
k. §. sed furti. Instit. de act.
l. l. j. §. j. ff. dep.
m. d. l. j. §. fin.
n. d. §. j.
o. l. ex deposito. ff de ac. et ob.
p. l. si hominẽ. §. j. ff. depos.

lidum, usque in simplum teneantur[q]. Nam clausula generalis, ad specificata non refertur[r]. Addo etiam quòd non singuli in simplum insolidū conueniendi sunt, sed quilibet pro portione hæreditaria[s]. Atque ita Nerat[t]. respōs.

pam[e] (Si[f] nō aliud specialiter conuenit) præstare debuit, non pertinet.

perplexum interpretandū est. Quod tumultus (inquit) incēdij, ruinę, naufragij causa depositum est, actio et pro hereditaria portione, et in simplum, & intra annum quoque[u]. In ipsum[x], & insolidum, & in duplum, & in perpetuum[y] datur. Videamus tamē ne omnino hęres non teneatur, ex dolo defuncti, in contractu commisso[z]. R. Omissa inani solutiōe Accur.[a] existimantis ibidem[b], dolū dedisse causam contractui. Ego uerò sic subdistinguo, Aut enim is qui dolum cōmisit, ante litem contestatam decessit, & tunc eius hæredes (nisi quatenus locupletiores effecti sunt[c]) nō tenetur. Aut post litem contestatam, & tunc hæredes, tametsi ad eos nihil peruenerit, ex dolo defuncti tenebūtur[d]. Paulus Castren.[e] hanc nostram subdistinctionem subuertit, motus Pap. respons.[f] Sed hoc non dicit lex. Excipio tamen ipse, suspecti tutoris cognitionem, quæ etiam post litem contestatam, mortuo suspecto tutore extinguitur[g], nisi dolum commiserit[h].

14 e LATAM culpā.) † Depositarius, uel sui hæredes, de dolo, & lata culpa, quæ etiam nullo præcedente lucro cōmittitur, tenētur. Vlp.[i] Pomp.[k] contra, probant enim depositariū, de dolo malo dumtaxat conueniendum esse. Cuius rei rationem reddit Vlp.[l] quòd nulla utilitas eius uersetur, apud quem deponitur. R. † Quę-

15 dam est leuis culpa, quam Bal.[m] definit, quando quis ea non præuidet, uel non præstat, quæ à diligente pręuideri, præstari'ue poterāt. Monetur Paul. respons.[n] Qui totū contrarium probat. Ait enim culpam esse, quod à diligente præuideri potuit, qua quilibet tenetur[o]. Sed de leui culpa, nemo præter tutorem, uel procuratorē tenetur[p]. Hæres uerò tutoris, non tenetur, nisi post litem contestatam tutor decesserit[q]. Nō igitur ea leuis culpa est, quam Bal. existimat: qui nimirum malè Pauli respons. & alia ibidē, intellexit, quæ pessimè interpretatus est. Satius igitur est, ut dicamus, leuem culpam esse, cùm quis eā nō adhibet diligentiam, quam omnium diligentissimè adhibiturus fuisset. Vt si propter suam segnitiem & negligentiā, in re deposita perferenda, depositum in itinere perierit[r]. Alia est lata culpa, in qua neque segnem, neque exactā diligentiam attendimus. Nam si sua negligentia rem depositam amiserit, non tenetur[s]. Ita tamen ut tantam diligentiam adhibuerit, quātam solet in rebus suis. Quòd si minorem diligentiam adhibuerit, tunc illa negligentia, dolo proxima est[t], cùm circūueniendi & fallendi animum habeat, quòd in re alterius, minorē quàm in suis diligentiam adhibeat, de qua hîc Imper. loquitur. Hac enim lata culpa tenetur depositarius[u]. Atque ita Imper.[x] & Pauli[y] respons. interpretandum est. Cùm probent depositarium non teneri, tametsi negligenter rem depositā amiserit. Cæterùm de latiore culpa non tenebitur. Vt si qs ad eum modum, quem diligens paterfa. in rebus suis adhibere solet, rē alterius, cuius curam suscepit, nō adhibeat, & diligens non fuerit[z]. Hæc latior culpa est, quæ latę culpæ finis, à Paulo appellatur[a]. Qua negotiarū gestor tenebitur[b]. Videtur tamen inter latam et latiorem culpam, nullam differentiam esse[c]. R. Sed cùm comparatiuum, excedat gradu positiuum, effectu quoque amplius aliquid præstare debet, bono enim aliud melius est[d]. Meritò diligenter spectandum est, unde positiuum exordiamur. Et iure Codicis ad leuem culpā positiuum aggredimur[e]. Hinc comparatiuum erit, lata, superlatiuum latior. Iure Pandectarum, lata positiuū est, latior & latissima, comparatiuum & superlatiuum. Eoque nomine nomine Accur.[f] Latiorē, Latam interpretatur.

f SI NON aliud specialiter conuenit.) Exceptionē hic proponit, quando de-

q. d. §. 1. l. 1. dep. r. l. in cōuentionalib. §. 1. l. doli clausula. de uer. obl. s. d. l. ad ea. & d. l. in deposititi. in prin. l. 1. C. si cer. pe. t. l. quod tumultus. ff. depos. u. quādo ex defuncti facto agitur. x. quando ex suo dolo. l. fi. ff. de eden. y. ut si quid ad eū peruenit. l. illud. § fi. ff. de tribut. z. l. 3. §. fi. ff. si mens. fal. mo. dix. § aliquādo. Institu. de de per. et tēp. a. glo. 1. l. ex depositi. ff. de act. & obli. glo. §. j. l. si bo nnc. ff. dep. b. d. §. aliqū. c. l. 1. uer. alioqui. C. ex del. defun. et d. §. aliquādo. l. 1. §. fi. ff. de tri. ac l. quęsitū. §. fi. ff. de precar. d. l. omnes pœnales. l. sciendum. ff. de ac. & ob l. pœnales. ff. ad le. fal. e. l. ex ea parte. §. fin. ff. de uer. ob. f. d. §. fi. dixi in l. 1. num. 3. C. ex deli. defun. g. l. 2. C. de her. tuto. § si quis aūt. Inst. de sus. & e. tut. h. l. ex cōtractibus. ff. de act. & ob. i. l. contractus. de reg. iur. l. & ita. §. mira

tur. ff. nautæ caup. k. l. qui furtum. ff. de con. fur. l. l. si ut. §. finaūt. ff. cōmo. m. l. quæ fortuitis. num. 12. C. de pig. act. n. l. si putator. ff. ad le. aqul. o. d. l. si putator. p. l. labeo. §. de neg. ge. l. quęquid. C. circa tutel. l. ita. §. gessisse. ff. de adm. tuto. l. à procuratore. ff. mand. q. l. 2. C de hær. tut. r. arg. l. contimuus. §. ita de uer. ob. s. l. 1. §. is quoque. ff. de act. & obl §. præterea. Inst. quib. mo. re contr. ob. t. l. quod Nerua. ff. depo. u. l. 1. §. fi. ff. depos. x. d. §. præterea. y. d. §. is quoque. z. l. lata. de uer. signi. l. si putator. ff. ad le. aqu. a. l. lata. de uerbo. sig l. si putatur. ff. ad legem Aqul. b. l. si pupilli. §. uideamus. ff. de neg. gest. c. l. quod nerua cū glo. latiorem. ff. depo. d. l. ubi aūt non apparet. ff. de uer. ob. e. d. l. tutori. §. de neg. gest. l. quicquid. j. arbit. tut. f. d. l. quod nerua.

do depositarius de casu fortuito non teneatur. Qua de re suprà pluribus[h].

16 g PRÆTEXTV latrocinij.) † Insimulatus casus fortuitus, depositariũ, uel suos hæredes non liberat[i]. Meritò manifestis & liquidis ꝓbationibus constare debet[k]. Quòd si liquidò constare neque at[l], argumẽtis tamẽ manifestissimũ fieri poterit. Vt si anteà diligens & bonus habitus sit[m].

Quòd si prętextu[g] latrocinij commissi, uel alterius fortuiti casus, res quæ in potestate hæredis sunt, uel quas dolo[h] desiit possidere, non restituũtur: tam depositi[i], quàm ad exhibendum actio, sed etiã in rem uendicatio competit.

17 h DOLO. † Actio depositi, utpote realis non tantùm aduersus depositariũ, hæredes'ue suos, alios'ue quoscunque rem depositam possidentem competit[n]. Verùm etiam aduersus eum, qui dolo & culpa desiit possidere[o].

18 i TAM depositi. † Elicimus hîc tres actiones, quæ pro deposito competunt. Alias complures suprà connumerauimus[p].

L. II. VSVRÆ.

1 *Depositarius quando teneatur ad usuras.*
2 *Fructus quando tacitè deberi incipiant.*
3 *Vsuræ quatenus debeantur.*
Vsuræ & fructus differunt. eo.

L. II. Vsuræ.

VSVRÆ in depositi actione, sicut in cæteris bonæ fidei iudicijs, ex mora[k] uenire solẽt.

1 k MORA. † Depositarius regulariter ad usuras non tenetur[q], nisi ex certis causis, ut post moram, ut in cæteris bonæfidei iudicijs[r]. Vel fauore fisci[s], nisi ex mora sibi debeatur[t]. Intelligimus in mora esse, post litẽ contestatam[a]. Atque ita multò magis ex pacto nudo debentur[b]. Tametsi in stricti iuris iudicijs secus sit[c]. Videamus tamen, ne post moram, omnino usuræ non debeantur[d]. Sed speciale est, si pater in mora fuerit. Quod pręcepto Domini conuenit, Proximioribus ad usuram dare uetans[e]. Insto secundò, quòd usuræ à nemine post moram præstandę sint[f]. R. Hoc procedit in stricti iuris iudicijs, ut in stipulationibus[g], uel cõdictione indebiti[h]. Insto iij. In stricti iuris iudicijs, usuras tacitè, à tempore litis contestatæ deberi[i]. R. † Hoc in fuctibus 2 speciale est, quorum æstimationem ab eo tempore spectamus, quo dies obligationis uenit[k]. Vel si dies appositus nõ sit, à tempore litis contestatæ[l]. Vsura autem in fructu nõ est[m], tametsi uicem fructuum obtineat[n]. Meritò licet in bonæfidei iudicijs, puta, in deposito, & fructus[o], & usuræ statim post moram tacitè ueniant[p]. Tamen in stricti iuris iudicijs, secus est, in quibus usuræ non ueniunt, nisi promissæ sint[q]. Cæterùm si semel promissę fuerint, earũ stipulatio, postquàm dies obligationis uenerit, committitur[r], tametsi debitor non conueniatur[s]. Idẽ in pœnali stipulatione obseruandum est, quæ statim post moram, tametsi debitor interpellatus non fuerit, non committitur[b]. Insto iiij. Vsuras neque in bonæfidei, neque in stricti iuris iudicijs aliquo modo præstandas esse. Cùm enim quod contra legem est, nullũ sit[c]. Et Dominus prohibeat pecuniã ad usuram dare, uel amplius accipere[d] quàm dederimus. Meritò usuræ neque pręstandæ, neque petendæ sunt. Sed Eccles.[e] admonet, ne fortiorib. nobis fœneremus, sed proximo in tempore necessitatis[f]. R. Cùm subuenimus proximo indigenti, fœneramus, quia nobis Deus Op. Max. splendidissimè retribuet[g]. Atque ita non uidetur esse liberalitas in proximum, sed fœneratio apud Deum, necessitate prementibus, opitulari. Qui uerò hodie fratri suo fœneratur, cras expetit, & odibilis est homo huiusmodi[h]. 3 † Cęterùm cùm humanis constitutionibus usuræ permissæ sint, eas quantò arctius fieri poterit, interpretabimur, ut legitimum modum non excedant[i]. Bonæfidei

h. Huius capitis initio, numero 4.
i. l. si nulla. C. de pig. act.
k. l. sciant. 5. de prob. l. si creditor. de pig. act.
l. no. Bar. l. 30. §. 2. num. 1. ff. loca.
m. l. non omnis. § à barbaris. ff. de re mil.
n. l. actionũ. §. in rem. ff. de act. & obl. l. in causa. §. intendum ff. de min xxv an.
o. l. fin autẽ §. sed. l. qui petitorio. de rei uen. l. si bona fide. de nox. act. l. 1. quorũ bon.
p. In figura actionũ depositi.
q. l. quãuis. in fi ff. de pign. act.
r. l. in bonæ fi. ĩ. de usuris. l. qui initio. § 1 de pact inter emp. l cura- bit l. fruct. ss. de act. emp. l. dici. § 2. ff. dep l. si mauẽ. de pig. act.
s. l. cùm quidã. §. si secus ff. de usur.
t. l. 1. de fisca. usur. lib. x. C.
a. l. mora. in pr. l. lite. ff. de usur.
b. l. pupilla. § 1 l. quintus. ff. depo. l frumẽti. ĩ. de usur. arg. l. 2. § eodem. ĩ. de rei uxo. act.
c. l. 2. ĩ. de usur.
d. l. mora. §. 1. de usur.

e. l. ue. cap. 6. §. l. 1. ĩ. de con. inde.
g. l. quicquid. de uer. obl.
h. d. l. j.
i. d. l. si filiusf. sub cond. § j. & ibi Bart. ff. de uer. ob. l. hominẽ. uer sicu. aliter. ff. mand.
k. d. l. hominẽ. uersic. nisi. l. quoties in diẽ ff. de uer. ob.
l. d. l. hominẽ. uer. nã. l. fundum ff de nouat. l. uideamus. § si act. ff. de usur.
m. l. usura ff de uer. sign. l. uideamus. de usur.
n. l. usuræ. ff. de usur. l. 1. C. de his qui. ut in d g.
o. l. 1. § bonæ actionem. ff. depos.
p. l. in bonæfidei. ĩ. de usur. & hic.
q. l. si ita quis promis. ff. de uer. ob.
r. d. l si ita.
a. l. pecuniæ. §. 1. ff. de usur.
b. l traiectitiæ. ff. de act. & ob.
c. l. non dubiũ. C. de legi.
d. Leuit. 25.
e. cap 8.
f. idem cap. 19.
g. Prouer. c. 19.
h. Eccles. 20.
i. l. 1. l. præuenire. ff. de usur.

næfidei enim iudicio aduersatur, eas usuras desiderare, quę contra bonos mores sunt[h]. Quatenus autem usuræ iudicio bonæfidei ueniant, uidendum est. Illustribus trientem, usurarum nomine stipulari permittit[l]. Idem Reip. concessum est[m]. Sic si uxor, cui ante nuptias donatio à marito facta est, ad secunda uota conuolauerit: ususfructus dumtaxat rei donatæ uxori, proprietas uerò filijs acquiritur. Apud quos, si interim res donata permanserit, tertiam partem centesimæ quotannis præstare tenebuntur[n]. Centesima usura dicitur illa, quę in fine anni adæquat sortem[o]. Idem si dos marito præstita non sit, tertiam partem centesimæ petere poterit[p]. Sic maritus soluto matrimonio, si in mora fuerit restituendi dotem, tertiam partem centesimæ, usurarum nomine pręstare compellitur[q]. Sic hæres cùm legata præstitisset, eidem controuersia hæreditatis moueatur: legatarius res legatas cum quarta parte centesimæ restituere cogitur[r]. Sic cū res ecclesiastica creditori in pignus datur, fructus eiusdem rei creditor computat sibi tam in sortem quàm in usuras, usque ad quartam cētesimæ[s]. Ista quarta pars, triens est[t]. Vt si decem, puta, debeantur: quatuor in annos singulos, usuræ trientes erunt. Aliæ sunt quincunces, aliæ uerò semunces usuræ, quarum Paul.[u] Scęuola[x], Vlp.[y] Afric.[z] meminerunt. Semisses usurę sunt, dimidium eorum quæ debentur. Vt si xx, puta, debeantur, decem in fine anni, semisses usuræ erunt[a], quas legitimas Imper.[b] ait, easdemq; stipulari cuilibet permittit[c]. Alia est usura centesima, quæ in traiectitijs contractib. permissa est[d]. Eadem cētesima à tutore præstatur, qui falsò asserit se non habere, unde pupillum alat[e]. Vel quando clam pecuniā pupillarem in suos usus cōuertit[f]. Vel

h. l. generaliter ff. de usur.
l. l. eot. § super. i. de usur.
m. l. si hæres. §. fi. ff. ad le. fal.
n. l. hac. § uel. j. de sec. nup.
o. glo. centesimæ. auth. hoc ius porrectū. C. de sac. san. eccle.
p. l. fi. §. prætereà C. de iure dot.
q. l. j. §. fin. aūt. C de rei uxo. act.
r. l. cum hæreditatis. C. de peti. her. l. cū quidam. in fi. ff. de usur.
s. d. auth. hoc ius. & §. hoc autē. auth. de alie. emph.
t. no. Bar. auth. hoc ius. nu. 6. C. de sac. ecc.
u. l. cū quidā. in prin. ff. de usur.
x. l. qui semisses. co. l. creditor. in fi. ff. de sol.
y. l. dominū ff. quod iussu.
z. l. qui negotia. in prin ff. mand. l. titius ff. de præscr. uerb.
a. l. j. cū glo. fi. j. de his quib. ut indign.
b. l. fi. de fisca. usur. lib. x. C.
c. l. dos. §. cæteros. C. de usu.
d. not. in auth. de usur. §. in traiectitijs.
e. l. tutor. §. idē solēt. ff. de admini. tut.

si post præceptū non deposuerit[s]. Sic condemnatus si post quadrimestre non soluerit, centesimas usuras præstare tenetur[h]. Sic si socius communi nomine domum refecerit, & intra quatuor mensium tempora, unà cum cētesimis usuris socius partem nō præstiterit, dominiū insolidum alteri acquiritur[i]. Cētesimam usuram dicimus, quando anno æquipollet sorti[k].

L. III. Si depositi.

Si depositi experieris, nō immeritò etiam usuras tibi restitui flagitabis, cùm tibi debeat gratulari, quòd furti[m] eum non facias obnoxium. Si quidē qui rem depositam, inuito domino sciens[n] prudensq; in usus suos cōuertit, etiam furti delicto succedit.

L. III. DEPOSITI.

1 *Depositarius qui scienter re deposita utitur, & furti, & ad usuras tenetur.*

1 l VSVRAS. † Depositarius qui pecunia deposita scienter in usus suos conuertit, ad usuras tenetur[k], tametsi uoluntatę domini ea utatur[l]. Cùm depositi natura eadem nummorum corpora reddenda sint[m]. Videtur tamen usuras non debere, tametsi pecunia deposita utatur[n]. Si ad præcedentia eiusdem legis referemus, obstaret quod non conuenit. Sed prout scriptū est, intelligimus, Si depositā (ait lex) habuerit, usuras non debet. Quòd si ut tantundē solueretur, conuenerit, legitimos depositi terminos egreditur, & tūc usurarum ratio habenda nō est, si ea utatur[o]. Nisi in mora fuerit[p], uel ab initio de usuris præstandis conuenerint[q].

m FVRTI. Qui re deposita utitur, etiam furti actione tenetur[r], et in duplum agitur[s].

n SCIENS. Depositarius qui re deposita utitur, non aliter furti actione tenetur, quàm si scienter re deposita utatur. Cùm tamē facti proprij ignorantiam nemo prætendere debeat[t]: inanis hæc Imper. limitatio uidetur. Sed eo casu defendi potest, dum depositarius existimat, id inuito domino non facere, eumq; si intelligeret, permissurum[u]. In hærede uerò probabilis est Imper. limitatio, qui non tenetur, si re deposita, quam ignorabat depositam, utatur[x].

f. glos. §. quæ sunt. d. l. tutor.
g. glo. d. §. quæ.
h. l. j. C. de usur. rei iud.
i. l. si ut propō nis. C. de ædi. priua.
k. glo. l. tertiā. l. dos. §. super C. de usur.
k. l. j. §. j. ff. de usur.
l. l. si sacculū in fi. ff depo.
m. l. lucius. j. l. si sacculū. depos.
n. l. quamuis. in fi. ff. de pign. act.
o. d. l. lucius. l. certi. § si cū l. seq. ff. si certum pet.
p. i. l prox.
q. d. l. lucius. in fi. l. in initio. j de pact. inter empt.
r. § placuit. insti. de ob quæ ex deli. nasc.
s. §. in duplum. inst. de act.
t. l. sed addes. §. j. ff loca.
u. § placuit instit. de oblig. quæ ex deli. nascun.
x. l. j ff. dep.

L.iiij.Si

menti obligatio, à natura seiuncta, quæ nullam producit actionē. Cui, adinstar habens eius, qui ad indebitum obligatus est, exceptione instrumenti non redditi[a]. Vel potius præscriptis uerbis, subuenitur[b]. Ad exhibendum prætereà, agere[c], uel etiam condicere poterit[d].

L. VI. IS PENES.

Sequester legitimā cōuentionē in re deposita factam, seruare tenetur[e].

¶ COMMENDASSE. Hoc est, deposuisse[f].

L. VII. DESIDERIVM.

* *Res inter aliquos acta, alteri prodest.*

* Qui† in instrumēto pecuniæ creditæ, pecuniam depositam cōfitetur, depositi tenebitur. Videtur nullam depositi actionem competere, quia res inter aliquos acta, alteri neque noceat, neque prosit[g], ne pupillo quidem[h]. Prætereà alteri stipulari nemo potest[i]. Tertiò, licet cōfessus pro iudicato habeatur[k], tamen si quis parte absente, & pro ea nemine recipiente, in iudicio confessus sit, sibi non præiudicat[l]. R. Imper. respons. procedit, in retētione possessionis, rem enim nostram, per quēlibet, qui nomine nostro possidet, nobis retinemus[m]. Contraria uerò locū habent, in acquisitione, nō enim per quemlibet nobis acquirimus[n]. Quæ subdistinctio licet uera sit, non tamen absolutè ad legem nostram responsum

dita non fuerint, tamen aduersus eū, à quo fundū cōduxeras, si omne quod ex hoc cōtractu debebatur, reddidisti, ipsis solutionibus tutus es.

L. VI. Is penes.

Is penes quem utrasque partes transactionis, uel alia instrumenta commēdasse[q] dicis: legem qua hæc suscepit, seruare necesse habet.

L. VII. Desiderium.

Desiderium tuum cum rationibus iuris non congruit. Nā si custodiam pecuniæ suscepisti, quam aliis te mutuo datā, in-

a. l. cum alter. in fi. C. de nō nu. pecu.
b. l. si apud. ff. de præscrip. uerb.
c. l. si. ī. ad exhib.
d. l. ij. ī. de con. ex leg.
e. l. j. ff de pact.
f. l. lucius. ff. depos.
g. in rub. res inter alios acta.
h. l. Titium. §. præfectus. ff. de adm. tut.
i. l. stipulatio ista. §. alteri. de uer. ob.
k. l. j. ff. de confess.
l. l. certum § si quis absente. ff. de confess.
m. l. j. §. retinendæ ff. uti pos. §. possidere. In. l. de interdict.
n. §. ex his. Inst. per quas per.

uidetur, cùm de acquisitione, uel retentione possessionis, nullū uerbū. Prçstat igitur ut potius colligamus, quòd cùm tria argumenta aduersus imperatoris respōsum proposita, uera sint: ita demum is qui pecuniam creditam, depositā fuisse asserit, depositi teneatur, si aliūde quàm ex instrumento crediti depositū probet. Quod etiā satis annuere uisus est Imp. Verus: Si pecuniā custodiēdam suscepisti. Nō enim respōdet, eū teneri depositi, quòd in contractu mutui, pecuniā creditā, apud se fuisse depositā asserit. Sed, si pecunia fuerit deposita. Aliunde igitur depositum probare conuenit.

strumentum, quo hāc tibi reddidi cō scriptum profiteris, arguit, solutionem eius cōpetentem improbè recusas.

L. VIII. Si is qui.

Si is qui pecuniā à te depositam accepit, eam suo nomine, uel cuiuslibet alterius mutuo dedit: tā ipsum de implenda suscepta fide, quàm eius successores teneri sibi certissimū est. Aduersus[r] eum autem qui accepit, nulla actio tibi cōpetit, nisi nummi extent, tunc enim contra possidētem, uti rei uendicatione potes.

L. VIII. SI IS QVI.

* *Depositi actio aduersus particularem successorem non competit.*

r ADVERSVS.† Depositi actio, aduersus particularē successorem, tametsi res deposita à depositario tradita fuerit, nō competit[o]. Nisi nummi extent[p], tunc à quocunque possidente uēdicabit[q]. Vel depositarius suas actiones domino, aduersus eum qui dolum in re deposita commisit, cesserit[r]. Vel uoluntate domini, depositarius apud alterum deposuerit, uel uendiderit[s]. Quid si ex pecunia deposita, res empta fuerit, an dominus eandem rem uendicare possit? Amplius quandoque deliberauimus[t].

o. l. si is ff. eod. dixi in. §. omnium. num. 8. Inst. de act.
p. ut hic.
q. l. l. j. in fi.
r. d. l. si is. in fi.
s. l. si ex me. ff. si cer. pet.
t. quæst. lib. ij. ca. xvj.

defendi posse uidetur, quòd quemadmodum locator tacitam hypothecam habet, in rebus illatis & inuectis in domū conductam [d], ita etiam depositarius. Sed si omnes actiões, quæ depositario competūt, spectemus: à sufficienti partium enumeratione dicemus, nullam tacitā hypothecam inesse, sed expensas duntaxat repetere posse [e]. Meritò Bal. cū Accurs. omnino in fraudem nos ducunt. Nam si ui retinuerimus expēsas factas, easdem amittemus [f]. Insto ij. inuito domino expensas, propria autoritate retinere posse [g]. Respon. hoc uerū est, si dominus alioqui fugitiuus esset [h]. Insto iij. depositariū retinere posse pro expensis rem depositam, tametsi fugitiuus dominus non sit [i]. Respon. ubi pignus consensu constitutum est, non potest, nisi dissensu dissolui [k]. Expensæ autem necessariæ in re pignorata factæ, utpote accessoriæ, petendæ & præstandæ sunt, neq; antè repeti pignus poterit. Insto iiij. Adeò necessariam esse retētionem, ut si equum restituerit, expēsas repetere nō possit [l]. R. Hoc uerum est, in ijs rebus, in quibus nullā petitionē habemus [m]. ut si pupillus cum tutoris autoritate emerit, deinde sine tutoris autoritate pactus sit, ut ab emptione discedatur, retinere nihilominus rem emptam poterit [n]. Quia cùm ex præcedente pacto, naturaliter obligatus sit, solutū repetere nō poterit [o]. Sed in deposito, competit pro expensis, contraria depositi actio, meritò retinere non poterit. Consultius igitur est depositario, rem depositam restituere, & posteà legitima actione experiri, ut etiam Imper. cōsilium hîc [p] est. Posteà, inquit, legitimæ actiones integræ ei reseruētur. Nisi dominus fugitiuus esset. Alioqui si propria autoritate retinuerit, ius quod sibi cōpetebat, amittet [q].

d. l. teril. C. locat.
e. l. si in Asia. §. j. & l. actione. ff. depos.
f. l. extat. ff. quod me. cau.
g. l. ait prætor. §. debitorem. ff. de ijs quæ in frau. cred.
h. d. l. ait.
i. l. si necessarias. ff. de pig. act.
k. l. nihil tā naturale. de re. iur.
l. si in area. in fi. ff. de cond. indeb. l. Paul. ff. de do. exc.
m. l. ex quibus. ff. de cō. inde.
n. l. si id quod. §. item. ff. de rescin. uen.
o. l. naturaliter §. fine. ff. de con. indeb.
p. j. §. sed & si.
q. d. l. extat.

CAP. XXXII.

DE STIPVLATIONIBVS.

HACTENVS de obligationibus, quæ consensu, uel re perficiuntur, superest de stipulationibus dicē-
1 dum.† Stipulationes igitur, & contractus esse [a], eosq; nominatos [b], & stricti iuris esse [c], pro confesso est.
2 Quæ † propter complures cōtrahentium conuentiones, quarum nulla alioqui obligatio subsistit, institutæ sunt [d]: Vt datio fideiussoris. Præterea licet usuræ ultra legitimam quantitatem peti non possint: tamen si per stipulationem petitæ sunt, debentur [e]. Sic ex placito, naturalis tantùm obligatio nascitur [f]. Tamen si stipulatio
3 interposita sit, actionem parit [g]. † Tertiò, cùm nō nisi solutione eius quod debetur, tollatur omnis obligatio [h]. Tamen id quod ex stipulatu debetur, per stipulationem (quæ Acceptilatio appellatur [i]) tollitur. [k] Quar-
4 tò, † cùm omnis res, per quascunq; causas nascitur, per easdem dissolui debeat [l]. Meritò cui pecunia credita est, uel ex alio contractu tenetur, nō nisi solutione eius quod debetur, tollitur obligatio. Tamen per Aquilianam stipulationem tollitur, qui hāc
" formā à plebe rogauit, Quicquid te
" mihi ex quacunq; causa dare facere
" oportet, oportebit'ue, præsens, in di-
" em'ue, quarumq; rerum mihi tecum
" actio, quæ'ue aduersus te petitio, uel
" aduersus te persecutio est, erit'ue,
" quod'ue tu mecum habes, tenes, pos-
" sides, quanti'ue earum rerum erit, tā-
" tam pecuniam dari stipulatus est Au-
" gerius, spopondit Numerius. Quod
" Numerius Nigidius A. Augerio promisit, spopondit'ue, id habes'ne acce-
" ptum, Numerius Nigidius A. Auge-

a. l. si donationis. C. de ijs quæ ui metus ue cau.
b. Bar. l. ij. nu. 11. C. de cōdi. ob cau.
c. l. quicquid. ff. de uer. obl.
d. d. l. blāditus. C. de fideiuss. nō. Nicol. de Neap. l. ij. ff. de fid. tut.
e. l. uij. C. de usur. not. Bar. l. xv. nu. 1. eo.
f. l. si pacto. C. de pact.
g. d. l. si pacto. l. si certis. eo.
h. l. Stichum. §. naturalis. ff. de sol.
i. l. j. ff. de accept.
k. l. j. ff. de sol.
l. l. nihil. de re. iur.

rium rogauit. A. Augerius Numerio
Nigidio acceptum fecit[m]. Atque ita
hæc Aquil. stipulatio, quæ realem et
uerbalem obligationem complecti
5 tur, utranq; dissoluit. † Quintò, ad
nouandum prius debitum in aliam
obligationem, stipulatio introducta
est, quæ stipulationis species, Noua-
tio (de qua alibi[n] pluribus) appella
tur. Fit autem nouatio, quando no-
minatim creditor priorem obligatio
nem remisit, & secundam magis eli-
git[o]. Puta, cùm decem tibi deberem,
delegaui tibi debitorẽ meum, quẽ si
acceptũ tuleris, & mihi nominatim
stipulanti te nihil à me petiturũ pro-
miseris: debitum nouatum est, neq; à
me amplius quicquam peti potest[p].
Et ita Pauli respons.[q] interpretati-
6 mur. † Nam quemadmodùm stipula
dicitur culmus cum spica collectus,
quem deinde rustici in fasciculũ col
ligunt[r]. Ita etiam per stipulam uerbo
rum, hoc est, per interrogationem &
responsionem colligitur mens inter
rogantis & respondentis: qua colle
cta, & in unum uelut fasciculũ uer-
borum ligata, necessitatem inducũt
præstandi ea, quæ quis sibi daturum
7 facturum'ue stipulatur[s]. † Hinc stipu
latio dicitur uerborum conceptio,
quibus is qui interrogatur, daturum
facturum'ue se id quod interrogatus
est, respondet[t]. Ex qua actio compe-
tit, si seriò inter contrahentes hoc a-
gatur. Nam si ioco, uel demonstran-
di intellectus causa, ego tibi dixero,
spondes? Tu respondeas, spondeo,
nulla obligatio nascitur[u].

m. l. & uno. §. j. ff. de accep.

n. lib. iiij. quæstio. cap. xj.

o. l. si C. de nouat.

p. l. j. C. de nouat.

q. l. obligamur. § placet. uer. nam ff. de ac. & ob.

r. l. si usufructuarius. ff. qui. mo. usufru. amit.

s. l. j. § uerbis. de act. & ob.

t. l. stipulationum alia. §. stipulatio ante. de uer. obl.

u. l. iij. in fi. ff. de act. & ob. l. Iul. § si quis colludente de act. emp.

8 Stipulatio
- 1 Vtilis,
  - 1 Ciuilis / 2 Prætoria, — quædam
    - 1 Expressa
      - 1 Præcedente interrogatione.
      - 2 Sequuta responsione.
      - 3 Stricti iuris.
    - 2 Tacita,
      - 1 Alternatiua electio.
      - 2 Tempus intra quod soluatur.
      - 3 Locus in quo solutio facienda sit.
- 2 Inutilis
  - 1 Contra naturam.
  - 2 Contra bonos mores.
  - 3 Turpis.
  - 4 Contra Iuris Ciuilis constitutiones.

Effectus est, ut inutiles alioqui cõtractus ualidet, ueluti
- 1 Dationem fideiussoris.
- 2 Vsuras illegitimas.
- 3 Plactum.
- 4 Obligationis solutionem, uel renouationem.

Colligimus ex præcedẽti tab. tria
substantialia inesse stipulationi ex-
pressæ: ut præcedat interrogatio, &
incõtinenti subsequatur responsio[x].
Itemq; ut non plus operetur, quàm à
contrahentibus nominatim expres-
sum sit, stricti enim iuris est[y]. † Nisi
9 cum bo. fid. actione coniuncta sit,
tunc sapit naturam actionis bo. fid.[z]
† Alia est stipulatio tacita[a], quæ ci-
10 tra uerborum solennitatem per fici-
tur, eaq; ipsa, dotis fauore introdu-
cta est, per quam mulier tacitè dotẽ
sibi restitui stipulata censetur, & quę
ritur ius hypothecę mulieri, super u-
niuersis bonis mariti, tametsi nomi-
natim expressum non fuerit[b]. Et sic
ista ficta & tacita stipulatio, uerborũ
solennitatem nõ postulat[c], & bo. fid.
est[d]. In quibus tria potissimũ insunt,
alternatiuę electio[e]: item tempus in-
tra quod, & locus in quo soluatur[f].
Quod quando procedat, apertius
post sequentẽ Tab. declarabimus.

Stipulationes
- 1 Puræ.
- 2 Ex die.
- 3 In diem.
- 4 Conditionales.

11 PVRÆ † stipulationes sunt, cùm
dies appositus non est. cui hoc maxi
mè inest, ut statim peti possit[g]. Velu
ti, Quinque aureos dare spondes?[h]
Neq; uitiatur obligatio, si dies, indi-
ctio, uel principis nomen omissum
sit[i]. ut si quis per epistolam, pignus
recepisse confiteatur, neque dies ap
positus sit, non eò minus pignoris
obligatio ualebit[k]. Cont. dies in sti-
pulatione omissus, totam stipulatio-
nem uitiat[l]. R. hoc uerum est, si cùm
id ageretur, ut certo die sisteres, per
errorem omissus sit, tunc imperfecta
erit stipulatio[m]. Obstat ij. nõ statim
deberi, sed ad iudicem remittendũ
esse[n]. R. si protinus propter locorũ
interualla, quod promissum est, prę-
stari nequeat arbitrio boni uiri com
mittitur, ut existimet quanto tempo
re di-

x. l. j. in prin. ff. de uer. ob.

y. l. quicquid. eo.

z. not. ix. add. quod licet. ad Bart. l. certi. ff. si cer pet. l. xv. nu 9. cũ add. & l. lecta. nu. 11. eo.

a. no. Bar. in repet. auth. hoc loco. C. si sec. nup. mul.

b. l. j. §. rei. C. de rei uxor. act. not. §. cumq;. eod.

c. Bart. d. §. rei. nu. 4.

d. l. j. §. sed &. C. de rei uxo. actio. & ibi Bar. nu. 9.

e. l. iij ubi Bar. nume. 1. de eo quod cert. lo. Bar. l. iij. nu. 1 & 2. de eo qu. cer. lo.

g. l. eum qui. §. quoties. de uer. ob.

h. §. omnis. Insti. de uer. ob.

i. l. cùm tabernã. ff. de pig.

k. l. cùm tabernam. §. idem quæsit. ff. de pig.

l. l. ita stipulatus. eo.

m. d. l. ita.

n. l. continuus. §. cùm ita. de uer. ob.

re diligens paterfa. id præstare possit [o]. Sicque pura stipulatio, naturalem dilationem capit. Veluti si quis fructus futuros, aut partum ancillæ stipulatus sit [p]. In ultimis quoque uoluntatibus, legatum purè relictum, non statim debetur. sed in tempus mortis testatoris conferendũ est [q]. Dies uerò hæreditatis purè relictæ, non à morte testatoris, sed ab adita hæredi
12 tate cedit [r]. † Aliæ sunt stipulationes, quæ uel ex die, uel in diem, quod idem est, fiunt [s]. utraque enim sic concipitur, Cal. Feb. x. dare spõdes? [s] Sicque quando adijcitur dies, quo aliquid soluatur, in diẽ, uel ex die stipulatio est [t]. Cuius effectus est, ut statim dari possit [u]. Totum enim medium tempus ad soluendũ, liberum promissori relinquit [x]. Creditor uerò nõ nisi post diem petere poterit [y]. Quia cùm fauorabiliores rei, quàm actores habeantur [z]: meritò tempus fauore promittentis appositum esse censetur [a]. Adeò ut si debitor cùm offerret pecuniam, creditor nolit accipere, prætor ei deneget actionẽ [b]. Nisi usuræ simul promissæ fuerint, tunc si debitor ante diem, detractis usuris soluere uelit, creditor recipere non cogitur [c]. Quia usuræ, creditoris, non debitoris fauore appositæ censentur [d]. Atque ita Paul: respons. [e] interpretabimur, ut usque ad diem illam, nõ uerò pro rata temporis, usu
13 ræ promissæ præstandæ sint. † Aliæ porrò sunt stipulationes cõditionales, quando in aliquem futurũ euentum cõferuntur [f]. Quæ nisi à contrahentibus expressa fuerit, non subintelligitur [g], nisi à lege expressa sit [h]. ut si legatum relictum sit, Si uoluerit: conditionale est [i]. Videtur tamen futurum euentũ non facere conditionem. Vt si reditus prædiorum anni futuri relictus sit, conditio nõ inest, adeò ut si legatarius antè decesserit, eos in suos hæredes transmittat [k]. R. Solus futurus euentus, cõditionem non facit, sed ita demum, si incertus sit. Veluti, Cùm hæres morietur [l]. Cùm ad certam ætatẽ peruenerit [m]. Sic si propter usum filiorum seruus manumitti prohibeatur: ipsis mortuis manumitti poterit [n]. Sic, Quod ex ancilla mea natũ erit, Fructus qui ex eo fundo percipientur, Fundum quem alij non legauero [o]. Sic si pecuniam annuam pro alimentis T. destinauero. eo mortuo legatum extinguitur [p]. Quòd si conditio certa fuerit, perinde est ac si stipulatio purè cõcepta esset [q]. Idem si primò purè, deinde sub cõditione stipulatio cõcepta sit [r]. Sic si in præteritum, uel in tẽpus præsens stipulatio cõferatur [s].

b. d. § cùm ita. p. l. interdũ eo. q. l. j. § in nouissimo. C. de cad. tol. l. à Titio. ff de furt. l. si post. l. si. quã. di leg. ced. r. l. cũ hæredes. l. qui uniuersas. §. quod per colonum. ff de ac pos. l. ij. quã. dies leg. ced. s. no. Bar. l. j. C. ut act. ab hæ. & cõ hære. l. j. quã. fis. uel prius. t. § omnis. inst. de uerb. ob. l. obligationũ ferè § j. ff. de act. & ob. t. d § omnis. u. l. cõtinuus. § cùm ita. uer. nã. de uer. ob. x. l. quod quis. ff de act. & obl. y. §. qui hoc an no. inst. de inuti. stip. z. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. a. l. cũ qui. §. j. de uer. ob. b. l. si debitor. ff de solut. c. l. qui Romæ. de uer. ob. d. l. lecta, uersi. igitur. ff. si cer. pet. e. l. obligationem. de act. & ob. f. l. si ita stipulat. fuero hãc summam. de uer. ob. g. l. si repetẽdi. C. de con. ob cau. h. l. cùm quid. ff. si cer. pet. i. l. sub hac. ff. de act. & ob.

k. l. firmio. ff. quã. di. le. ce. l. i. si cùm hæres. ff. quãdo dies leg. ced. m. i. si tuto eo. n. l. ij. C. qui nõ pos. ad lib. o. l. j. in fi. ff de con. & dem. p. d. l. firmio. in fine. q. l. si pup § j. ff de nouat. r. l. quibus idẽ T. ff. de con. & demon. s. §. conditiones. Institu. de uer. ob.

CAP. XXXIII.

DE DIFFERENTIA CIVILIS ET PRÆTORIÆ STIPVLATIONIS.

1 *Stipulatio ciuilis quæ sit.*
2 *Stipulationis ciuilis & prætoriæ differentiæ.*

1 CIVILEM † stipulationẽ Pomp. & Imp. conuentionalem appellant, quòd ex consensu utriusque partis proficiscatur, hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu Prætoris, sed ex contrahentium conuentione proficiscatur [a]. Conuentionis autem uerbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, transigendi'ue causa consentiunt, qui inter se agunt [b]. Differunt autem ciuiles à Prætoris, ut sequens Tab. indicabit.

a. l. stipulationum § conuentionales de uer. ob. § cõuẽtionales. institu. de diuis. stip. b. l. j. § j. ff. de pact.

2 DIFFERVNT † STIPVLATIONES,

CIVILES,	PRÆTORIÆ,
1 *Vtriusque partis consensu perficiuntur.*	1 *In inuitum perficiuntur.*
2 *Diuisionem admittunt.*	2 *Indiuiduæ sunt.*
3 *Alteri stipulari nemo potest.*	3 *Alteri stipulari permissum est.*
4 *Pœnalis tametsi nihil intersit, petitur.*	4 *Pœnalis si nihil interest, remittitur.*
5 *Alienum factum non stipulamur.*	5 *Factum alienum stipulamur.*
6 *Ambigua, contra stipulatorem interpretatur.*	6 *Ambigua, à Prætore explicatur.*

Inter stipulationẽ Ciuilem & Prætoriam, sex potissimum differentiæ, secundum Tab. nostræ ordinem, ex legis præscripto colligimus. Ciuiles nanque utriusque partis cõsensu & conuentione perficiuntur [c]: iudiciales in

c. l. sicut. C. de act. & obl.

inuitum fiunt[d]. Prætereà stipulationes Prætoriæ, indiuiduæ sunt[e]: Ciuiles natura sunt diuiduæ, nisi super facto indiuiduo apponantur[f]. Tertiò licet alteri stipulari nemo possit[g]: tamē in iudicio alteri stipulari permittitur[h]. Quartò ciuilis pœnalis stipulatio, tametsi nihil interest, peti potest[i]: pœnalis uerò iudicialis, si nihil interest, remittitur[k]. Quintò, per ciuilem stipulationem, inutiliter factū alienum stipulamur[l]: per Prætoriam stipulationem, utique. Vt si procurator citra mandatum, uel absente domino, litem suscipiat, ratam rem dominum habiturum promittere debet[m]. Postremò ambigui sermonis Prætoriæ, siue iudicialia stipulationis explicatio, à Prætore exquirenda est[n]: Ciuilis uerò stipulationis ambiguæ interpretatio, contra stipulantem fit[o].


d. l. j. in fi. ff. de præt. stip.
e. l fi. ff. de in iur uo. ut cāt.
f. l. 4. §. Cato. de uer. ob.
g. l. stipulatio ista. § alteri. de uer. ob.
h. inn. c. dudū. extrà de con. comu. Andr. c. quāquā. de usur. in vj.
i. l. stipulatio ista §. alteri. de uer. ob.
k. l. ij ff si quis in tui uo. non fecit. l. & fi. ff i quis cau. t. p. ff. rem ra hab.
l. l. 81 97 § j. uersi neq; de uer. ob.
m. l. si ad defendendū. ff. iud. sol. § si autē. inst de satis d.
n. l j. in fi. l. in prætorijs ff. de præt stip.
o. l stipulatio ista. §. in stipulationibus. de uer. ob.

CAP. XXXIIII.

DE DIVISIONE PRÆTORIARVM, IVDICIALIVM, CAVTIONALIVM, ET COMMVNIVM STIPVLATIONVM,

secundum Pomp.[a] Vlp.[b] & Imp.[c]

a. l. 5. de uerb. ob.
b. l. j. de præto. stip.
c. tit. inst. de diuis stip.



PRÆTORIÆ stipulationes sunt, quæ à mero Prætoris officio, extra iudicium interponuntur. Veluti, stipulatio de damno infecto, ut legatorū nomine caueatur, ex Ædilitio edicto[a], quo res uitiosa & morbosa uendita redhibetur[b]. Prętereà stipulatio super noui operis nunciatione, qua cauetur, ut opus restituatur[c]. Quæ stipulationes à prætore extra iudicium interponuntur. Aliæ sunt iudiciales, quæ à mero iudicis officio, ut id ratum sit, proponuntur. Veluti, Iudicatum solui, de persequendo seruo, qui in fuga est, restituēdo'ue precio[d]. Multò aliter Bar.[e] differentiam statuit, dicens iudiciales eas esse, quæ à Iurisconsultis Prętorias, quæ à Prætore. Verùm si singularum exempla perpendamus, Iurisconsultis et Bar. differentiam, omnes'que iudiciales, etiam ex Bar.[f] profitebimur.

a. l stipulationum aliæ. de uerb. obl. § j. Inst. de diuis. ob.
b. l. j. cū seq ff. de ædil. edi.
c. l. ij. ff. de præto stip.
d. l stipulationum d. §. j.
e. l. xv. nu. 2 3. ff de no. ope. nunciat.
f. l. 3. §. si causa. in prin. ff. de bo. pos.

bimur. Cùm enim quædam eſſent iudiciales, aliç decretales, quòd ex Prç toris decreto proficiſcerentur, tamē hodie iudiciales eſſe ait[g], quòd à iudice confirmētur. Puta, in eo qui bo. poſſ. edictalem habet, qui eam à iudice confirmari, petere debet[h]. Quare has ſtipulationes miſtas eſſe dicem[i].

1 † Prætoriæ ſiue iudiciales ſtipulationes:
- 1 *De damno infecto.*
- 2 *Ex noui operis nunciatione.*
- 3 *Iudicatum ſolui.*
- 4 *Rem pupilli ſaluam fore.*
- 5 *Duplæ.*
- 6 *Ex ædilitio edicto.*
- 7 *De rato.*
- 8 *Vt leg. nom. caueat.*
- 9 *Iudicio ſiſti.*
- 10 *Dolum malum abfuturum.*
- 11 *De perſequendo ſeruo, qui in fuga eſt, reſtituendo'ue precio.*

Quędam exigunt:
- 1 Repromiſſionem
  - 1 *De eo quod in publ. factum erit.*
  - 2 *Si quid in alienis ædibus fiat.*
  - 3 *Stipulation. duplæ.*
  - 4 *Quando proprio nomine cauendum eſt.*
- 2 Satiſdationem
  - 1 *Si quid in publico fiat.*
  - 2 *Vel in priuato factum erit.*
  - 3 *Quando pro alio cauendum eſt.*
  - 4 *Legatorum nomine.*
  - 5 *De dolo.*
  - 6 *Vt res pupilli ſalua ſit.*
  - 7 *Res rata habeatur.*
  - 8 *De damno infecto.*
  - 9 *Quando dilatio datur ad ſoluendum beneficio ſpeciali.*

Prætoriæ ſtipulationes, certā quātitatem cōtinent, iudiciales uerò incertam, quæ ex iudicis arbitrio pendet[i]. Quam tamen differentiam inanem eſſe, exemplis conſtat. Nam ſtipulatio de damno infecto, Prætoria eſt[h], & certā rem continet. Vt ſi quis intra diem cōſtitutum non cauerit, aduerſarius in poſſeſsionē eiuſdem rei mittendus eſt[l]. Et ſtipulatio ex noui operis nunciatione, iudicialis eſt[m]. Quę cùm incertam quantitatē contineat[n], iudicantis arbitrio committitur[o], Prætoriam tamen eſſe nō dubitamus[p]. Et ſtipulatio Iudicatū ſolui, Prætoria eſt[q]: eadem quoq; iudicialis eſſe cenſetur[r]. Quæ ſtipulatio, tria continet, De re iudicata, De re defendēda, De dolo malo[s]. quod non ſatis animaduertit Bat.[t] Stipulatio, Rem pupilli ſaluam fore, Prætoria eſt[u]. Eadem quoque iudicialis eſſe cenſetur[x]. Idem in ſtipulatione duplæ[y], ut in eo qui ante tempus, debitum petit, tempus duplicatur[z]. Sic in furto non manifeſto, damno iniuria illato, ex lege Aquilia[a], depoſiti[b]. Stipulatio ſuper Ædilitio edicto, quæ tam Prætoria, quàm iudicialis eſt[c]. Vt ſi res uitioſa & morboſa uendita redhibeatur[d]: ſtipulatio, Rem ratam haberi[e]. Hinc eſt, quòd cùm ſtipulatio, *ut legatorū nomine caueatur*, Prætoria ſit[f]: eandem quoq; iudicialē eſſe dicemus, cùm inter ipſas, nulla differentia ſit. Idem in ſtipulatione, *Iudicio ſiſtendi cauſa*[g], *Dolum malum abfuturū*, quæ cùm Iudicialis eſſe cenſeatur[h], nos etiam Prætoriam eſſe dicemus, per quam initio litis iuratur, nihil calūnioſe in toto iudicio acturum[i]. Et, *De perſequendo ſeruo, qui in fuga eſt, reſtituendo'ue precio*[k]. Quæ competit in eum, cuius hortatu, conſilio'ue ſeruus alienus fugerit: aut contumax aduerſus dominum factus eſt, aut luxurioſe uiuere cœperit, aut aliter deterior effectus ſit[l]. Iſtarū ſtipulationum quædam nudam repromiſsionem, aliæ ſatiſdationem exigunt. Repromittitur de eo quod in publico factum erit, item de eo quod in ædibus alienis fit, in ſtipulatione duplę, quando proprio nomine cauendū eſt[m]. Vt ſi quis aliqua actione conueniatur, nullam ſatiſdationem pro litis æſtimatione dare compellitur, ſed pro ſua tantùm perſona, quòd in iudicio uſq; ad ſententiam permanſurus ſit: ſuæ promiſsioni cum iureiurando (quam, Iuratoriam cautionem uocant) uel nudæ & ſimplici, pro qualitate perſonæ cōmittitur[n]. Aliæ ſunt quę ſatiſdationē exigunt: ut ſi quid in flumine publico fiat, uel in priuato factum erit, quando pro alio cauendum eſt[o], Vt ſi per procuratorem, citra mandatum, uel abſente domino, lis uel infertur, uel ſuſcipitur: ratam rem dominum habiturum, cauere debet[p]. Vel ſi dominus procuratorem det, per, *Iudicatum ſolui*

g no. §. inuito. & §. à municip. uu 3.
h. l. 3. §. ſi cauſa cognita. ff. de bo. poſ.
i. d. l. ſtipulationum. d. § j.
k. eod.
l. l. dies. § ſi ui la. ff de dam. infe.
m. l. 1. § 1 ff. de præt. ſtip.
n. l 2. eod.
o. d. l. ſtipulatio.
p. d l 2. & l. 1. ff. ne quid in flum. pub.
q. l. 3. uer. edicto prætoris. ff. iud. ſol.
r. l. 1. § iudiciales. ff. de præto. ſtip.
s. l. iudicatū. ff. iud. ſol.
t. l. ſi defunctus. §. 1. num. 1. ff. de procu.
u. l. 2. 3 ff rem pup. ſal. fore.
x. d. l. ſtipulationū §. cōes.
y. d. §. cōmunes
z. §. ſed hæc quidem. Inſti. de act.
a. § in duplum. Inſt de act.
b. §. in duplū. l. 1. §. 1. ff. dep.
c. d. l. ſtipulationū. §. cōes. et Inſt. de diuiſ. ſtip. § 1.
d. l. 1. cū ſeq. ff. de ædil. edi.
e § fi. inſt. de diuiſ ſtip. tit. ff. rem rat. hab. not. Bar. l. 2. § hoc etiam. C. de iur. cal.
f. d l. ſtipulationem. d. § 1.
g. l. 1. uerſ. cōet. ff. de præ ſti.
h. l. 1. §. iudiciales. ff. de præ. ſtip.
i. auth. hoc ſacramentū C. de iur. prop. cal. dan.
k. §. iudiciales. Inſt. de diuiſ. ſtip.
l. §. item ſerui corrupti inſti. de act.
m. d. l. 1. uerſi. ſtipulationū.
n. §. ſed hodie. inſt. de ſatiſd.
o. d. l. j §. ſtipulationum. l. 1. ff. rem ra. ha.
p. l. 39. §. j. ff. de procu. l ſi ad defendendum.

satisdationem, stipulatione firmare debet[q]. Per quam, sui procuratori fideiussor existit[r]. Sic legatorum nomine cuiuscunque dignitatis, uel facultatum quarumcunque satisdare, dolumque malum absuturum promittere debet[s]. Vt res pupilli salua sit, Res rata habeat, & de damno infecto[t].

q. l. qui prior. ff. de procur. l. si ad defendendum. ff. in dic. sol.
r. §. si uerò aliquis instit. de satisd.
s. l. j. ff. ut leg. no. caues. l. j. uer. cautionales. ff de prae. stip.
t. l. j. §. cautionales. ff. de prae. stip.


CAP. XXXV.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS.

1 Impoßibilis & difficilis rei differentia.
2 Stipulationis inutilis effectus. 3.
3 Impoßibile quid dicatur.
4 Stipulatio quot modis inutilis.
5 Conditiones contra naturam, earundemque effectus.
6 Stipulationes contra bonos mores quae sint.
7 Stipulationes turpes quae dicantur.
8 Solutum ex turpi causa, quando repetatur.
9 Stipulationes impoßibiles quae dicantur.
10 Stipulatio rem dari continet, ut dominium efficiatur stipulatoris quoquo modo.
11 Stipulari factum alienum non permittitur, & quando.
12 Stipulari alteri non possumus, & quando.
13 Filius per stipulationem patri acquirit, & quando potest filio.
14 Stipulari solutionem alteri permissum est.
15 Procurator per stipulationem, domino acquirit.
16 Is cuius interest, alteri stipulari potest.
17 Obligationem realem, per alium nobis acquirimus.
18 In iudicio alteri stipulari permittitur.
19 Inter patrem & filium, obligatio non consistit.
20 Locus uel dies omissus, quãdo stipulationem uel alium actum uitiet.

1 INTER † rem impoßibilem, & difficilẽ, hoc interest, quòd promissio rei impoßibilis, aliquẽ excuset, nõ uerò praestatio difficilis[a]. Effect⁹
2 † porrò inutilis stipulationis est, ut uitietur & uitiet totum contractũ[b]. Nisi primò purè stipulatio cõcepta sit, deinde sub impoßibili conditione: perinde enim erit, ac si purè solummodò cõcepta esset[c]. Alij praeterea sunt effectus inutilium stipulationum, qui à Bar.[d] ex quo Tabulam sequentem elicimus, proponuntur.

a. l. continuus. §. cùm ita. de uer. obl. Bar. l. iij nu. 6 C. de usufru. & hab.
b. l. non solùm. ff. de act. & ob. §. si impoßibilis. inst. de inut. stip.
c. l. si ita stipulatus fuero te sisti. de uerb. obl. l. certi. §. item. ff si cer. pet.
d. l. j. ff. de con. inst.



Hanc

Hanc Tab. ut antè dixi, ex Bar. elicimus, mihi uerò stipulationes impossibiles, in partes secandas secundum Tabulæ sequentis ordinem uisum est. Atque imprimis, tria præfari
3 operæpretium duximus. † Primò, impossibile id dici, quod iure fieri nequit, sed de facto sic[e]. Deinde diem impossibilem adiectum stipulationi, stipulationē uitiare[f]. Postremò, propter iuris impossibilitatem, datū repeti posse[g]. De quibus post Tab. latius agemus.

e. ff. de condi. sin. l. filius. et de uer. sig. l. nepos.
f. Bar. l. iij. §. si quis ita. ff. de eo quod cer. loc.
g. Bar. l. v. viij. nu. 5. C. de cō. ob cau.

4 Stipulatio † inutilis

- 1 Contra naturā, si quis stipuletur
  - 1 Hippocentaurum.
  - 2 Hominem liberum, uel seruum mortuum.
  - 3 Aedes deustas.
  - 4 Digito cœlum attinges.
  - 5 In diem impossibilem.
  - 6 Si mulier non nupserit.
  - 7 Si patrem tuum ab hostibus non redemerit.
  - 8 Si parentibus alimenta non præstiteris.
- 2 Contra bonos mores, si quis stipuletur
  - 1 Si sororem, in uxorem duxerit.
  - 2 Si me heredem non feceris.
  - 3 Si pœnæ uinculo, matrimonia obstringantur.
  - 4 Si culpa tua, diuortium fiat.
  - 5 Si indecorum nomen non assumpseris.
- 3 Turpes,
  - 1 Si furti, uel iniuriarum agas.
  - 2 Si homicidium, uel sacrilegium se facturum quis promiserit.
  - 3 Si uestes & alia superuacua in funus quis impenderit.
  - 4 Si quis iurauerit.
  - 5 Si quid in mari proijciatur.
- 4 Impossibiles
  - 1 Si exceptionem obiecerit.
  - 2 Ex empto agas.
  - 3 Falcid. petas.
  - 4 Rem sacram, aut religiosam.
  - 5 Rem publicam.
  - 6 Rem suam sibi dari.
  - 7 Promittens factum alienum.
  - 8 Qui alteri stipulatur.
  - 9 Inter dominum & seruum, patrem & filium.
  - 10 Impubes cum patris autoritate.
  - 11 Pupillus sine tutoris autoritate.
  - 12 Si mutus, surdus, uel furiosus.
  - 13 Si locus in stipulatione faciendi omissus fit.
  - 14 Si dies omissus fit.
  - 15 Qui annuit.
  - 16 Si causa stipulationis omittatur.
  - 17 Inter absentes.
  - 18 Si per iocum.
  - 19 Obscura responsio.
  - 20 Si in corpore dissensus fit.
  - 21 Si res stipulata non extiterit.

h. §. si impossibilis. Insti. de inut. stip.
i. §. j. eo.
k. l. inter. §. sacram. l. liber homo. de uer. obl. l. j. §. si id quod. ff. de actio. & obli.
l. d. §. j.
l. d. §. si impossibilis.

12 Inutilis † conditio dicitur, cui natura impedimēto est, quò minus existat[h]. Veluti, si quis hypocentaurū, hoc est, semiequum & semitaurū[i]. Si hominem liberum, uel seruū iam mortuum, uel ædes deustas quis stipulatus sit[k]. Sic, si digito cœlum tetigero, dare spondes, inutilis stipulatio est[l]. Sic si in diem impossibilem. Vt si cùm à Lutetia centū milibus distem, hodie Lutetiæ à me aliquid stipuleris[m]. Secus si simpliciter stipulatus sim, Lutetiam dari, non enim tunc uitiatur stipulatio, sed boni uiri arbitrio committitur[n]. Item stipulatio contra naturam hęc est, Si mulier non nupserit[o]. Quam cùm ad hoc natura progenuit, ut partum edat, & eius cupiditate incendantur. Meritò illa conditio, utpote contra naturā, stipula-

m. §. loca. Inst. de uer. ob.
n. l. continuus. §. j. ff. de uer. ob.
o. l. ij. C. de indict. uid. tol. d. l. conditiones.

ſtipulationem, non ultimam uolun-
tatem uitiabit[p]. In uidua tamen ſer-
uanda eſt[q]. Item hæc contra naturã
ſtipulatio eſt, Si patrem tuum ab ho-
ſtibus redemeris[r]. Si parentibus ali-
mẽta pręſtiteris[s]. Effectus huius ſti-
pulationis contra naturam eſt, ut in
totum uitietur[t]. Niſi primò purè, de
inde ſub cõditione contra naturam
ſtipulatio concepta ſit[u]. Præterea ſi
ſtipulatio contra naturam ſcienter
concepta ſit, non uitiatur[x]. Tertiò, i-
dem ſi negatiue proponatur[y]. Idem
in ultimis uoluntatibus[z]. Quartò,
ſi ſtipulatio eſſet poſſibilis, deinde
cùm per eum cuius intereſt ſtaret,
quò minus fieret, natura impoſsibi-
lis reddatur, puta quòd ſeruus mor-
tuus ſit, obligatio non ſoluitur[a]. In
ultimis uerò uoluntatibus, indiſtin-
ctè uitiatur, ſed non uitiat ultimam
6 uoluntatem[b]. Sunt † prætereà ſtipu-
lationes cõtra bonos mores: ueluti,
Si ſororem in uxorẽ duxerit[c]. Si me
hæredem nõ feceris[d]. Stipulatio pœ-
nalis in matrimonio contrahendo[e].
Si culpa tua, diuortium fiat[f]. Si inde-
7 corum nomẽ aſſumpſeris[g]. † Stipu-
lationes turpes ſunt, ueluti ſi paciſ-
car ne furti, uel iniuriarum agas[h]. Si
homicidium, uel ſacrilegium ſe fa-
cturum quis promiſerit[i]. Item ſi ue-
ſtes & alia ſuperuacua quis in funus
impẽderit[k]. Si iurauerit[l]. Si quid in
mari projciatur[m]. Hæ cùm nullius
momenti ſint[o]: ſi petatur quod ob
turpem cauſam promiſſum eſt, exce
ptione doli mali, uel in factum ſum-
8 mouetur[p], ſolutum † tamen non re-
petitur[q]. Si quidem præcederet tur-
pis promiſsio, quæ ſaltem cùm natu
ralem obligationem inducat, ex ea
ſolutum non repetitur. Quòd ſi nul-
la turpis promiſsio præcederet, ſed
nuda ſolutio turpis ſit, tunc ſolutum
9 repeti poteſt[r]. Poſtremò † ſunt ſtipu
lationes impoſsibiles, hoc eſt, quæ iu
re fieri nequeunt, ſed de facto ſic[s].
Veluti, Si aliquam exceptionem iu-
dicio ſiſtendi cauſa factam, in pro-
miſsione deſertam obieceris, niſi ſpe
cialiter exceptionum cauſæ propo-
nantur[t]. Si ex empto agas[u]. Si falc.
petas[x]. Nam licet hæres remittere
poſsit[y], nõ tamen teſtator poterit[z].
Si rem ſacram uel religioſam quis
ſtipuletur[a]. Sic ſi rem publicam, quę
uſibus publicis in perpetuum relicta
ſit[b]. Rem ſuam ſibi dari, ſtipulari ne
18 mo poteſt[c]. † Quia hęc ſtipulatio cõ
tinet, ut dominium efficiatur ſtipula
toris quoquo modo[d]. Non quod ali
quod corpus, aut ſeruitutẽ noſtram
eo nomine nobis acquiramus: ſed a-
lium nobis obſtringimus ad aliquid
dandum[e]. Et qui rem dare tenetur,
ita dare debet, ut eius fiat, cui dede-
rit[f]. Quò fit ut nemo rem ſuam ſibi
dari, ſtipulari poſsit[g]: tametſi preciũ
rei noſtræ nobis dari, utiliter ſtipule-
mur[h]. Rem autem noſtram nobis tra
di, ſiue reſtitui, rectè ſtipulamus[i]. Nõ
enim eo nomine intelligimus pro-
prietatem ſtipulatori dari, ſed tãtùm
tradi[k]. Atq; ita duo Vlp. reſponſa in
terpretabimur. Non ualet, inquit[l],
ſtipulatio, ubi quis rem ſuam[m] ſtipu
latus eſt. Et[n], qui uẽdit, neceſſe non
habet, fundũ emptoris facere, ut co-
gitur, qui fundum ſtipulãti ſpopon-
dit[o]. Et Pap.[p] Liber homo, inquit,
qui bona fide mihi ſeruit, quod ſtipu
lanti mihi promitrit, prope eſt, ut om
nino ſit utile, quamuis ex re mea pro
mittat[q]. Cæterùm ſi rẽ dari, uacuam-
que poſſeſsionem tradi ſtipulemur,
hoc operatur, ut fructus poſteà rece
ptos, propter poſteriorem ſtipulatio
15 cit ius[d]. In † testamentis idem receptum est, quæ per inutilem adiectionem non uitiantur. Vt si testator irreuocabile testamentum esse uelit, testamentum ualet[e], tametsi adiectio illa irreuocabilis testamenti uitietur, cùm ad id nemo sese adstringere possit[f]. Non enim prius testamentum antè rumpitur, quàm si posterius, iure perfectū sit[g]. Nisi testator coram tribus testibus, prius testamentū reuocauerit, & decēnium elapsum sit[h],

16 uel secauerit[i]. † Sic licet impossibilis conditio, testamento adscripta uitietur, non tamen testamentum uiti[k]. Veluti, Si Titius digito cœlum tetigerit, hæres esto[l]. Sed nec superflua,

b. l. ubi. de dona. cau. mor.
c. l. si uerò. §. si mandauero. ff. manda.
d. Bal. l. si pater. ij. lect. ff. de adopt.
e. l. j. ff. de precar. l. Lucius. ff. de dona.
f. arg. l. cū precario. ff. de precar.
g. §. j. Instit. qui test. tut. l. quidam. §. cum igitur. C. de necess ser.
h. § sed cùm ueteres. d. l. quidam.
i. §. seruus autē. uers. proprius. Inst. qui testa. tut.
k. §. preterea. Insti. qui mo. tol. ob.
l. l. si cùm dotē. §. si mulier. ff. sol. matr.
m. c. si quispresbyter. de reb. ecc. non alie. & tit. ut ecc. benef. sine di mi. confe.
n. l. si plura in fi. ff. de edil. edict.
o l. cùm eiusdē. l. si plura. eo.
p. l. redhibere. eod.
q. d. l. cùm eiusdem. §. interdum. l. ediles aiūt. §. si plura.
r. l. Græcè. §. illud. de fideius.

s. d. §. illud.
t. §. emphyteusim. authēt. de non alie.
u. d. §. emphyteusim.
x. §. ult. igitur. l. cùm hi. ff. de transac.
y. §. si pretor. d. l. cùm hi.
z. l. j. quæ sent. sine app.
a. Alciat. j. §. sed si mihi Pamphil. nu. 3 23. & l. cùm certi conditio. uer. idē quæri potest. si cer. pet. c. pœnitētes. v. dis. c. nosti. extrà de elect.
b. l. j. uers. quid enim. ff. quod falf. tut.
c. 1. sf. d. §. sed si num. 11.
d. l. barbarius. ff. de off. præt.
e. §. ex eo. Insti. qui. mo. test. infir. l. milites §. ueteranus. de mil. te.
f. l. j. C. de sacrosan ecc.
g. l. ij. ff. de in. iu. rup. §. posteriore. Inst. qui. mo. test. infir.
h. l. sancimus. § fin autem. C. de testa.
i. l. nostram eo. l. cancellauerat. ff. de iis q. in test. delen.
k. l. obtinuit. ff. de con. & de monst. l. si ita quis. l. mulier de cond. inst. §. impossibilis. Inst. de hæred. inst.
l. l. cùm in secūdo. in fi. ff. de inin sup.

testamentum uitiant[m]. Minus quoq; si turpis[n], uel inepta conditio fuerit. Puta, si uestes, uel alia superuacua in funus impendere iusserit[o]. Denique conditiones contra leges, uel cõtra bonos mores, uel derisoriç ultimis uolũtatibus adiectę, cùm pro non adiectis habeantur, hæreditas uel legatum capi poterit[p]. Cont. cùm conditiones denotent nudum ministerium facti, in forma specifica adimplendæ sunt, alioqui relictum amittitur[q]. R. hoc uerum est, si turpitudinem, uel difficultatem non contineat, nam tunc conditio uitiatur, sed testamentum non uitiat[r]. Insto secundò, quæ cõtra legis prohibitionem testamento accedunt, testamentum infirmant[s]. R. Licet stricti iuris conditiones, cõtra formam legis, totum actum uitient: tamen fauore ultimarum uoluntatum Prętor in testamentis eas remittit[t]. Puta, iurisiurandi cõditio in testamento apposita, cùm omnino præstanda esset[u], à prætore tamen remissa censetur. Insto tertiò, incertitudinem, testamentum uitiare, ut si ex qua parte me hæredem institueris, te hæredem instituam: hæc hęredis institutio omnino uitiatur[x]. Respõs. licet hæc stipulatio, si me hæredem nõ feceris, omnino uitietur[y]. Tamen in testamẽtis secus est, quia omnes impossibiles conditiones, à prætore remittũtur[z]. Atq; ita ambiguum Iul. respõs.[a] interpretabimur: ut dicamus improbatas cõditiones, non hæredum institutiones, tametsi Accurs.[b] secus scripserit. Excipitur si filiosa. hærede instituto, illicita, uel probrosa in patrem conditio apposita sit, totum enim testamentum uitiatur[c]. Sic si conditio à senatu, uel à principe improbata sit, testamentum infirmat[d]. Quæ tamen ultimarũ uoluntatum fauore æquius est, ut à Prętore quoq; remissæ censeãtur[e].

17 † Vt in legatis receptum est, quę per adiectionem inutilem non uitiantur[f]. Vt si impossibilis, uel turpis, uel inepta conditio sit, reijcitur, & legatum debetur[g]. Vt si dempto itinere actus legatus sit, inutilis est ademptio[h], quia actus sine itinere esse non potest[i]. Cont. si legatus fuerit fundus Titio, eidemq; uia per alium fundum: deinde idem fundus fuerit Caio legatus sine uia, utroque uendicante, uiã nõ deberi[k]. Respõ. licet legato fundo, dempto itinere, iter nihilominus debeatur, quod tacitè necessariò insit[l], tamen uia non sic inest[m]. Insto secũdò, si quis quos manumittere nõ poterat, legauerit ut manumitterentur: nec legatum, nec libertas ualet[n]. Aut si ita legatum relictum sit, ut ancillæ restituere cogeretur: neque ipse restituere, neq; hæres eidem præstare cogiť[o]. Sed ut antè dixim[9], quicquid impossibile ultimis uoluntatibus adijcitur, à Prætore remissum est. Hinc est quòd non minus legatũ debetur, si hæredis institutio inutilis fuerit[p], uel si in nomine erratum sit[q]. Si tamẽ incertum legatum relictum fuerit, nõ debetur, tametsi testamentum firmum maneat[r]. Idem in tutela obseruandum est[s]. Præterea si testamẽtum iure perfectum, in alio testamento imperfecto irritum esse uelit, et intestatus esse malit: hæredũ prioris testamenti institutiones iure ualebunt, legata uerò non debẽtur[t]. Sic si testator, priusquàm secundum testamẽtũ perfecisset, decesserit: prius quidem testamentum non infirmatur, legata tamen deberi desinunt[u]. Nisi nominatim à testatore approbata fuerint[x].

tot sunt stipulationes, quot sunt corpora, duę sunt quodammodò stipulationes, una utilis, alia inutilis, neq; uitiatur utilis per hãc inutilem.

m. l. testamẽtũ. C. de testa.
n. l. facta. §. si sub condit. ff. ad trebel.
o. l. seruo alieno. in fi. de legat. j.
p. l. cõditiones. ij. ff. de condi. inst.
q. l. Meuium. de con. & dem.
r. l. facta. § si sub. ad treb.
s. l. non dubiũ. uer. nullũ. C. de legib.
t. d. l. conditiones.
u. l. municipib. de con. & de.
x. l. j. uersi. ex qua parte. ff. de ijs qui pro non scrip.
y. l. stipulatio hoc modo. de uer. ob.
z. l. facta. §. si sub condi. ff. ad trebel.
a. d. l. j. uersi: quo improbatæ sunt illæ.
b. glo. illæ.
c. l. j. ff. de ijs q. pro non scri.
d. l. filius ff. de cond. inst.
e. l. si quis ita. de con. inst. l. facta. §. quòd si. ad treb.
f. l. imp. § j. de legat. ij. l. j. de adi. lega. l. 93. § j. ff. de libe. & postb. ubi Bart. l. j. §. j. ff si usufru. pet.
g. l. ab omnib. §. in testamẽto. de leg. j.
h. l. j. ff. de adi. leg.
i. §. j instit. de ser. rust. præ.
k. l. si fundum. de ser. leg.
l. d. l. j.
m. d. l. si fundũ.
n. l. si quis quos. de leg. ij.
o. l. codicillis. in prin. de legat. ij.
p. l. cùm quidã. ff. de ijs quib. ut indign. l. si quis eam. de con. & dem.
q. l. iiij. de leg. j.
r. l. si quis de pluribus. de re. dub.
s. l. duo. de test. tut.
t. l. militis. §. ueteranus. de mil. test.
u. l. ex parte. de adi. leg.
x. l. cancellauerat. ff. de ijs quæ in testa. del.

L. II. STIPVLATIONVM.

1 Faciendi significatio latißima.
2 Obligationis faciendi & dandi differentia. 4.
3 Perfectum quando quid dicatur.
5 Dandi stipulatio, continet ut dominium transferatur.
6 Faciendi stipulationis quinque capita.
7 Stipulationes mistæ quæ dicantur.
8 Stipulatio diuidua, partis præstationẽ recipit.
9 Debitorum singuli pro parte cõueniendi sunt.
10 Fideiussores, uel mandatores, pro parte conueniendi sunt.
11 Hæredes, pro portione hereditaria conueniuntur.
12 Conditiones quando diuidantur.
13 Stipulatio quando natura diuidua, & solutione indiuidua esse censeatur.

1 k STIPVLATIONVM. † Faciendi uerbo, omnis faciẽdi causa, dandi scilicet, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi continetur[a]. Eorum porrò quæ facti sunt, quædam diuisionem admittunt, ut factũ quod in dando cõsistit[b]: alia minimè, ut factũ iudiciale, uiæ, itineris, uel actus[c]. & id quod ex operis alicuius pficiscitur[d]. Circa quę facta, stipulationes et alij cõtractus uersan-

Paulus, L. II. Stipulationum.

STIPVLATIONVM[k] quędam in dando[l], quædã in faciendo[m] consistunt. Et harum omnium quædã partium[n] præstationẽ recipiunt, ueluti

2 tur[e]. † Hinc est, quòd si quis nudo pacto se aliquid daturum promiserit, si partem dederit, reliquum præstare non cogitur[f], secus si facturũ[g]. Aut si quis opus alicuius stipulatus sit, corpus aliquod perfectum ex il-
3 lo opere stipulatus censetur[h]. † Perfecisse autem uidetur is, qui ita consummauit, ut iam in usu esse posit[i]. Quò fit, ut si fractũ, uel collisum sit, factum non censeatur[k]. Aut si quis ædes stipulatus est, nõ tamẽ ea quæ ædium causa parata sunt, quãuis in ædificio posita sint, stipulatus esse cẽsetur[l]. Atq; ita Imp. constit.[m] interpretabimur. Conr. quod nõ absolutum est, factum censeri debet[n]. Res. Verũ est, si instar facti operis[o]. Hinc est, quòd si artificem promiseris, nõ utiq; perfectum eum præstare teneris, sed ad aliquẽ modum peritum: ut neq; eum summę eruditionis accipias, neque rursus indoctum esse in artificio[p]. Tãetsi legatis artificibus, etiam rudes & inertes legati censeãtur, cùm omnes adhuc addiscere possint, & omne artificiũ per exercitiũ, recipiat incrementũ[q]. Est et alia non uulgaris, inter obligationem facien-
4 di et dandi differentia, † quòd nemo ad factum præcise teneatur[r], sed soluendo interesse quis liberatur[s]. In obligatione dandi, nunquã post moram succedit obligatio ad æstimationem, sed ipsa res petitur[t].
5 l DANDO. † Dari id intelligimus, quod ita datur, ut eius fiat[u]. Quæ nimirùm stipulatio continet, ut dominiũ efficiatur stipulatoris quoquo modo[x].

a. l. uerbum facere. ff. de uerbo. sign.
b. j. hac l. §. j. l. lxxxv. § prima.
c. l. si. ff. de in ius uocan. j. l. lxxij & l. si is qui § quędã. ff. ad le. fal.
d. d. l. lxxxv. §. secunda l. fideicom § fi. de leg. iij.
e. ut hic, & j. l. v. §. stipulatio. §. j. Insti. de uerb. ob. l. actionũ. §. in personã. ff. de act. & ob.
f. l. si certus. C. de pact.
g. l. j § item de pollicit.
h. l. v. de uerb. sign.
i. l. ædificia §. perfecisse ff. de uer sign.
k. l. quintus. ij. ff. de aur. & arg leg.
l. l. fundi § nẽ. §. atq;. ff. de act. emp.
m. §. cùm ex alienis. ibiq; ad §. si quis à nõ domino Inst. de re diui.
n. l. & si § infecti. ff. de auro & arg. leg.
o. l. stipulatio. §. opus. ff. de no. ope. nun.
p. l. sciendũ. §. illud. ff. de ædil. edi.
q. l. legatis. §. ornatricibus. de leg. iij.
r. Bart. l. xj. §. fi. de leg. iij. l. viij. §. procuratorẽ ff. de procu & l. stipulatiões nõ diuiduntur. §.

6 m FACIENDO. † Cuius quinque sunt capita, Iudicij, uiæ, itineris, act[9],
7 & operis personarum. † Quæ sunt stipulationes mistæ[y], quam in stipulatione seruitutis Iurisconf.[z] constituit. Cùm tamẽ inter stipulationes faciendi hîc Paul. eã connumeret, mista esse non poterit. Refert Calistratus, stipulationes reddẽdarũ rationũ, neq; in dãdo, neq; in faciendo esse, sed ex mistura quadam[a]. Cùm tamen faciendi uerbo, reddendi causa contineatur[b]: mentò faciendi potius, quàm dandi stipulationẽ dicemus. Quòd si reddendi duntaxat stipulatio concipiatur, eam ad naturã stipulationis dãdi referemus[c]. Nam reddendi uerbum, dandi significationem habet[d]. Meritò inter stipulationem dandi potius, quàm faciendi referemus: species enim derogat generi. Non ob. quod dixerit, mistura quadã. nam stipulationes dandi, miscẽtur cum stipulatione faciendi[e]. Verùm suo generi derogat. Nos in conditionib. & hypothecis, hanc mistam tandem defendemus.
8 n PARTIVM. † Stipulatio diuidua, partis præstationem recipit[f], cuius
9 effectus est, † ut si plures fuerint rei debendi, singuli pro parte cõuenien di sint[g]. Nisi nominatim dictum sit, ut quilibet insolidũ teneret[h]. Quo tamẽ casu unus insolidùm antè conueniri non poterit, quàm cæteri soluendo esse desierint[i]. Atq; ita Imp.
» respons.[k] interpretandum est. Etsi,
» inquit, duobus simul cura pecuniæ
» ciuitatis, non tamẽ separatis portio-
» nibus mandetur: singuli non prouirili portione, sed insolidùm Reip. o-
» bligantur. Ita tamen, intelligas, ut unus tamdiu insolidùm cõueniri nõ possit, dũ cæteri soluendo sunt. Et[l],
» Creditor, inquit, prohiberi non po-
» test, exigere debitum, cùm sint duo
» rei promittendi eiusdem pecuniæ, à
» quo uelit. Si quidem, intelligas, hoc
» actum sit inter cõtrahentes, ut unus-
» quisq; insolidum teneretur, & cæte-
» ri soluendo esse desierint. Et Pap.[m]
Explu-

Celsus. j. bootit.
s. l. si quis ab alio. §. fi. de re iud.
t. Bar. l. uinum. num. 18. ff. si cer. pet.
u. §. sic itaque. Inst. de act.
x. j. l. lxxv. in fine.
y. l. ueteris. C. de contr. stip.
z. l. si ff. com. pred.
a. l. cùm seruus ff. de con & demon.
b. l. faciendi. de uer. sig.
c. no. Bar. tit. sol. matr. nu. 12. 13. 14.
d. l. uerb. reddendi. de uer. sign.
e. l uerb. facere. de uer. sig.
f. l. si stipulatus §. j. ff. de solu.
g. § j authẽ de duob. reis.
h. d. §. j. & l. j. C. eo.
i. §. ij. auth. de duob. reis.
k. l. j. quo quis ordi. conuen. lib. xj. C.
l. l. ij. C. de duo. reis.
m. l. ex pluribus. ff. de admi. tut.

Ex pluribus, inquit, tutoribus, insolidùm unum iudex tutorem condemnauit. Quem tamen non aliter insolidùm condemnare potest, quàm si sol-
10 uendo esse desierint. † Ampliatur idem in fideiussore procedere[n]. Idē in pluribus mandatoribus[o].
11 † Sic in pluribus institutis hęredibus, à reo debēdi, qui pro portione tantū hęreditaria eō ueniuntur[p]. Idē cùm accrescēdi, uel substitutionis iure, hæreditatis pars obuenit[q]. Vt si de ęre alieno testatoris[r], uel de re apud ipsum deposita agatur[s].
12 † Conditiones quoq; licet summo & stricto iure non scindantur: ut si duo fundū alteri promiserint, si decē dederit: dando partem, summo iure non poterit partem fundi consequi[t]: tamen ex æquitate, fundi partem consequetur[u]. Hinc est quòd si pluribus sub conditione aliquid relictum sit, uno pro parte sua implente, suam partem consequi debet[x]. Quòd si mista conditio fuerit, ut pro parte adimpleri non possit, nihil consequitur. Vt si duobus legatum relictum sit, si matrimonium cōtraxerint: si alter decedat, alter partē legati non obtinet[y]. Secus si conditio in uno tantùm implenda sit, ut, lego tibi fundum, ut Titio des cētum. Nam mortuo Titio, non summouetur legatari[z], qui parere conditioni nō potest[z]. Idē si Titius uiuat, sed recipere nolit[a].

O RECIPIVNT. Seruitutis uiæ, itineris, uel actus stipulatio, partis diuisionē non recipit[b].

P PARTIS. 13 † Elicimus hîc, quasdā esse stipulationes natura diuiduas, & solutione indiuiduas. Vt si quis incertum hominem, aut lancem, aut quodibet aliud uas stipulatus sit[c].

cùm decem dari stipulamur: quædam non recipiunt[o], ut in ijs quę natura diuisionem non admittunt. Veluti cū uiam, iter, actū stipulamur. Quædā partis[p] quidē præstationem natura sui recipiunt, sed nisi tota dentur, stipulationi satis non fit. Veluti cùm hominem generaliter stipulor, aut lancē, aut quodlibet uas. Nā & si Stichi pars soluta sit, nondum in ulla parte stipulationis liberatio nata est: sed aut statim repeti potest, aut impendēdi est, donec alius detur. Eiusdem conditionis est hæc stipulatio, Stichum, aut Pamphilum dari.

§. *Ex his.*

EX his[q] igitur stipulationibus, nec hæredes quidē pro parte soluēdo liberari possunt, quandiu non eandē rem omnes dederint. Non enim ex persona hæredum, conditio obligationis immutatur. Et ideò[1] si diuisionem res promissa nō recipiat, uelu ti uia, hæredes promissoris singuli insolidùm tenentur. Sed quo casu unus ex hæredibus solidùm pręstiterit, petitionem habebit à cohærede, famil. erciscun. iudicio. Ex quo[2] quidem accidere posse Pomp. ait, ut & stipulatoris uiæ, uel itineris hæredes, singuli in solidùm actionem habeant. Sed quidā[3] hoc casu extingui stipulationem putāt, quia per singulos acquiri seruitus nō potest. Sed non facit inutilem præstationem, difficultas præstationis.

§. EX HIS.
1 *Obligatio natura diuidua, & solutione indiuidua, utrinsque naturam imitatur.*
2 *Hæres quando insolidùm conueniri possit.*
3 *Hæredib. singulis, uel omnibus insolidùm quando actio competat.*
4 *Difficultas faciendi, uel dandi, quando actum uitiet.*

1 q EX HIS. † Obligatio natura diuidua, & solutione indiuidua, partem obligationis diuiduæ, partim indiuiduæ naturā imitatur. Nam adinstar obligationis indiuiduæ, omnes conuenienndi

n. §. j. auth. de duo. reis. §. si plures. Instit. de fideiuss. l. non recte. C. de fideius.
o. d. §. j.
p. .j. l. lxxxv. §. j. l. ij. C. de her. act.
q. l. j §. in his itaq. C. de cad. tollē. l. sed si. ff. de uulga. §. substituitur. de pup.
r. l. j C. si cer. pet.
s. l in depositi. ff. depos.
t. l. qui duobus. l. cui fundus. ff. de con. & demon.
u. l. mulieri. l. pen. § de illo. uers. sed hoc. eod.
x. l. si plures. C. de condi. incer.
y. l. intestato. ff. de con. & de.
z. l. quæ sub cō dit. §. quoties ff. de cō. inst.
a. d. l. in testamento.
b. infrà l. iiij. §. Cato. ubi dicemus.
c. l si stipulatus. de solu:. infrà l. in executione.

ueniendi sunt[d], & omnes consentire debent. Vt si seruus ab uno ex hæredibus, uel dominis redhibeatur[e]. Sed ad similitudinem obligationis indiuiduæ, uno pro parte soluente, non liberatur[f]. Idem si res quę petitur, apud unum tantùm ex hæredib. sit[g]: ut si pignus, uel hypotheca[h]. Verùm interim iudicio famil. erciscu. is qui integrum soluit, ab hæredib. pro portione hæreditaria repetere poterit[i].

r ET ideò.)
2 † Quando & obligatio & solutio in diuidua est, unus ex cohæredibus insolidùm conueniri potest[k].

3 s Ex quo.) Singuli hæredes insolidùm actionem habent, aduersus debitorē rei indiuiduæ. Imò omnibus, nō singulis[l]. Respon. Si fundus inter hæredes diuisus sit, singuli insolidùm pro parte sua agunt, quia seruitus, fundi partem sequitur[m]: alioqui si seruitus communis sit, omnes insolidùm duntaxat agere poterunt[n], nisi pœna inserta sit[o].

4 t SED quidam.) † Licet in actionibus stricti iuris, difficultas faciēdi actum uitiet[p], nō uerò difficultas dandi[q], nisi rem impossibilem dari stipulemur[r]. Tamen iure singulari hæredibus difficultas faciendi proderit, ut hîc. In actionibus uerò bo. fid. indistinctè non uitiatur contractus, propter difficultatem faciendi, sed boni uiri arbitrio committitur[s].

d. infr. l. lxxxv. §. secunda. e. l. quòd si §. si plures. §. marcellus. usque ad §. si mancipiū, ff. de ædil. edi. f. infrà l. 119. g. l. si plures. ff. de seruitu. ar. h. l. ij. C. de hæred. act. i. infrà uer. sed. k. Lex quæ. ff. de reg. iur. l. l. heres § an es ff fa. ercis. m. l. via. § quęcunque ff de ser. ru. præd. n. d. § an ea. o. infrà §. cõtra l. iij. p. infrà l. 95. §. loca. Insti. de uerb. ob. l. fi. ff com. præd. q. l. omnem. ff. de iud. r. l. ea quæ ad. ff de reg. iur. s. l. insulam. §. in operis. ff. loca.

§. Si tamen.

SI tamen[u] homines stipulatus, cum uno ex hęredibus promissoris egero, pars dumtaxat cęterorum[x] obligationi supererit, ut exolui possit. Idemq́ est, & si uni ex hæredibus acceptolatū[y] sit. Idemq́ est, & in ipso promissore[z], et in fideiussorib. eius quod diximus in hæredibus. Itē si in facto[a], &c.

L. III. Vlpia.

IDEM[b] Iuris est in alia stipulatione, mihi hęredíq; meo habere licere, & cætera.

L. IIII. Paulus.

EADEM dicemus, & si dolū[c] abesse à te[c], herede que tuo[d] stipulatus sim: & aut promissor, aut stipulator pluribus hæredibus relictis decesserit.

§. SI TAMEN.

1 Stipulatio quando pro parte soluti tollitur.
2 Acceptilatione, uerborum obligatio tollitur.
3 Fideiussor amplius quàm reus principalis non obligatur.

1 u SI TAMEN. † Stipulationes quę natura diuisionem admittūt, solutione uerò indiuiduæ sunt, pro parte soluti tolluntur[r], ut qui certum hominem debet. Quod intelligo procedere, si pars æstimationis hominis soluta sit, non uerò pars ipsius, cuius solutio indiuidua est[s].

x CÆTERORVM. Ita tamen ut omnes obligati adhuc cēseantur[t].

2 y ACCEPTOLATVM. † Elicimus hîc locum à solutione, ad acceptilationē, qui in stipulationib. dumtaxat probabilis[u].

3 z PROMISSORE. † Fideiussor amplius quàm reus principalis non obligatur[x]. Meritò fideiussor ad instar plurium reorum debendi, partem suam soluēdo liberatur[y].

4 a ITEM si in facto. † Hæres tenetur ex facto cohæredis[z].

L. III.

b IDEM. † Singularis hîc obseruatio, inter diuiduam stipulationē puram & pœnalem elicitur. Quòd ex pura stipulatione, si à promissore secus factū sit, hæres quatenus sua interest, tantùm agat, ex pœnali uerò insolidùm[a].

L. IIII.

1 Hæres ex cuius testatoris dolo, uel crimine teneatur.
2 Hæredis adiectio in stipulat. quid conferat.

c A TE. Ex cuius dolo hæres tenetur[b].
1 † Certissima enim iuris regula est, ex defuncti dolo, qui contractui inest, hæredem teneri[c]: ut si tutor dolose cōtraxerit[d]. Cont. quòd ex dolo defuncti, qui ex contractu proficiscitur, hæres nisi quatenus locupletior effectus sit, non teneatur, secundum Imp. respons.[e] Sed ipsum necessario

r. l. ix. §. j. ff. de solut. s. infrà l. in executiõe. §. pro parte. t. infrà l. 119. u. l. si acceptolatū. §. inter. ff. de accep. x. § fideiussor. Insti. de fideiuss. y. § si plures. Insti. de fideiuss. l. non recte C. eo § §. auth. de duo. reis. z. infrà l. iiij. §. Cato. ubi dicemus. a. suprà l. proxi. in fi. b. infrà l. ex ea parte. §. ex facto. c. l. cùm autem. §. quæuis. ff. de ædil. act. d. l. ex cõtractibus. ff. de act. & ob. e. §. aliquando. Inst. de perp.

cessario in contractatione omnino fraudulēta, ut in furto [f], interpretabimur. Non uerò de ijs contractibus intelligemus, qui alioqui iure permissi sunt: in quibus si dolus insit, actiones & hæredi et in hæredē dantur. Nisi in precario: hæres enim eius qui precario rogauit, nō tenetur, nisi quatenus ad eum peruenerit [g]. Differentiæ ratio mihi non constat, nisi eò fortassis, quòd ad hæredem, precarium nō transeat [h]. Cùm tamen tutela, in hæredes tutoris nō transeat [i]. Nihilominus ex dolo tutoris, hæredes eius conueniuntur [k]. In præscriptione uerò dolus testatoris, neque prodest, neq; nocet [l]. Qua tamen in re amplius deliberandum est [m]. Sed Imp. [n] cōtrouersiam diluit. Igitur regulariter hæres ex dolo testatoris, qui contractui inest, tenetur: ut si res empta, euicta sit [o]. Sic in actione depositi [p]. Ita tamen ut ubi testator in duplum ex dolo ipsius teneretur, hęredes eiusdem non nisi in simplum obligati sint. Puta, qui depositū necessariū inficiatur, in duplum tenetur [q]. Sui quoq; hæredes tenentur [r], sed non nisi in simplum [s], & pro hæreditaria portione [t], et intra annum [u]. Cont. quòd hæredes ex dolo defuncti, nō tantùm in simplum, uerùm etiam insolidùm teneātur [x]. Respon. insolidùm interpretandum esse, secundum naturam contractus. Puta, in deposito hæredes tenentur ex dolo defuncti insolidùm in simplū [x]. Et tenentur omnes hæredes insolidùm de euictione [y]. Generalis enim clausula, ad specificata restringitur [z]. Si uerò ex alia causa, quàm ex cōtractu, dolus proficiscatur: tunc aut datur actio iure ciuili, aut iure prætorio. Si actio ex iurisdictione Prætoris proficiscatur, eadem in hæredes rei, si uel locupletiores effecti sunt, uel lis contestata sit, transit [a], alioqui minimè [b], ut si quis dolo fecerit, quò minus quis in iudicio sisteret [c]. Sic licet dominus qui scit seruum noxam commisisse, insolidùm teneatur: tamen eius hæres non tenebitur [d]. Sic in eum, qui ut negotium fraudulenter administraret, pecuniam acceperit, intra annum in quadruplū eius pecuniæ quam accepit, post annum

f. §. furtū. Inst. de ob. quæ ex deli.
g. l. quæsitum. in fi. ff. de precar.
h. l. cùm preca rio. in fi. eo.
i. §. simili. Inst. qui. mo. tu. fi.
k. l. ex contractib. ff. de act. & ob.
l. l. an uitium. ff. de diuers. præscr.
m. l. uitia. C. de acq pos.
n. auth. malæ fid. C. de præscri. lon. tem.
o. infrà l. cùm ex causa.
p. l. si is qui. C. de posses.
q. l. j. §. j. ff. depos. §. sed furti. Inst. de act.
r. d. l. ex contractu.
s. d. §. j.
t. l. in deposi ti. eod.
u. l. quod tumultu. eodē. l. ij. ff. ad le. Iu li. rep.
x. l. ad ea. ff. de reg. iur. l. ex depositi. ff. de act. & ob. l. si hominē. §. j. ff. depos.
z. l. j. §. j. ff. depos.
y. d. l. cùm ex causa.
z. l. sub prætextu. ij. l. si de certa. C. de transact.
a. §. pœnales. Inst. de perp.
b. §. non autē. eod.
c. l. j. in fi. ff. de eo per quem fact. erit.
d. l. si plurīū. ff. de nox. act.

in simplum actio datur [e]. In hæredē uerò non nisi quatenus ad eum peruenerit, cōpetit [f]. ut in eo qui falsum modum dixerit [g]. Nam neq; hęredi, neq; in hæredem de eo quod defunctus mentitus est, actio competit [h]. Sic publicanus qui ui ademit, si decessit, in eius hæredes, non nisi quatenus locupletiores effecti sunt, actio datur [i]. Sed non tantùm hæredes, quatenus ad eos peruenerit, tenentur: uerùm etiam si lite contestata reus decesserit, tametsi hęredes locupletiores effecti non sint [k]. Hinc est quòd iniuriarum actio in hæredem non transit, si ante litem contestatam decesserit is, qui iniuriam intulit [l]. Cùm antè iniuriarum actio in bonis nostris esse nō dicat [m]. Quòd si publicum iudiciū fuerit, quod capitis & bonorum pœnam irroget: tunc nisi condemnatio sequuta fuerit, bona ab hæredibus non auferuntur, secundùm Modest. [n] Quia ubi maius est periculū, ibi cautius agendū est, ut cùm quis propter delictū, ciuitatē amisit [o]. (Idem si quis testamentū inofficiosum dixerit, quod usq; ad sententiā reuocare potest, alioqui si nō obtinuerit, amittit quod relictum est [p].) Nisi ex illo delicto, bona reo acquisita essent [q], uel de crimine maiestatis, uel hæresis, uel apostatæ agatur. Nam tunc si reus ante sententiam decesserit, actio nihilominus in hæredes durat [r]. Tertiò excipiūtur milites deserentes militiā [s]. Quartò excipiuntur rei repetundarum [t], quæ actio in eum cōpetit, qui ob iudicatum, uel nō iudicatum pecuniam acceperit [u]. Quæ actio in hęredes rei intra annum, à morte eius datur [x]. Idem in hæredes rei peculatus criminis [y], hoc est, eius qui sacrā, religiosam, uel publicam pecuniam abstulit [z]. Quintò, si pendente appellatione, reus decesserit [a]. Iure tamen nouissimo, bona damnatorum non proscribuntur, sed ascendentibus, uel descendentibus, uel ex latere, usque ad tertiū gradum acquirūtur [b].

a d HÆREDEQVE tuo.) † Cùm doli stipulatio tacite promissoris hæredem teneat [c], frustra Iurisconsulto. hæc uerba adiecisse (ut [d] assolet) uisus est. Sed hoc operatur ista stipulatio, ut

e. l. j. ff. de calū.
f. l. in hæredem. ff. de calum.
g. l. iij. §. fi. ff. si men. fal. mod. dixe.
h. l. electio. §. neque. ff. de nox. act.
i. l. si publicanus. ff. de publica.
k. l. j. C. ex del. defun. l. omnes pœnales. ad leg. fal.
l. l. si cū. §. qui iniuriarū. ff. si quis caut.
m. l. iniuriarū. ij. ff. de iniur.
n. l. ex iudiciorū. ff. de accu.
o. l. iij. ff. de interd.
p. l. pap. §. meminisse. ff. de inof. test.
q. l. reus ff. de iu. fis. not. l. si quis. cum. l. si quis patris. ff. ad le. Cor. de falsi. l. j. si quis aliquem testa. prohib.
r. l. fi. C. ad le. Iul. maiest.
s. l. iiij. de re mil lit. lib. xij. C.
t. d. l. ex iudiciorum.
u. l. j. & fi. ff. ad le. Iul. rep.
x. l. ij. & seq. eo. arg. l. qui contra. de in. patr.
y. l. fi. ff. ad leg. Iul. pecul.
z. l. j. ff. eo.
a. l. j. ff. quando appel.
b. authen. bona dānatorū. de bo. proscrip.
c. infrà l. cxxj. in fi.
d. i. l. ij. §. item si in facto. l. & neque. ff. de ædil. edi.

cùm alioqui hæres ex personali testatoris obligatione, ueluti, ne quid fiat[e], non nisi ex defuncti dolo tenetetur, ex suo ipsius proprio dolo teneatur. Sicut quādo dolum malum abesse, abfuturumq́ esse

§. Cato.

stipulatio concipitur, nā etiā hęredē suū obligat[f]. Tunc enim nō solùm tenetur hæres ex testatoris dolo[g]: uerùm etiam ex suo proprio, uel extranei dolo tenebitur[h]. Quia in rem, doli mali stipulatio cōcepta est[i]. Non ita tamen hæres tenetur, atque promissor. Nam depositi actio in depositarium infitiantē datur in duplum, in hæredē in simplum[k]. Et tutor qui ex leuissima negligētia tenetur[l], hæres tamen non tenebitur[m]. Et magistratus qui in omne periculum succedit[n], hęres ipsius non nisi ex dolo suo tenebitur[o].

e. d. §. item. j. l. 85. §. quòd si stipulatus.
f. j. l. 38 §. si quis dolū malum.
g. l. nouissima. ff. iudic. sol.
h. d. §. si quis. d. l. nouissima.
i. l. huic stipulationi. ff. de usufr. & quē admo. cauea.
k. l. j. §. j ff. depos.
l. l. tutor. C. de neg. gest.
m. l. non similiter. ff. de ma. conue.
n. l. j. quo quis ordi. con. lib. xij. C.
o. d. l. non similiter.

§. CATO.

1 *Pœnam quatenus stipulari conuenit.*
2 *Incertitudo circa speciem, non circa genus, stipulationem uitiat.*
3 *Pecuniæ appellatio generalis est.*
4 *Promißio quando stipulationem præceßisse præsupponat.*
5 *Heres quando teneatur insolidum, uel pro parte, uel in nihilum.*
6 *Heredis factum, uiuo testatore, an actionem pariat.*
7 *Heres, an tacitè in obligatione testatoris cōprehendatur.*
8 *Denūciatio an præcedere debeat, antequàm pœna committatur.*
9 *Cautionis natura & effectus.*
10 *Pœna ex quo facto commißa dicatur.*
11 *Pœna an sæpius committatur.*
12 *Hereditariæ actiones quomodo heredi, uel in heredem competant.*
13 *Heres quando teneatur ex facto coheredis, & quando non 17.*
14 *Pœna quando suū tantùm autorem sequatur.*
15 *Fictio contra æquitatem non inducitur.*
16 *Factum alicuius, neque prodesse, neque nocere alteri debet.*
18 *Seruitutes quæ indiuiduæ.*
19 *Quodammodò, nota impropriètatis.*
20 *Agere quid, eiusq́ natura.*
21 *Heres qui tenetur ad pœnam ex facto diuiduo, eam insolidùm præstare tenetur: secus si pro facto diuiduo, tunc pro portione hereditaria tantùm. nu 22.*
23 *Stipulatio, rem tradi, uel restitui, uel dari, an diuidua, uel indiuidua.*
24 *Depositi actio, an diuidua, uel indiuidua.*
25 *Commodati actio quando diuidua, uel indiuidua.*
26 *Mandati actio quādo diuidua, uel indiuidua.*

e CATO. Fuit Cato censorius, Portiæ familiæ primus, à quo cæteri Catones denominati sunt. Alexandro Seuero in consilio fuit Cato unus, unà cum Fabio Sabinio, Domitio Vlpiano, Ælio Gordiano, Iulio Paulo, Claudio Venato, Pomponio, Alpheno, Africano, Florentino, alijsq́ Iuriscōsultimis uiris. Cic. de Claris oratoribus: Cum Catone grandiores natu fuêre, C. Flaminius, C. Varro, Q. Maximus, Q. Metellus, P. Lentulus, P. Crassus, qui cum Africano cōsul fuit. Et, In Catone perfectissimo Stoico, summam eloquentiam non desidero. Et[p] Catonem unà cum Seruilio prætorem fuisse ait. Idem de claris oratoribus, Catonem quis nostrum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit, aut quis nouit omnino? Quis illo grauior in laudando, acerbior in uituperando, in sententijs argutior? Alius fuit Cato adolescens, nullius consilij, ut Cic.[q] refert. Et[r], Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis, cui tamen egregiè imposuit Milo noster. Nam ille uindex gladiatorū & bestiarum erat de Cosconio & Pomponio bestiarios, nec sine ijs armatis unquàm in publico fuerat. Hos alere non poterat, itaq; uix tenebat. Sensit Milo, dedit cuidam nō familiari negociū, qui sine suspicione emeret eam familiam, à Catone. Quæ simul abducta est, Racilius, qui unus est hoc tempore Trib. pl. rem patefecit, eosq́ homines sibi emptos esse dixit (sic enim placuerat) & Tab. proscripsit, se familiam Catonianā uēditurū. In eam Tab. magni risus consequebantur. Nunc igitur Catonem, Lentulus à legibus remouit.

p. lib. iij. Epist. ad Quin. fra. epist. uij.
q. Cic. lib. j. epistol. ad Q. frat. epist ij.
r. epist. vj.

1 *f* POENA. † Quæ cum competenti moderamine profertur, uel à legibus certo fine conclusa statuitur[s]. Quarum quædam sunt simplices, ut illæ quæ ueniunt è cōtractibus, qui certam habent quantitatem, uel naturam[t]. Veluti in stipulatione[u]. Sic si emptor cùm arras dedisset, ab emptione discedere uelit, illas amittit, uenditor uerò duplicat[x]. Sic in spōsalibus[y], in locatione[z], in mutuo &

s. l. j. §. in alijs C. de sent. quę pro eo quod interest.
t. d. l. j. §. sancimus.
u. §. omnes. Insti. de act.
x. §. ita tamen, Inst. de empt.
y. l. fi. C. de spōsal.
z. d. §. sancimus.

mandato, & alijs cōtractib.[a] Quòd si quis ignorāter plus promittat, excipere potest[b]. Secus si sciēter[c]. Pœnam enim cùm stipulamur, nō illud inspiciēdum est, quod nostra intersit, sed quæ sit quantitas in conditione stipulationis[d]. Aliæ sunt obligationes ex maleficio in duplum, alię in triplum, aliæ in quadruplum[e].

bit, Pœna[f] certæ[g] pecuniæ[h] promis-

g CERTÆ. Res certa in stipulatione

2 ne designāda est[f]. † Alioqui si incerta sit, tota stipulatio uitiat, maximè si circa speciem incertitudo uersetur. Vt si cùm hominem abs te stipuler, tu de Pamphilo senseris, cui Stichi nomen esse credideris[g]. Atq; ita Venule. respon.[h] interpretādum est. Si hominē, inquit (Stichum, puta, nō uerò hominem in genere[i].) stipulatus sim, & ego de alio sensero, tu de alio, nihil actum erit. Non igitur incertitudo circa genus, uitiat stipulationem. Vt si quis hominē in genere stipuletur[k]. Et is uenit, quem promissor intellexerit[l]. Sic si pœnam, de qua hic agitur, in genere stipulet[m]. Sic & stipulatio, rem ratā haberi, iudicatum solui, tametsi incertam quātitatē contineat, nō uitiatur, sed Pretoris autoritate iuuat[n]. Nisi dies incertus sit, si nominatim actum sit, ut certa die solueretur, deinde in stipulatione omissus sit, inutilis stipulatio est[o]. Sic si quis triticū stipulatus, cùm genus & modū tritici destinare uellet, non fecerit, inutiliter stipulatur[p]. Sic si quis incertas usuras[q], uel incertā dotem stipuletur[r]. Excipio dotem incertā, mulieri promissam[s]. Vitiatur quoq; sententia, propter incertam speciei quantitatem[t]. Vitiatur & tutela, uel legatum, propter incertitudinem speciei[u]. Nisi alimentorū[x], Reip.[y] artificij[z], uel pię causæ fauore[a]. Cùm uerò quālibet incertam dispositionē defendunt[b].

3 b PECVNIÆ. † Pecuniæ uerbo, nō solùm pecunia numerata, uerùm etiam omnes res tam mobiles, quàm immobiles, iura & omnia quæ in patrimonio nostro sunt, accedūt[c]. Sic enim in stipulationibus[d], & in actione constituti[e], pecuniæ uerbum

a. d. §. omnes.
b. l. sed & si. §. fin. ff. si quis caut. l. si per errorē. de iurisd. om. iud.
c. d. §. si. & l. si. §. quadrupli. C. de spō. l. si dictum. ff. de euict.
d. §. alteri. Inst. de inut. stipu.
e. d. §. omnes.
f. j. l. si mihi. §. j. & l. si in rē, ff. de rei uen.
g. §. si de alia re. Institu. de inut. stip.
h. j. l. cōtinuus. § si hominē.
i. j. l. in executione. §. pro parte.
k. ibid.
l. l. si in emptiōe. ff. de cō. emp.
m. j. l. si pœnā.
n. l. ij. §. incerta. de pre. sti. l. pe. C. de sen. quæ sine cer. quant.
o. j. l. cum qui. §. j.
p. j. l. triticum.
q. l. quod in stipulatione. ff. de usur.
r. l. j. C. de dote promis.
s. l. cum post. §. gener. ff. de iu dot. ob. l. j. cū glos. dotē. C. de do. promis.
t. l. quid tamē. § Pompo. ff. de arb. l. si. C. de sen. quæ si ne cer. quan.
u. l. duo. de test. tu. l. si quis de plurib. ff. de reb. dub.
x. l. penul. ff. de ali. leg.
y. l. quidam. de leg. ij.

interpretamur. Quandoq; strictius pro ijs quæ pondere, numero, mensura'ue constant, ut in mutuo[f], & ultimis uoluntatibus[g]. Hinc est, quòd si testator unā pecuniæ corpus, deinde eandem quantitatem legauerit, duo legata censeantur[h]. Tametsi, receptissima sit sententia, ut bis idem legatū, nō nisi semel debeatur[i]. Idem in exceptione Macedoniani[k].

sa[i], si quid aliter factum sit[k]. Mortuo[l]

i PROMISSA. Et sic Iurisconsul. presupponit † stipulationē præcessisse[l],

4 maximè si per scripturā redigatur[m]. Hinc Bald.[n] infert, quòd si dicatur, Hoc peracto & conuento, non præsupponimus stipulationem præcessisse: secus si dictum sit, Hoc acto & promisso.

k SI quid aliter factum sit.) In facto consistentes cōditiones, uarietatem habent, & quasi tripertitam recipiūt diuisionē: ut quid detur, ut quid fiat. uel retro, ne detur, ne fiat, ne obtingat. Ex ijs dandi faciendiq; cōditiones, in personas collocātur, aut ipsorum quibus quid relinquitur, aut aliorum, tertia species in euentu ponitur. Secunda iam factū, quàm ius continet. Ius continet, ne de iure petas: factum uerò, ne uiolēter & autoritate propria me impedias[o].

l MORTVO promissore.) Multùm scire interest, utrum pœna incipiat à

5 testatore, uel ab hærede. † Si à testatore, omnes hæredes tenentur insolidùm, pro portione hæreditaria[p]. Nec liberatur unus soluens pro parte sua, donec omnes satisfecerint[q], secus in diuiduis[r]. Sic in commodato, uel deposito, nisi unus hæres facultatem habeat, totius rei restituendæ, nec faciat[s]. Et hæres qui insolidùm soluerit: iudicio famil. ercis. repetit partem à cęteris cohęredibus[t]. Cæterùm si ab uno ex hæredibus, post mortem testatoris actio incipiat, licet omnes teneātur insolidùm[u]. Tamen si unus pro parte, uel in totum soluerit, iudicio famil. ercisc. ab eo tantùm repetet, qui secus fecerit[x].

6 † Quòd si uiuo promissore, unus ex hæredibus secus fecerit, pœnalis stipulatio neq; in promittentē, neq; in hære

z. l. Stichus. de leg. ij.
a. Accur. l. priuilegia. C. de sa. ec. l. si cui. de ann. leg.
b. Archi. c. sunt nōnulli. j. q. j. But. c. ex parte. de decim.
c. l. pecuniæ uerb. l. pecuniæ nomine. l. rei appell. de uer. sign.
d. l. litigatores §. j. ff. de arb.
e. l. recepitia. §. pe. C. de cō stit. pec.
f. l. ij § j. ff. si cer. pet.
g. l. tale. de legat. j.
h. l. sed & si. l. planè § si ea dem. de leg. j.
i. l. planè § j. l. si ita. de legat. j.
k. l. ij C. de fil. mil. & l. si filius mus. ad macel. l. j ff. e.
l. j. l. citra. § pe.
m. §. si scriptū. Insti. de inut. stip. Bar. l. ex placito de re. permut. Cast. l. j. C. de usur.
n. c. cum in iure. colū. v. de offi. deleg.
o. no. Bar. l. si. ff de cō. inst.
p. l. ij. §. ex ijs.
q. d. §. ex ijs. et j. l. cū ex cau.
r. l. ij. §. inceste. j. de pre. stip.
s. l. sed §. hæres ff. cōmod. l. in deposit. ff. deposi.
t. d. §. ex ijs.
u. l. hæredes. §. in illis. §. idē iuris. ff. famil. ercisc.
x. l. ij. §. si.

in hæredem committitur. Nam si diceremus protinus in hæredem, non spectata morte promissoris, actionē competere: obstat quòd nemo ante testatoris mortem & adita hæreditate hęres dici possit[r]. Et sic utpote extraneus censebitur[z]. Si extraneus sit, sibi non nocet[a]. Si diceremus aduersus promittentem, actionem competere: obstat quòd nemo possit promittere factum alienum[b]. Adiectio tamē pœnæ efficit, ut is qui promiserit, teneatur[c].

promissore, si ex pluribus unus contrà quàm[m] cautū[n] sit, fecerit[o]: aut ab

m CONTRA quàm. In quibusdam Codicibus legimus, cōtrà quem. Posterior ideò omnino necessaria mihi
7 uisa est, † quòd alioqui neque hæres contineatur[d], neque ex facto suo ad pœnam teneatur[e]. Quia in stipulationibus, stricta facienda interpretatio[f]: & pœna, utpote odiosa & personalis restringenda est[g], ut promittentis personam nō egrediatur[h]. Vt in stipulatione usufructus, quę cùm personalis sit[i], ad usufructuarij hæredem transmitti non potest[k]. Nec hæres tenetur ex locatione eius rei, à testatore facta, cuius usumfructum tantùm habebat[l]. Idem in personali pacto obseruandum est: ut si quis paciscatur, ne ego petam, nihilominus hæredes mei petere poterunt[m]. Necesse igitur est, hæredis personam nominatim in pœnali stipulatione cōprehendere, si ipsum ex dolo suo ad pœnam teneri uelimus[n]. Iis obstat, quòd cùm testatoris & hæredis persona eadem sit[o]: meritò qui pro suo facto promittit, pro facto quoq; hæredis sui promittere uideatur[p]. Et hęres ex contractu testatoris, tametsi tacito eius nomine teneatur[q], meritò ex promissione testatoris tenebitur. Respon. Hoc procedere in contractibus bo. fid. in quibus hæres quatenus locupletior effect⁹ est, tenetur[r]. Videamus tamen, ne ex promissione testatoris, hæres tametsi locupletior minimè factus, teneatur. Cùm enim iuris successor sit[s], & stipulatio iuris esse dicatur[t], meritò hæres ex testatoris promissione tenebitur, tametsi locupletior effectus non sit, quia stricti iuris est[u]. Respon. Tenetur quidem ex promissione, uel facto testatoris, ex suo autem facto, si nominatim hæredis persona comprehensa nō fuerit, non tenebitur. Quē ut obligatū esse dicamus, dictum fuisse sat est, Dolum malum abesse, abfuturumq; esse[x]. Quod tempus in futurum collatum, hæredis personā obligat[y], quia ad omne tempus refertur[z]. Obstat quòd contrahentium conuentio alteri nocere non possit[a], & cōsequenter neq; hæredi. Respon. Extraneo nocere non poterit, hæredi utique[b]. Intelligo testatoris factum, ipsi hæredi nocere: non uerò ipse hæres tenetur, si secus fecerit. Conuentiones enim negatiuè cōceptæ, nequaquàm in hæredem transeūt[c]. Sed hypothesis Catonis hic, est huiusmodi, conuentio enim negatiuè proponitur, Ne uicinus impediat me ire & agere in fundo meo, &c. Quare ad pœnā hæres non tenebitur, si secus fecerit, nisi contrahentes eiusdem meminerint.

omnibus hæredibus pœnam committi pro portione hæreditaria, aut ab

8 † An autem prius hæredi denunciandum sit, quàm contrafaciendo teneatur? Et uidetur prius ei denunciandū[d], iusta enim facti alieni ignorantia est[e]. Sed hoc uerum est, in iudicijs extraordinarijs, in quibus dies non prius cedit, quàm iudicis officiū imploratum sit[f]. In iudicijs uerò ordinarijs, quæ ex mutua contrahentium conuentione proficiscuntur, non desideramus interpellationem, cùm dies interpellet pro homine[g]. Hinc est quòd si à testatore pœna cōmissa sit, non dubitamus hęredem, tametsi ignorantem, pœnam præstare cogendum esse[h]. Quia adeundo hæreditatem, omnibus creditoribus & legatarijs obligatur[i].

n CAVTVM. † Per stipulationem, ut præsupponimus, quādo inter prę sentes cauetur[k], & scriptum est[l]. Cuius effectus est, ut quādo Cautionis uerbum à prætore profertur[m], fideiussor non accedat[n], uel bonorum hypotheca

y. l. neminē. ff. de acq. hær. l. qui uniuersas. §. quod per colonum. ff. de ac. pos.
z. l. Titio usus f. ff. de con. & demon.
a. l. si unus §. ante. ff. de pact.
b. j. l. inter. l. Titia.
c. j l. 38. uers. at si. & §. uersa uice. Instit. de inut. stip.
d. l. 22. §. qui pa rum. ff. rem ra tam hab.
e. not. Bar. l. 21. nu. 1 ff de no. ope. nun.
f. j. l. quicquid.
g l. cum qui tā. ff. de liber. & posth.
h. §. est enim. Inst. de perp.
i. §. finitur. Inst. de usufr.
k. l. usus aquæ. ff. de usu & hab. j. l. stipulatio ista §. si quis ita.
l. l. si quis do-mū. § j. ff. loc.
m. l. qui in fu-turū. §. j. ff. de pact.
n. l. & ne q. ff. de ædil. edi j. l. in executione. §. quòd si stipulatus.
o. §. j. auth. de iureiu. à mor. præst.
p. Bar. l. 14. ad-dit. 4. 5. ff. de cond. furt.
q. l. 3. §. hæret. ff. cōmo. l. ue-rum. §. in hæ-redem. ff. pro socio.
r. l. 4 in fi ff. de act. & obl.
s. l. hereditas. de reg. iur.

t. l. si unus §. pactu. ff. de pact.
u. l. quicquid. ff. de uer. obl
x. j. l. 38 §. si quis dolum.
y. l. hac stipulatione. ff. de usufr. & quem ad. no. caue.
z. l. pe. ff. iud. sol.
a. l. si unus. §. ante. ff. de pac.
b. d. l. hæreditas. j. l. cùm si lusianus §. in hac. & l. ad diem. hoc tit. l. 4. in fi. C. si aduer. uē. pe. auth. quod obtinet. ff. de prob.
c. Bart. l. qui in futurum. §. j. ff. de pact.
d. l. de pupillo. §. si plurimū de ope. no. nun.
e. l. 9. & seq. ff. de iur. & fa. igno.
f. l. 3. §. hoc autem l. cùm postulassem. ff. de dam. inf.
g. l. traiectitiæ. ff. de act. & obl. l. cùm ad præsens. ff. si cer. pet.
h. l. ex contractu. ff de act. & ob §. pœnales. In, 11. de perpet.
i. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de act. & ob.
k. j. l. Titia. §. pe. l. seq. §. j.
l. l. non eum. ff. de adop.
m. Bar. l. sanctimus. cū add. C. de uer. sig. per l. præter eā. §. fin. ff. de præt. stip.
n. d. l. sanctimus.

hypotheca non cõstituatur[o], sed de
indemnitate tãtùm repromittatur[p].
Quòd si fideiussorem, uel uerum hy
pothecam accedere uelimus, nomi-
natim exprimere debemus[q]. Nisi a-
ctus huius-
modi sit, qui
fideiussores
& pignora,
suapte natu
ra desideret.
Vt cùm de
bonorum collatione agitur[r], uel cau
tionis mandatum est[s].
o FECERIT. Pœna committitur,
10 si hæres secus fecerit.† Secus autem
fecisse dicitur, quando quis in iudi-
cio contra conuentionem, aduersa-
rium conuenit, & lis contestata sit[t],
11 item excipiendo[u].† Eaq; ipsa semel
duntaxat committitur, non enim sæ
pe cõmittitur, si sæpe secus fecerit[x].
Nisi à testatore & posteà ab hærede
secus factum sit, nam tunc bis stipu
latio cõmittitur[y]. Idem si secus con
uentum sit, tunc bis quoq; committi
potest[z]. Sic & quantò minoris sæ-
pius agi potest[a]. In furti quoque a-
ctione, si sæpe cõmittatur, pœna du
plicanda est[b]. Atque ita Vlp.[c] inter-
" pretabimur, Eum qui, inquit, furti a-
" ctionem habet, assidua cõtractatio-
" ne furis, non magis furti actio nasci
" potest. Hoc est, semel duntaxat om-
nium furtorum nomine furti aget.
Quòd si iterum tandem furtū com-
mittatur, denuo agi poterit. Ni-
si à creditore res pignorata furto sur
repta sit, si actione furti, æquipollēs
debiti consequatur, sibi non compe
tit furti actio, si iterum surripiatur,
quia amplius sua non interest[d]. Sic
si ex uno delicto plures actiones cõ
petāt, ut si arbores furtim cæsę sunt,
omnibus experiri permittitur[e]. Sic
in eo qui iniuriose seruum alterius
uerberat, actione legis Aquiliæ ex
culpa, & iniuriarum ex effectu tene
tur[f]. Et altera actione electa, altera
non excluditur[g].
12 p AB omnibus)† Actiones hæredi
tariæ quandoq; dantur in hæredes
pro portione hæreditaria, ut cùm
de debito testatoris agitur[h]. Quan-
doq; pro parte petitur, sed solui nisi
totum nō potest. Vt cùm hominem

o. §. si quis autem pro pecunia. authē. de san. episc.
p. d. l. sancimus & d. l. non enim. cum glo. cauerit.
q. l. ij. §. j C de adop. & d. §. si quis.
r. l. j. §. iubet. ff. de coll. bo.
s. l. si mandato Tit. §. fin. ff. mand.
t. Bar. l. 16. nu. 1. cum seq ff. de transact.
u. no. Bar. l. 19. §. si status. nu. 2. ff. de proc.
x. j. l. 65. Bal. in add. Spec. tit. loca. uer. quid si pœna lega-tur.
y. j. l. cxxxiij.
z. Rom. rub. de arbi. Spec. tit. de arb. §. sequitur.
a. l. quòd si. §. & quidem ff. de ædil. edi.
b. l. quicūq. C. de fur. l. inter dū fur. ff. eo.
c. l. eū qui. eod.
d. l. eum qui. §. idem scribit. ff. de fur.
e. l. cū ex uno. ff. de act. & ob.
f. l. qui seruum. eod.
g. l. quoties. l. nunquam. de act. & ob.
h. l. j. C. si cer. pet. Bar. l. iij. nu. 1. C. de neg. gest.

uno pro portione sua. Ab omnibus[p], si id factū, de quo cautum est, indiui-duum sit. Veluti, i-ter fieri[q], uel nō fie-ri: quia quod in partes diuidi non

incertum stipulor, nam petitio scin-
ditur, solui autem nisi insolidùm nō
potest[i]. Quandoq; solidùm petitur,
tametsi solutio admittat diuisionem
& liberationem, ut cùm de euictio-
ne agitur[k].
13 † Quando-
que singuli
hæredes in-
solidùm te-
nentur, ut
cùm de in-
diuidua promissione testatoris, ut-
puta, ex promissione operis agitur[l],
uel ex stipulatione seruitutis, ut hîc.
Factum enim unius hæredis, ab om
nibus factum censetur[m], hoc est, in-
solidùm committitur[n]. Non contra
quemlibet, sed cõtra omnes. Quod
iure singulari, aduersus tres commu
nis iuris regulas receptū est. Prima
14 est,† quòd pœna non debeat egredi
suum autorē[o]. ut si plures seruū alte
rius percusserint, & appareat, cuius
ictu perierit, ille solus tenebitur[p]. Si
non appareat, uerum est omnes te-
neri[q]. In familia tamē secus est, quæ
si damnum, uel furtum commiserit,
non in singulos datur pœnæ perse-
cutio, sed sufficit id præstari, quod
præstandum foret, si unus duntaxat
reus esset[r]. Atque ita Pauli respons.[s]
interpretandum est. Vnde, inquit,
" Octauenus, hic quoq; domino suc-
" currendum ait. Vt scilicet si familia
album corruperit, iniuriā intulerit,
damnū dederit, licet plura facta esse
uideantur, & consequenter omnes
teneantur: tamen domino succurri-
tur, ut non plus præstare teneatur,
quàm si unus solus cõmisisset[t]. Nisi
is qui damnum dedit, aliter tueri se
nō possit. Vt si ardentibus stramen-
tis duo concurrant, amboq; cadant,
& alter flamma cõsumptus sit, nihil
eo nomine agi potest, si non intelli-
gatur, uter ab altero euersus sit[u]. Se-
15 cunda regula est,† quòd fictio con-
tra æquitatem inducenda non sit[x].
Iniquum autem est, ut ex facto alte-
rius teneatur is, qui nihil cõmeruit[y].
Meritò fictio illa, per quam omnes
fecisse præsumimus, reijcienda est.
16 Tertiò † nemo ex facto alterius locu
pletari debet[z], minus quoque alteri
damnosum esse conuenit[a]. Vt si u-
nus ex

i. j. l. in executione.
k. d. l. in executione. §. in solidū. & l. 139 eod.
l. d. l. in executione.
m. d. l. in executione. §. quòd si.
n. l. hæredes. §. in illa. ff. fam. ercis.
cedendi filijs ad bona materna indulsit [e]. Ita etiam mater filio succedere poterit [f]. Præterea licet filij defuncti, matri præferantur [g]. Tamen cum fratribus & sororibus, hoc est, eum filijs & filiabus suis, ipsa succedit in uirili [h]. Ita tamen si filijs tutorem petierit [i]. Vel ipsa tutrix filij, ad secundas nuptias non conuolauerit [k]. Cæterùm fratribus & sororibus exceptis, mater omnibus alijs agnatis præfertur [l]. Tertiò, licet quandiu locus est successioni ex testamento, tamdiu cesset successio ab intestato, non propterea tamen filius matrem exhæredare poterit. Nam quemadmodùm pater uel mater filium sine causa exhæredare non possunt [m]. Neque etiam filius matrē potuit [n]. Quartò, cùm ex causa præteritionis, uel exhæredationis, testamentum quantùm ad institutiones irritum fiat [o]. Mater nō potuit exhæredari, uel prę teriri [p]. Ergo quantùm ad institutionem, irritum est testamentum.

5 g RESCISSVM. † Transactio inter hæredem & matrem defuncti, non rescindit testamentum [q]. Videtur tamen rescindere, Nam quemadmodùm rescinditur testamētum, in quo filius præteritus, uel exhæredatus est [r]. Ita etiam in quo mater præterita, uel exhæredata est [s]. Respon. Hoc uerū est, si per sententiam rescissum sit. In isto ij. idem esse dicēdum, si per transactionem, cùm rei iudicatæ uim obtineat [t]. Respon. Sed cùm in odiosis strictissima facienda interpretatio sit: non dicemus trāsactione rescissum testamentū tacite uideri, tametsi iudex secundùm querelam præteriti uel exhæredati, testamētum rescindere possit.

6 h LEGATARIIS. † Licet super testamento transactum sit, tamen legata in eodem testamento relicta, ex duplici capite præstabuntur. Primò licet præteritione, uel exhæredatione matris, testamentum rumpatur [u], cùm exhæredari non possit [x]. Tamē intelligimus, quo ad institutionem tantùm,

do. eau. mor.
§ primū itaque authē. de hær. & fil.
f. l. ij. eo. § sed nos. instit. de sen. tertu. l. ij. C. de in lib.
g. d. § præterea. & §. sed cū antea. eo.
h l. si quis. cum auth. & cum C. ad senatusc. tertul.
i. §. sed quēadmodum. Inst. de sen. tertul. l. matrē. C. e.
k. l omnē. C. ad tertul.
l. §. sed cùm antea. de senat. tertul.
m. §. aliud quoque capitulū. authē. ut cùm de app. cog.
n. auth. ex testamento. C. ad tertul.
o. auth. ex causa. C. de libe. præte.
p. d. auth. ex testamento.
q. l. 29. §. quam uis. ff. de inof. testa.
r. l. j. ff. de iniu. rup. l. inter l. cùm apud. de li. & posth. l. si quis. in fin. de uulga. l. ij. C. de con. tab. §. j. Inst. de exhæ. lib. l. ij. ff. de inof. testa.
s. auth. ex testamento. C. ad tertul.
t. l. nō minorē. C. de transf.
u. l. inter cætera. de libe. & posth. §. j. Instit. de exh. li.
x. auth. ex testamento. C. ad tertul.

y. auth. ex causa. C. de libe. præt.
z. §. j. Instit. de exhæ. lib.
a. auth. ex causa. C. de liber. præt. §. si uerò cōtigerit. authē. ut cum de app. cogn.
b. lib. 5. q. cap. 6. & seq.

tantùm, testamētum rumpi[y]. Nemo enim ex eo testamento hæres existere poterit[z]. Cætera autem firma manent[a]. Diximus quandoque pluribus[b]. Quod intelligimus, quando is qui præteritus fuit, querelam inofficiosi non pposuit, aut ad sententiā usque prosequutus non est. Nam tūc legata præstabuntur[b]. Aut si prosequutus sit, proximioribus saltē relicta præstanda erunt[c]. Idem si quis legata præstaturum iurauerit[d]. Præterea eo nomine legata debentur, quòd instituta inofficiosi querela, si transactione res finita sit, testamentum ius suum retineat, & legata præstentur[e]. Tertiò & fortius, quòd mater defuncti, querelam nō proposuerit, sed fideicommissum sibi relictum, ab hęrede peteret, eoq; nomine lis sub iudice erat[f].

præ sunt. Quare quicquid ex testamento petunt, scriptum hæredē[i] cōuenire debent, qui in transactione hæreditatis, aut cauit sibi pro oneribus hæreditatis: aut si non cauit, non debet negligentiam suam, ad alienam iacturam referre.

b. l. posthumus l. filio. de in. rup.
c. l. cùm rem. C. de lega. l. j. de con. tabu. l. j. de leg. præst.
d. l. cùm pater. §. filius. de lega. ij.
e. ut hic. & l. si suspecta. §. quàuis ff. de inof. test.
f. ut j. §. j.

i SCRIPTVM hæredē.) Cûm transactione testamentum non rumpatur, legata ab hærede instituto præstanda erunt. Idem dicendū, si posthumo præterito libertates à filio relictæ sunt, ipse enim solus eas præstare tenebitur[g]. Tametsi Paulus contrà[h]. Cuius respons. defendi potest in eo, qui uxorē esse grauidam sciebat, & intestato moriturus, fidei filij commiserit, ut seruus manumitteretur. Posthumus enim qui tandem nascetur, etiam tenebitur[i]. Quòd si ignoraret, & secundum testamentū uoluntatem suam obseruari uellet: tunc ille solus tenebitur, à quo libertates relictæ sunt. Videt tamē quòd licet futurum posthumum non sperauerit, legata non nisi pro parte debeantur[k]. Hoc uerum est, excepta libertatis causa[l]. Insto ij. quencunq; hæredē etiam ab intestato succedentem, pro portione hæreditaria ad legata teneri[m]. Æquum enim est, ut utilis actio aduersus eū detur, ad quē emolumentum hæreditatis peruenit[n]. R. In creditorib. speciale est[o]. Insto iij. quod legatarij instar habeant creditorū[p]. Respō. Qui tacitam habent hypothecam[q]. Quæ expresse creditorum æquipollere debet[r]. R. Imò uerò plurimùm interest, nam plerunq; legata rupto testamētodeberi desinunt, credita uerò nō utiq;. Præterea legata non nisi adita hæreditate præstantur, credita etiam non adita hæreditate. Meritò creditor non tantummodò hæredem scriptū conuenire poterit, uerùm etiā eum qui ab intestato succedit[s]. Insto iiij. inter legatariū & creditorem nihil referre, cùm etiàm legata à posthumo prę terito præstanda sint[t]. R. Hoc procedit, quando ab aliquo legatū nominatim relictum nō est, sed in uniuersum, tunc etiam hi qui ab intestato succedunt, legata præstare tenebuntur. Insto v. nihil referre, siue à quocunq;, siue ab aliquo nominatim legatum relictū sit, quò minus etiam ab intestato succedētes, legata præstare teneantur[u]. R. Hoc uerum est, quando quis omissa causa testamenti, in fraudem legatorum ab intestato succedit[x].

g. l qui grauid. ff de in cod.
h. l. alieno. §. j. ff. de fid. lib.
i. d. §. j.
k. l. is qui. ff. de in. cod.
l. d. l. qui grau.
m. l. controuersia j. hoc tit.
n. l. si alienus. de leg. ij.
o. d. l. controuersia.
p. l. j. circa fin. ff. si cert. pet.
q. l. j. C. cōmu. de lega.
r. l. cùm quid. si cer. pet.
s. arg. §. j. in fi. Insti. quib. ex cau. ma. nō li. & l. si quis ff. de in. cod.
u. l. j. cum seq. ff. si quis omiss. cau. test.
x. d. l. j.

§. Cùm transactio.

CVM transactio[k] propter fideicommissum facta esset, & posteà codicilli reperti sint: quæro an quantò minus ex trāsactione consecuta mater defuncti fuerit, tantũ pro parte sua, id ex fideicommissi causa cōsequi debeat? Respondi, debere.

§. CVM TRANSACTIO.

1 Transactio generalis ad quæ refertur.
2 Debiti appell. quæ ueniant.
3 Luminis appell. de quibus intelligantur.
4 Hypothecæ appell. quæ ueniant.

1 k CVM TRANSAC. † Transactio quęcunq; sit, ad ea duntaxat, de quibus inter se contrahentes conuenerunt, referenda est[y]. Atq; ita de cæteris quæ

y. l. qui cùm. §. j ff. de pac. l. emptor. l. Lucius. l. Lucio. ff. de act. & obli. Bar. authē. at qui. num. 13. C. de fur.

ris quæstionibus integra permanet actio [z]. Vt si quis cū tutore suo transigat, aduersus eosdē tutores, ex persona fratris sui, cui hæres extiterat, agere poterit [a]. Sic qui per fallaciā eo hæredis, in trāsactione decept⁹ fuit, nihilominus restituitur [b]. Sic in eo qui per fallaciam eo hæredis, inofficiosique relam deseruit [c]. Sic in eo qui indebitum accepit [d]. Sic qui ignorat adse querelam, contra patris testamētum pertinere, de alijs causis cum aduersarijs transegerit: ad ea duntaxat referrī, de quibus inter ipsos actū est [e]. Ita etiam transactio super fideicōmisso facta, ad codicillos posteà repertos nō porrigitur [f]. Idem si per Aquilianam stipulationē transactū sit, nō enim propterea super litibus, de quibus non fuit cogitatum, transactum censebitur [g]. Prospiciendum enim est, ne conuentio super una re facta, alteri rei noceat [h]. Videtur tamē quòd si super fideicōmisso trāsactum sit, censeatur quoq; super codicillis transactum, & consequenter nihil amplius peti posse. Cùm enim codicilli cum testamento indiuidui sint, adeò ut rupto testamēto, codicilli quoque rumpantur [i]. Conueniens est, ut si super testamēto transactum fuerit, censeatur quoq; super codicillis fuisse transactum. R. Cùm nemo præsumatur, iuri suo quod ignorabat, renunciare, credibile non est, iuris codicillorum renunciatum fuisse, quos transactionis tempore
2 ignorauerat. †Idem dicēdum, si quis propter accepta & data, chirographo cauerit, se Titio centū debere. Si ante chirographum debitor creditori mandauerit, ut quid suo nomine solueret, illa chirographo comprehensa nō censebuntur [k], pro quibus nimirū integra permanet actio [l]. Videtur tamen omnia chirographo esse comprehensa, cùm nō expressa causa debiti, ex qua rem me debere profiteor, omnes causæ hoc chirographo, uel solutione cōprehendantur [m]. R. Iuriscōs. [n] cùm satis exprimat causas debiti in chirographo, nēpe ꝓpter accepta & data, merciū causa, ad alias res trahi nō potest. Meritò creditor præter summam, quæ chirographo inest, id petere poterit, quod mādato debitoris soluerit. Insto ij, omnia debita chirographo uideri tacitè esse comprehensa, tametsi
3 si expresse nō fuerint. † Quemadmodùm si cautum fuerit, ne luminibus officiatur: nō enim tantummodò de his luminibus quæ nunc sunt intelligimus, uerùm etiā quæ posteà quoque fuerint [o]. R. Si referamus ad lumina ædium, de quibus actum fuit, non obstabit: si ad ea lumina quæ nunc sunt, uel posteà fuerint, referamus: ad diuersas ædes ea interpretatio trahenda non erit, atq; ita non oberit [p]. Insto iij. omnia debita tacitè esse chirographo comprehēsa, tametsi expressa nō fuerint, exemplo eius qui unam duntaxat rem hæreditariam à Titio petit, qui etiā id quod posteà possidere cœperit, restituet [q]. R. Cùm hæreditas sit successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis [r]. Si hæres unā rem ab uno petat, æquū est, ut quod idem posteà ex hæreditate possidere cœperit, restituat [s]. Sicq; uoluntas

§. Debitor.

DEBITOR [l] cuius pignus creditor distraxit [m] cū Meuio, qui se legitimum creditoris hæredem esse iactabat, minimo transegit: posteà testamēto prolato, Septitiū hæredem esse apparuit. Quęsitum est, si agat pignoratitia debitor cum Septitio, an is uti exceptione possit transactionis factæ cum Meuio, qui hæres eo tempore nō fuerit, possitq; Septitius pecuniam, quę Meuio ut hęredi à debitore numerata est, condictione repetere, quasi sub prætextu hæreditatis acceptā: Respōdi, secūdum ea quę proponerētur, nō posse [n]: quia neque cum eo ipse transegit, neq; negotium Septitij Meuius gerens accepit.

z. l. si de certa. C. de transa. l sub prætextu no. l 67. §. iij. ubi Bart. ff de cō. inde.
a. d. l. qui.
b. d. l. qui. § ij. cū l. tres fratres. ī. ti. proxi.
c. l. eum qui ff. de inof. testa.
d. l. fin § idem. ff de con. ind.
e. d. §. fin. d. l. qui.
f. ut hic. l. ij. §. j. ī. de condi. ind. b.
g. j. l. cum Aquiliana. l. qui cum tutorib.
h. l. si unus. § ante. ī. de pact.
i. l. j. C. de codicil.
k. l. emptor. §. Lucius. ī. de pact.
l. l. si de certa. cum glo. fi. C. eod. l. ij. cum glos. j. in medio. extrà de renun.
m. l. & an. §. actiones. uer. at cum. ff. de exce. rei iud.
n. d. §. Lucius.
o. l si seruitut. j. de ser. urb. præd.
p. d. l. si seruitus.
q. l. si hæreditatem ff. de pe. hær.
r. l. nihil aliud. de reg. iur. j
s. d. l. si hæreditatem.

contrahentium ad ea dumtaxat referenda est, de quibus nominatim cōuenerunt.
4 † Vt si mulier iuri hypothecæ sibi competenti renunciauerit, ad illos contractus refertur, super quibus nominatim renūciatio interposita est [t]. Et, habeat unusquisq; liberam testandi facultatem [u]. Quod ad habiles referendum est. Et, Per omnia adæquata sunt legata fideicommissis [x]. Et tamen in plerisq; differunt [y].

t. l. fine. C. ad uelleia.
u. l. j. C. de sac. san. ecc.
x. l. j ff. de legat. j.
y. glo. d. l. j.

§. DEBITOR.

1 *Debitor qui pignus distrahit, an furti teneatur.*
2 *Transactio facta cum putatiuo hærede, an uero hæredi prosit.*

Transactio facta cum supposita persona, inutilis est.

l DEBITOR. Amphibologia hîc nascitur, nō enim satis cōstat, utrùm debitor, uel creditor pignus distraxerit.

1 m DISTRAXERAT. † Debitorq; pignus creditoris distraxit, furti tenetur [z]. Videtur tamen furtum non committere, cùm enim nemo rei suę furtum facere possit, sed alienæ tantùm [a]. Et pignus dicatur esse debitoris, cùm illud à creditore uendicare possit [b]. Et in suam potestatem reuersum esse uideatur, cùm illud distraxerit [c], meritò nulla actione tenebitur. Respon. Cùm id nostrum dici non possit, quod ex alieno arbitrio pendet [d]. Pignus dici non poterit ipsius debitoris, cùm eidē datum sit, ut saluum sibi esset creditum [e]. Meritò debitor qui pignus distraxit, furti tenetur.

2 n NON posse. † Transactio facta cū hærede putatiuo, uero hæredi neque prodest, neq; nocet [f]. Neq; sententia ex falsis instrumentis lata ualet [g]. Atq; ita debtior solutum repetere poterit. Videtur tamen repetere non posse. Cùm enim communis error faciat ius [h], si putatiuus ille pro uero hærede haberetur, rata haberi debent, quæ ab ipso gesta sunt. Respon. Putatiuus ille hæres, non pro uero habebatur, sed se uerum hæredem iactabat [i], meritò inutilis erit huiuscemodi transactio, & consequenter neq; prodesse, neq; nocere poterit. Videtur tamen omnino ualere, nam si duo tutores, quorum alter uerus est, alter uerò falsus, interponat suam autoritatē in cōtractu pupilli, cōtractus non propterea uitiat [k]. Aut si duo tabelliones, quorū alter officio depositus est, eundem contractum sumant, non minus ualebit. Respon. Hoc ideò quòd utilis contrahentiū uoluntas, per alterius suppositæ personę appositionem, non uitietur [l]. Insto iij. transactionem cum putatiuo hærede factam, omnino uero hæredi nocere [m]. Respon. Hoc procedit, quando quis ratum habuit, quod ab alio sine mandato gestum est. Insto iiij. uideri ratū habuisse, cùm hîc petat, quod in transactione nominatum relictum fuerat. Respon. Contra debitoris uoluntatem, ratū habere non potest. Insto v. posse ratum habere, contra uoluntatem debitoris: nam cùm iura non faueant delinquenti, neque etiā debitori, qui pignus uendiderit, fauēdum est. Et sic seruanda erit conuentio à se facta, quatenus suo damno cedit. Respon. Cùm transactiones ad instar pactorum, facti sint [n]. Et facta interpretatione iuris, ad personam non expressam non trahantur [o]. Meritò ad uerum hæredem non porrigitur. Insto vj. ad uerū hæredem porrigi, quasi putatiuus hæres, ipsi uero hæredi negotia sua utiliter gesserit [p]. Respon. cùm in transactione, nulla mentio ueri hæredis facta sit: dici non potest, hæredem putatiuum, utiliter ueri hæredis negotia gessisse [q]. † Insto vij. q; licet nulla mensio ueri hæredis facta fuerit, sibi tamen prosit [r]. Respon. Hoc in correlatiuis, ut quando minor petit se restitui in integrum aduersus transactionem cum tutore factam, tutori quoq; proderit [s].

z. l. cùm es ff. de fur. l. quāuis. de pign. act.
a. § furtum autem. Instit. de obli. quæ ex deli.
b. l. in rem. ff. de rei uen.
c. l. sequitur §. si rē. de usuc.
d. l. quintus §. argēto. de au. & arg. leg.
e. § fin. Instit. quib. mod. re cont. obl.
f. l. si actionem. ubi Bar. C. de pact. cō. Bar. l. lx. j. hoc tit.
g. l. cùm quidā. nu 9 C. de fi. instr.
h. l. Barbarius. ff. de of. præ.
i. l. uers. iactabat.
k. l. j. uers. quid enim ff. quod falsus.
l. l. j. § sed si mihi ff. de uerb. ob.
m. l. procurator. §. si procurator. ff. rē rat. hab.
n. l. si unus. §. pactum. ff. de pact.
o. l. quæ in fu'u rum. § j. ff. ro.
p. l. j. cum seq. ff. de ne. gest.
q. j uer. neque negocia.
r. l. ij. C. si aduer. trans.
s. d. l. ij.

L. IIII.

1 *Inter acceptilationem, nouationem, & Aquilianam stip. differentia.*
2 *Debitum sub conditione, in Aquilianam stip. deduci potest.*

L. IIII. Vlpian.

AQVILIANA [a] stipulatio omnimodò oēs præcedētes obligationes nouat & perimit, ipsaq; perimitur p acceptilationem, et

10 AQUILIANA.† Non tantùm ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio[t]. Verùm etiam per acceptilationē, uel per nouationem, aut per Aquilianam ſtipulationem. Acceptilatione, uerborum obligatio tollitur[u]. Quæ imaginaria quædam ſolutio eſt[x]. Et omnes præcedētes ſtipulationes in dubio tollit[y]. Nouatio fit, interuentu nouæ perſonæ, quando prius debitū in aliā obligationē trāsfertur[z], per quā prior obligatio omnino tollitur[a]. Tametſi poſterior inutilis fuerit[b]. Aquiliana ſtipulatio miſta eſt, cùm enim obligationes quæ uerbis perficiebantur, uerbis quoq; tantùm diſſoluerētur[c]. Obligationes uerò quæ re perficiuntur, non niſi re diſſoluerētur[d]. Adeò ut ſi aliter diſſoluta fuiſſet, pecuniæ non numeratæ exceptio competeret. Eoq; nomine introductum eſt à Gallo Aquilio[e], miſtum ſoluēdæ obligationis genus. ut imprimis deducatur in ſtipulationē, quicquid deberetur, ſiue ex obligatione reali, ſiue ex obligatione quæ uerbis uel alio quouis modo perficitur. Quæ omnia per acceptilationem diſſolui poterunt, cùm alioqui per acceptilationē, non niſi obligationes quæ uerbis fiunt, diſſoluantur.

t. §. j. Inſti. qui. mo. tol. obl.
u. l. j. ff. de accepi.
x. §. item. Inſti. qui. mod. tol. ob. Bar. l. 17. ff. de dona.
y. l. pluribus. ff. de accep.
z. l. j. ff. de nouat.
a. d. l. j.
b. §. præterea. Inſti. qui. mo. tol. ob.
c. §. fi. Inſt. qui. mo. tol. ob.
d. c. omnis res. de reg. iu.
e. l. & uno. § j. ff. de accept.

hoc iure utimur. Ideoq; et legata[p] etiā & fideicommiſſa ſub conditione relicta, in ſtipulationem Aquilianā deducuntur.

L. V. Pap.

CVM Aquiliana[q] ſtipulatio interponitur, quæ ex conſenſu redditur: lites de quibus nō eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinētur. Liberalitatem enim captioſam, interpretatio prudētium fregit.

L. VI. Caius.

DE ijs[r] controuerſijs, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neq; tranſigi, neq; exquiri ueritas aliter poteſt, quàm inſpectis cognitisq; uerbis teſtamenti.

L. VII. Vlpia.

ET poſt rem iudicatam[s] tran-

2 p LEGATA.† Quod mihi ſub conditione debetur, in Aquilianam ſtipulationem deducere poſſum. Hæc tamen uidetur omnino ſuperflua, nam ſi conditio extiterit, hoc ipſum utpote meū, mihi ſtipulari non poſſum[f]. Si conditio non extiterit, multò minus ualebit, cùm ante exiſtentem conditionē, ſua dici nō poſſit[g]. R. Poſſum ſtipulari, quod mihi ſub cōditione debetur[h]. Quòd ſi nominatim res quæ ſub conditione debebatur, in ſtipulationem deducta fuerit, tunc ipſo iure quod ſub cōditione debebatur, per ſequentem ſtipulationē purè interpoſitā tollitur, et purè deberi incipit[i]. Videtur tamen non ipſo iure priorē obligationem conditionalem, per primam poſteriorem tolli, ſed tum demū, cùm cōditio extiterit[k]. R. Hoc in acceptilatione, quæ ſequitur naturam principalis obligationis: ſecus per ſtipulationem[l]. Et potiſsimùm ſi Aquiliana fuerit, ut hîc.

f. l. ſcire debemus. § ſi à fure. de uer. ob.
g. l. is cui. de ac. & obl. l. j. §. quòd ſi in medio. C. de cad. tol.
h. d. §. ſi à fure. uer. & cōſtat.
i. l. ſi unus. §. pactus. ff. de pactis.
k. l. quòd in diē ff. de accep.
l. d. §. pactus.

L. V.

q CVM Aquiliana. Generalis tranſactio per Aquilianā ſtipulationem facta, ad lites quibus cogitatū non fuit, non refertur. Diximus ſuprà[m].

m. l. imperatores. §. cū trāſactio.

L. VI.

1 *Tranſactio ſuper re incerta, inutilis eſt.*

1 r DE ijs. Tranſactio† ſuper teſtamēto facta, inutilis eſt, ſi teſtamentum non appareat[n]. Idem dicendum, ſi teſtamentum fuerit, & non legatur[o]. Videtur ualere, ita tamen, ut ſi plus promiſſum fuerit in tranſactione, quàm teſtamento comprehenſum eſt, reliduum non debeatur[p]. Et ita tranſactio rei incertæ, ad inſtar ſtipulationis ualet[q]. Obligationes quoq; reales, nō uitiantur, tametſi id quod extra rem eſt, non debeatur[r]. Sed mihi uidetur Caium magis hîc conſilium dare, ut nō tranſigatur, niſi inſpectis cognitisq; uerbis teſtamenti, quàm legem imponere uoluerit, ut colligitur in uerſ. Neque exquiri aliter ueritas poteſt.

n. l. ait prætor. § j ff. de re iudic. not Bar. l. tranſigere. nu. 23.
o. l. j ff quēad. teſt. aperi.
p. l. j § j. de uerbo obl.
q. l. ſi pœnam. eo.
r. l. certi. §. itē. ſi cer. pe. l. bæ ctenus. de conſti. pec.

L. VII.

1 *Sētētia diffinitio, et quid à re iudicata differat.*

2 *Transigi potest post sententiam.*
3 *Transigere post appellationem permissum est.*
4 *Sufficit aliquid esse posse.*

1 s REM iudicatam [s]. † Inter sententiam & rem iudicatam hoc interest [t]. Sententia enim est iudicium, magistratuum necessarium, partibus praesentibus, uel contumacibus, dirimendarum litium causa, introductum.

factio ualet, si uel appellatio [t] intercesserit, uel appellare potueris [u].

§. *Si fideiussor.*

Si fideiussor conuentus [x], & condemnatus fuisset, & mox reus transegisset cum eo, cui erat fideiussor condemnatus, an transactio ualeat, quaeritur. Et puto ualere [y], quasi omni causa & aduersus reum,

Diximus, *Iudicium magistratuum*: ut à priuatorum iudicijs differat, magistratus enim duntaxat, ius dicendi sententiam obtinet [u]. Sequitur, *Necessarium*: ut differat à iudicio priuatorum hominum, quibus iudicandi necessitas non imponitur, magistratibus uerò imponitur [x]. Sequitur, *Partibus praesentibus*, alioqui nō ualet sentētia [y]. Sufficit tamen si uocati litigantes non uenerint [z]. Caeterùm sentētia lata, ab ea appellare permissum est [a]. Quae tamen postquàm in rem iudicatā trāsiuit, amplius appellare non permittitur. Cùm enim nō plus operetur res iudicata, quàm transactio [b]. Et transactionem reuocare permissum non sit [c]. Neq; etiam rem iudicatā [d]. Meritò credibile non est, post rem iudicatam, transactionē ualere. Sed hic locus Vlp. in sententia, non in re iudicata interpretādus est. Cuius Axioma sic formabim [e]. † Transigi po-
2 test etiam post sententiā, modò non transiuerit in rem iudicatam [e]. Meritò licet interim dum sententia non transiuit in rem iudicatā, iudicati agi nō possit, tamen multis modis iudicato liberari quis potest [f], puta transactione [g].

3 t APPELLATIO. † Post appellationē transigere permittitur. Appellatur autem à sententia, usque ad biduum [h]. Prouocatur usq; ad triduū [i]. Iure nouissimo dantur decē dies [k]. Regia tamen cōstitutione, illico est appellandum, alioqui sententia transit in rem iudicatam. Quod malè intellexit Accurs. [l] quando quatuor mensium spatium rei iudicatae constituit.

4 u POTVERIS. † Nihil refert, utrùm quis appellauerit, an appellare potuerit. Appellari autē potest, à quocunq; grauamine [m]. Ergo si sententia ipso iure nulla esset, ut si secundum formā iuris lata nō fuerit, tunc cùm etiā sine appellatione rescindatur [n]. Si super ea trāsactū fuerit, nō ualebit trāsactio, ut hîc. Pręthereà quatenus secundū formam iuris appellare permittitur, eatenus transigere possumus [o].

§. SI FIDEIVSSOR.

1 *Fideiussor quando conueniatur.*
2 *Transactio debitoris, ac fideiussori prosit.*
3 *Transactio fideiussoris, non prodest debitori.*
4 *Transactio licet non ualeat, tamen datum non repetitur.*

1 x CONVENTVS. † Conuenitur autem fideiussor, si non sistat debitor, uel alioqui soluendo nō fuerit [n], adinstar habens duorum reorum [o].

2 y VALERE. † Transactio facta cū debitore, fideiussori cōdemnato prodest [p]. Hinc est, quòd cùm filijsfa. succurratur Macedoniano, si credita eis pecunia fuerit: exceptio etiam fideiussori proderit [q]. Et S. Velleianum, quod pro mulieribus introductum est, fideiussoribus proderit [r]. Idem in procuratore [s]. Nam quoties contractus à lege ꝓhibetur, fideiussor quoque liberatur [t]. Ita tamen si is qui fideiussores accepit, sciret fideiussores pro eo qui contrahere prohibebatur, intercedere: quòd si ignoraret, fideiussori non proderit [u], secus si sciret. Hinc est quòd à quo non potest condici pecunia indebitè soluta, neq; à fideiussore eiusdem [x]. Et iniuriarū actio si morte rei extinguatur, in fideiussorem competere non poterit [y]. Et minores, quibus ex causis restituuntur, ex eisdem fideiussorib. ipsorum succurritur [z]. Sic in transactione debitoris, quae fideiussori proderit.

s. not. Bart. l. causas. nu. 3. C. de trāsact. l. 32. nu. 1.
t. no. Bar. rub. C. de re iud. l. 34. nu. 4. C. de appel.
u. l. cum qui. ff. de iur. om. iudi.
x. l. ij. C. de sen. ex breui. rec.
y. l. de uno. ff. de re iudi.
z. l. cōtumacia. eod.
a. l. j. ff. de app.
b. l. nō minorē. C. de trāsact.
c. l. quamuis. C. de transf.
d. arg. l. intra. ff. de re iudi.
e. Bar. l. 23. nu. 1. ff. de condi. indeb.
f. l. intra. de re iud.
g. ut hic.
h. l. ab eo. C. quō & quā. iud.
i. l. eos. §. sinautē. C. de app.
k. auth. hodie. C. eod.
l. glo. j. d. l. intra.
m. l. appellāti. § j. ff. de app.
n. l. si constat. ff. de app.
o. ut hic.
n. auth. praesente. C. de fideiuss.
o. auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opor.
p. l. Graecè. §. & post. ff. de fideiuss. glo. l. si cui. de uer. si.
q. l. sed & si. §. non solùm. ff. ad Maced.
r. l. si fideiussores. ff. ad uelleia.
s. l. antep. ff. eo.
t. l. cùm lex. ff. de fideiuss.
u. l. quanquam. ad uellei. Bal. l. si praesidiū. ff. de iur. dot.
x. l. ea quae. in fi. C. de cond. indeb.
y. l. si cum. in fi. ff si quis cau.
z. l. minor. ff. de procu. cōtra l. uenditore. uersi. si uerò. j. de iure iur.

derit. Quia cùm duo quodammodò sint rei debendi, & unius solutione tollatur obligatio [a], transactione quoque solui debet. Præterea cùm hi quorum interest, appellandi potestatē habeāt [b], idem quoque trāsigere poterunt. Videtur tamen non posse, cùm enim stipulatio alteri facta nō prosit [c], neque etiam transactio cum debitore facta, fideiussori proderit. Respon. Quemadmodùm stipulatio alteri facta, si stipulatoris nō interest, non ualet [d]. Ita etiam transactio. Verùm dici nō potest, quin intersit debitoris, cùm fideiussori aduersus debitorē, actio competeret. Insto ij. huiuscemodi transactionē, fideiussori nō prodesse. Cùm enim actus ultra agentium intentionē nihil operetur [e]. Et intentio ex uerbis duntaxat colligatur [f]. Et hîc in transactione, nulla fideiussoris mentio facta sit, fideiussori non proderit [g]. R. Cùm duo quodammodò sint rei debendi, ipso iure transactione unius, tollitur obligatio [h]. Insto iij. fideiussori nō prodesse, nam si debitor, nō nisi quatenus facere possit, condemnandus sit ut maritus [i]. Nihilominus fideiussor insolidùm conuenitur [k]. Atque ita cùm priuilegium debitoris, non prosit fideiussori, qui personale priuilegiū est [l], neque proderit transactio debitoris. Respon. Cùm priuilegia personam non egrediantur [m], debitoris priuilegium, fideiussori non proderit, transactio uerò iure communi conceditur, quæ nimirùm fideiussori proderit. Insto iiij. non prodesse. Nam si transactione fideiussoris, res iudicata non perimatur [n]: neque etiā transactione debitoris, cùm duo quodammodò rei debēdi sint [o]. Respon. Cùm accessorium sequatur naturam sui principalis [p], non dubitamus transactionem factam cum debitore, utpote principali, fideiussori prodesse: ut si ui obligationē cōtraxeris [q]. Vel si creditor debitori hæres extiterit [r].

3 NON perimit.) † Trāsactio facta cum fideiussore, rem iudicatam nō perimit [s]. Videtur tamē perimere, cùm enim quis pro debitore etiā inuito, se soluturum constituere possit [t]. Multò magis fideiussor pro debitore transigere poterit. Respon. Ideò trāsactio fideiussoris, non prodest debitori, quia fideiussoris conuentio, reo non prosit [u]. Hinc est, quòd quemadmodùm creditori duplex actio competit, aduersus debitorem, & aduersus constituentem, quando quis pro debitore se soluturum constituerit [x]. Ita etiā hîc competit actio creditori aduersus debitorem non tantummodò ex credito, uerùm etiam ex iudicato.

4 RELEVARI. † Licet transactio non ualeat, tamen datum iudicato computabitur. Hinc est, quòd obligationes quæ re contrahuntur, non uitiātur, tametsi quod extra rem est, inutiliter appositū sit, & utpote pro superuacuo adiectum, in obligationem non ueniat [y]. Videtur tamen id quod in transactione datum est, nō esse aliquomodò iudicato cōputandum, sed omnia in eo statu esse restituenda, in quo tempore transactionis erant [z]. Respon. Hoc in solutione indebiti, uel in re indiuidua: hîc uerò trāsigitur super iudicato, quod certam & diuiduam quantitatē continet.

et aduersus fideiussorē dissoluta. Si tamen ipse fideiussor condēnatus transegit, & si transactio non perimit [3] rem iudicatam, tamen in eo quod datum est, releuari [4] rem iudicatam oportet. Usque adeò quod datum est, tametsi nō proficit ad transactionem, extenuat tamen rem iudicatam, ut inde sit & edictum & rescriptum, circa alimentorum [b] transactionē, citra Prætoris autoritatem factam, ut quod datum est, proficiat ad alimenta: ita ut si quid amplius ex causa alimētorum deberi potest, id præstetur: quod autem datū est, imputetur.

L. VIII. Vlpia.

CVM hi [c] quibus alimenta reli-

a. l. ij. ff. de duobus reis stip.
b. l. iiij. §. alio. ff. de appel.
c. §. alteri. inst. de inuti. stip.
d. §. alteri.
e. l. non omnis. ff. si cert. pet.
f. l. Labeo. §. ult. Tubero. ff. de supel. leg. l. quicquid. de uer. ob.
g. l. fi. uer. fin autem C. per quas pers. no. acqui.
h. l. iij. §. & cū. C. de usu. rei iud.
i. l. maritus. ff. sol. matr.
k. l. & fi. ff. de re iud.
l. l. quia. ff. sol. matr.
m. l. j. §. ij. de const. pecu.
n. ut hic uer. si tamen.
o. d. l. ij.
p. l. si cum. §. Labeo ait. ff. quod me. ca. l. si Stichum. in fi. ff. de fideius.
q. d. §. Labeo.
r. d. l. si Stichū.
s. arg. §. posteriore. Instit. qui. mo. tolla. infir.
t. §. utrùm. j. de const. pecu.
u. l. fideiussoris. j. de pac.
x. d. l. utrùm.
y. l. si tibi. j. de pact. l. certi. §. item si cer. pet.
z. l. si non. §. si centum. j. de con. indeb.

toris autoritatē in transactione non desideremus, tamen ubi de alimentis agitur, sine prætoris autoritate nō ualet transactio. Videtur tamen sine prætoris autoritate ualere[h]. Respon. Multùm refert, utrum transigatur super alimē tis præteritis, uel super futuris. Nā si super prę-teritis, sine prætoris autoritate transigere permissum est[i]. Insto ij. sine p æ toris autoritate, etiam super alimentis futuris trāsigere permissum esse[k]. Respon. Hoc in alimentis, quæ ex ultima uoluntate nō debentur[l]. Insto iij. indistinctè sine prætoris autoritate super alimentis transigi nō posse. Nam alimenta etiam die feriata peti possunt[m]. Prætereà sententia ante duos menses licet exequi non possit[n], tamen ubi de alimentis agitur, tempus iudicati non spectatur[o]. Parumq; refert, ex quacunq; causa alimenta debeantur, cùm lex generaliter loquatur. Ita etiam dicēdum est, transactionem super alimentis sine prætoris autoritate prohibitam, ad quæuis alimenta referendā esse. Respon. Licet quæcunq; alimenta die feriata, & statim lata sententia peti possint: tamen, quantùm ad alimentorum transactionem attinet, si ex ultima uoluntate debeantur, sine prætoris autoritate transigere non permittitur, ut hîc. Quòd si secus fiat, & damno alimentarij cædat, non ualet. Porrò si ex contractu, indistinctè ualebit[p]. Insto iiij. nihil referre, cùm de contractibus ad ultimas uoluntates argumentum ualeat[q]. Respō. Cùm duo uincula sint fortiora uno, æquū est, ut cautius in alimentis à testatore relictis agatur. Interest enim Reip. ut testatoris uolūtas seruetur[r], adeò ut iudex ex officio suo, tametsi non requisitus, eam seruare compellet[s]. Prætereà alimentorum fauor inest. Porrò si ex cōtractu, hoc est, ex duorum consensu debeantur, æquum est, ut contrario consensu dissoluantur[t]. Sed super alimentis, ex ultima uoluntate, consensu alimentarij, sine Prætoris autoritate trāsigere permittitur, potest e im priuilegio sibi concesso renunciare.

inter consentientes arbitrari, an transactio ualeat, uel quæ admitti debeat. Eiusdē Prætoris notio ob transactionē erit, siue habitatio[e], siue uestiarium[f], siue de prędijs alimētorum[g] legabitur.

5 e HABITATIO. Supe habitatione relicta, sine Prætoris autoritate transigere non permittitur. Idem si usufructus habitationis relinquatur. Videtur tamē neq; usum, neque usumfructum legatum esse, cum habitatio domus legata est, sed quasi proprium aliquod ius[x]. Respon. hanc uris subtilitatem diluit Imp.[y] Et ad instar usufructus, morte extinguit. Insto ij. non idem esse, nam licet super habitatione, sine Prætoris autoritate transigere permissum non sit, ut hîc, tamen super usufructu permissum erit . Respon. multùm interesse, utrùm habitatio, uel usufructus simpliciter relinquatur, an addatur, pro alimentis: nam si simpliciter, non dubitamus, sine Prętoris autoritate trāsigere permissum esse[a]. Si addatur, pro alimentis: tunc non erit permissum[b]. Habitatio autem, uel uestiarium, quorum meminit hîc Iuriscons. pro alimentis relictum fuisse interpretamur.

6 f VESTIARIO. Super uestimentis à testatore relictis, sine Prætoris autoritate non transigitur.

g ALIMENTORVM. Omnino superfluus uidetur hîc esse Iurisconsul. quòd exemplū habitationis, uestiarij, deinde alimētorum proposuerit, quemadmodùm & Sceuola fecit[c],

7 cùm hæc omnia alimētis insint. Alimētorum enim uel educationis, aut uictus appell. non tantummodò ueniunt cibi & potus[d]: ut aqua, ubi uenundatur[e], ut Venetię, Pictauię, Arelatæ, uel in Aphrica, aut in Ægypto, tametsi hoc turpe existimādum sit. Verùm etiam cultui corporis necessaria, ut uestimenta, calceamenta, medicamēta[h], habitatio quoq; inest[l]. Cętera quę ad disciplinam pertinēt, nisi expressa testatoris uoluntate nō insunt[m]. Vlp.[n] quoq; stragulam uestem non inesse putat. Cùm igitur habitatio & uestiarium tacitè cedant alimen-

h. l. de alimentis. C. eod.
i. d. l. de alimē tis.
k. j. §. planè.
l. d. §. planè.
m. l. ij. §. de fer.
n. l. fi. § fi C. de usu rei iu.
o. l. ij. ff. de re iud.
p. d. §. planè.
q. l. quæ de legato. de leg. j.
r. l. j. C. de sacr. ecc. §. disponat. authē. de nup.
s. ut lib. j. q. c. j.
t. c. omnis res. de reg. iur.

u. l. cùm acutissimi. uers. & multò magis. C. de usuf. & hab.
x. §. si cui. Inst. de usu et hab.
y. d. l. cùm antiquitas.
z. j. § si in annos.
a. d. § si in annos.
b. ibid.
c. l. libertis. §. ab heredib. ff. de ali. leg.
d. l. uerbo. de uer. sig. l. legatis. de ali. leg.
e. l. j eo.
f. l. mella. §. quidam. eo.
g. l. vij & ibi Bar. de aqua du. lib. xj. C.
h. d. l. uerbo. l. quos. § uerbi. legatis. cū seq. & fi. l. stratū uers. in uictu. de ali. legs. Bar. l. x. C. de lib. ag.
i. d. §. qui transigit.
k. Bar. l. si cùm dotē. §. si autem. nu. 9. ff. sol matr. cum add. j. Bart. l. vj. num. 3. de ali. leg.
l. d. l. legatis. & d. l. fi.
m. d. l. legatis. cum seq.
n. d. l. in stratū. in fi. Bar. l. vj nu. 4. de ali. lega.

alimentis, nisi reditus dumtaxat relicti fuerint[o]. frustra à iurisconsl. hîc expressa sunt, cùm tacitè insint, utpote generi species omnes[p]. Respō. cùm specialis dispositio, generali deroget[q]: meritò licet alimētorum appell. & habitatio et uestiarium ueniant: tamē si nominatim uel habitatio, uel uestiarium dūtaxat relictū sit, species illa derogat generi[g]. Et sic cætera quæ insunt alimentis, non debebuntur. Sic cùm de certo prædio alimenta præstanda sint, & fructus eiusdem prædij, ad ea omnia quæ tacitè alimētis insunt, non sufficiant, non præstabuntur. Videtur tamen omnia præstanda esse[h]. Respon. Si alimenta imprimis legata sint, & pro eisdem fundus obligatus fuerit: si fructus eiusdem fundi obligati non sufficiant, non minus integra alimenta præstāda erunt: ne pignus quod fauore alimentorum datum est, contra ipsorū commodum producatur[i]. Interim tamen super his speciebus alimentorum, sine prætoris autoritate transigere non permittitur. Idem dicendum, si quid alimentorum nomine, diebus singulis debeatur: Non enim habitatio, uel uestiarium, uel calcearium debebitur[k]. Videtur tamen nihil horum quæ suprà dicta sunt, alimentis inesse[l]. Respon. Cùm hæc tàcitè insint, in fauorem eius, cui alimēta debentur, in eius odiū trahendum non est. Meritò cui alimenta debentur, licet habitatio, uestimentum, & alia quæ suprà diximus, insunt: tamē is qui super alimentis transegerit, nō censebitur super habitatione & uestiario transegisse. Ne quod in eius fauorem inductum est, damno & incommodo ipsius cedat.

o. l. fundi. §. j. ff. de usuf. leg.
p. l. Tūc legato. §. ult. interest. de leg. iij.
q. l. Titia cū testamento. §. Lucius Ti. de leg. ij. d. §. itē.
g. d. l. fundi. §. j.
h. l. Lucius. de ali. leg.
i. l. nulla. ff de legi.
k. l. diarium. de ali. leg.
l. j. §. qui transigit.

§. HÆC ORATIO.

1 *Super alimentis in ultima uoluntate relictis, sine Prætoris autoritate non transigitur.*
2 *Alimenta ex testamento, ex quo non adita hæreditas, an debeantur.*
3 *Donatio causa mortis, quæ sit.*
4 *Super alimentis, mortis causa, uel implendæ conditionis gratia relictis, sine Prætoris autoritate non transigitur.*
5 *Donatio causa mortis, à donatiōe cōditionali, in quo differat.*
6 *Cōditio à modo, in quo differat.*

§. *Hæc oratio.*

HÆC oratio pertinet ad alimēta, quæ testamēto[h], uel codicillis fuerint relicta, siue à testatore factis, siue ab intestato[i]. Idem erit dicendum, & si mortis[k] causa donata fuerint, uel ab eo cui mortis causa donata sint, relicta[l]. Sed & si conditionis[m] implendæ gratia relicta sint, ad hucidem dicemus.

h TESTAMENTO. Su1per† alimentis, quæ ex testamento, uel codicillis debentur, sine prætoris autoritate transigere non permittitur: ut suprà diximus.

i SIVE à testatore factis, siue ab intestato.) Hic locus duplicem recipit interpretationem. Prior est, quòd alimenta siue fuerint relicta in testamento, siue debeantur alicui ab intestato, hoc est, iure suitatis, super huiuscemodi alimentis sine prętoris autoritate transigere non permittitur.
2 Sequens est,† quòd si alimenta in testamēto relicta sint, ac tandem ex eo testamento non adeatur hæreditas, nihilominus alimenta in eodem testamento relicta debebūtur[k], & super eisdem sine prætoris autoritate transigere non permissum sit. Porrò quin dicatur intestatus decessisse is, qui licet testamentum fecerit, nō tamen ex eo testamēto adita fuerit hæreditas, certissimum est[l]. Utrùm autem ex eo testamento alimenta relicta debeātur, amplius deliberandū fuit. Cùm rupto testamento, quę eodem insunt, non debeantur: tamen alimentorum fauore, defendi potest deberi.

k MORTIS causa donata.) Inter donationem inter uiuos, causa mortis, & sub cōditione, differentiā hîc colligimus. De donatione inter uiuos, dicemus infrà[m]. De donatione sub cōditione, suo quoq; loco dice-
3 mus[n].† Alia est, quæ mortis causa, hoc est, suspicione mortis fit[o]. Quæ mortis suspicio, iustè nec'ne suscepta sit, uel longo tempore ante mortis co-

k. l. j. ff. de exe. tu. ut.
l. l. j. ff de inius. rupt. & § j. inst. de hære. quæ ab intes.
m. j. uer. planè. uer. non mortis.
n. j. §. sed. uers. conditionis.
o. §. mortis. inst. de donat.

tis cogitationem subsequuta sit, nihil refert[p].

p l pe. ff. de do. cau. mort. l. fi.

4 l RELICTA. †Super alimentis relictis ab eo, cui mortis causa donata sunt, sine prætoris autoritate transigere non pmittitur. Hic duplex intellectus nascitur, primus est, ꝙ is cui mortis causa alimenta donata sunt, rogatus fuit ea alteri relinquere, & ualet fideicõmissum. Fideicõmitti enim uel substitui potest donatario causa mortis[q]. Sequens est, ꝙ is cui mortis causa alimenta donata sunt, eadem inter uiuos alteri donauerit is cui secundò donata sunt, sine prætoris autoritate transigere nõ poterit, quia sibi cum sua causa relicta putantur[r].

q l. ei cui. ff. de do. cau. mort.

r. l. alienatio. ff. de contra. emp.

m CONDITIONIS. Super alimentis, in ultima uolũtate, gratia implendæ cõditionis relictis, sine prætoris autoritate trãsigi nõ potest. Et illa in quartã imputãtur[s].

5 Cæterùm †inter donationẽ mortis causa factã, & implendæ cõditionis gratia relictam, multũ interest. Nã si causa fuerit, cessat repetitio fructuũ rei donatę, si ante causam existentem res donata repetatur[t]. Si conditio inest, & anteꝗ̃ existat, repetatur res donata, fructus quoque repeti poterũt. Secundum quam subdistinctionem, Imper. respons. ambiguũ[u], interpretabimur. Cùm enim mulier, quæ ad secundas nuptias copulauerit, usumfructum quem ex priore marito consequuta fuerit, amittat, secundum eundem. Incertum est, utrùm usumfructũ futurum duntaxat, à die secunda matrimonij amittat, an uerò etiã ante perceptũ restituere teneatur. Animaduertendũ igitur erit, utrùm huiusce modi ususfructus, causa uiduitatis relictus esset, an sub conditione uiduitatis. Nam priore casu, sequutis secundis nuptijs, nõ repetitur ususfructus, quem antè receperit, sequẽti capite repetitur. Quam subdistinctionẽ non satis animaduertit Vlp.[x]

s. l. quod condition. ff. de cõ. cau. mort. l. j. §. si emancipato. de coll. bon.

t. l. ex parte. §. seruo. ff. fami. ercisc.

u. l. j. C. si secũ. nup. null.

6 †Differt autem conditio à modo, ꝙ fiat conditio per si[y]. Neq; relictum prius debetur, quàm conditio extiterit[z]. Modus autem fit per ut[a]. Et relictũ sub modo, statim præstita cautione debetur[b]. Videtur tamen alimenta sub conditione relicta, nõ deberi[c]. R. Quidã sunt legitimi actus, quibus nulla tacitè inest cõditio, ut in omnibus stricti iuris actionibus, expressam tamẽ partiũ cõuẽtione recipere possunt[d]. Alij sunt actus bonæ fidei, quibus prætoris interpretatione tacitã inest[e]. Alij sunt, qui neq; expressam, neq; tacitam recipiunt: ut si in diem, uel sub conditione contractum fuerit matrimonium, uitiatur. Hic uerò quantũ ad alimenta attinet, nihil impedimento est, quò minus sub conditione relinqui possint.

x. l. j. §. j. ff. de dona.

y. l. demonstratio. §. et si. ff. de cõ. & demon.

z. l. legata. de de cõ. & dem.

a. d. l. demõstratio. in fi.

b. l. si tibi legatum. de le. iij.

c. l. actus. de reg. iur.

d. l. quicquid. de uerb. ob.

e. l. cũ quid. si cer. pet.

.Plane.

PLANE de alimẽtis, quę nõ mortis causa[n] donata sunt, licebit & sine Prætoris autoritate.

§. PLANE.

1 *Super alimentis, inter uiuos relictis, sine Prætoris autoritate transigere permittitur.*
2 *Quæ requirantur ad ualiditatem donationis inter uiuos.*
3 *Donatio inter patrem & filium an ualeat.*
4 *Donatio inter uiuos, à donatione causa mortis, in quo differat.*
5 *Super alimentis in menses singulos relictis, sine prætoris autoritate non transigitur.*
6 *Relictum in menses singulos, initio mensis debetur.*
7 *Inter relictum ad certos annos, uel in singulos annos, differentia.*

1 n NON mortis causa.) †hoc est, ex contractu uel quasi: ut in pupillo, à tutore alimenta debentur[f]. Super alimentis inter uiuos donatis, sine prætoris autoritate transigere permittitur in alijs, ut postea dicemus[g]. Quia quando ex contractu aliquid debetur, & contractus cõsensu partium perficiatur, contrario consensu dissolui poterit[h]. Testamenta uerò cùm iuris publici sint[i], cumq; amplius quicquam morientes uelle nõ possint[k], eorum uoluntas exactissima cura ac diligentia seruanda est. Atq; ita duæ rationes sunt fortiores una[l]. In hoc præterea hæc donatio quæ fit inter uiuos, à donatione causa mortis differt.

2 Cæterùm †ut donatio inter uiuos ualeat, donantium uoluntas spectanda est, quæ per stipulationem perficitur[m]. Ergo absen

f. l. j. & seq. C. de alimẽ. pu. præst.

g. l. omnis res. de reg. iur.

h. l. ij. ff. de tab.

i. l. j. C. de sacr. eccle.

k. §. item uetustas. uers. non solum. Inst. de here. quæ ab intest.

l. infra nu. 17.

m. l. si quis argentum. §. fin autem, C. de dona.

r   ti non

ti non acquiritur donatio, cùm ſtipulari nõ poſsit [n], ſed per traditionem, abſenti quæri poteſt [o]. Interdum tamen ſine traditione, & nuda uoluntate, dominium rei donatæ in abſentem transfertur, ut ſi ante donationem haberet [p]. Per epiſtolam quoque rectè donatio perficitur [q]. Iſtis ferè modis perficitur donatio, quæ uſq; ad quingentos tantùm ſolidos ſine inſinuatione ualet [r]. Videĩ tamẽ donationes huiuſcemodi prorſus inutiles eſſe [s]. Hoc procedit, quando pater filio in poteſtate exiſtenti donauit [t]. Adeò ut morte patris neq; confirmetur, neq; uſucapi poſsit [u], eaq; cõferenda ſit [x]. Si quidem quingentos ſolidos excedat, et inſinuata non ſit [y]. Nam ſi eam ſummam non excedit, uel cùm excederet, inſinuata ſit, morte confirmabitur [z]. Idem dicendum, ſi eas in ſuprema uolũtate confirmauerit [a]. Videtur tamẽ patris donationẽ, filio factam, ſtatim ualere [b]. R. Hoc quando pater dotis cauſa filio donauit. Idem ſi filio militi donauerit [c]. Cæterùm ſi emancipato filio facta ſit donatio, ſtatim ualet [d]. Modò omnium bonorum non fuerit [e]. Videtur tamen cuiuſcunq; quãtitatis donationem ualere [f]. Reſpon. Hoc uerum eſt, ſi pro redemptione captiuorum [g]. Idem ſi ijs, quorũ domus incendio corruit, donatio facta
4 ſit, ualet etiam ſine inſinuatione [h]. † Tametſi alioqui inter uiuos donatio, ſi ſummam tricẽtorum ſolidorum excedat, inſinuanda ſit [i]. Excepta donatione ſponſaliarum [k]. Mortis uerò cauſa donatio, indiſtinctè quantumcunq; fuerit, inſinuatione non indiget, ſed quinq; teſtibus perficitur [l]. Tertiò, Donatio inter uiuos, cũ primùm perfecta eſt, nõ reuocatur [m]. Mortis cauſa donatio, ad inſtar habens legatorum, uſque ad mortem, nuda donantis uoluntate reuocabitur [n]. Quartò, inter uiuos donatio, p capitis diminutionem non reuocatur [o]. Mortis cauſa donatio, poſt ſententiam aduerſus reum latam uitiatur [p]. In crimine tamen læſæ maieſtatis, latam ſententiã non ſpectamus [q].

n. l. j. ff. de uer. obl.
o. l. nec ambigi. C. de donat.
p. l. abſenti ff. de donat §. interdum. Inſti. de rer. diui.
q. l. ſi aliud. C. de donat.
r. l pen §. fi. C. de don.
s. l. ij. C. de inoff. donat.
t. d. l. ij. l. cùm de bonis. C. de donat. l. ſi donatione. de colla.
u. l. i §. j. ff pro donat. d. l. ſi donatione.
x. d. l. ſi donatione.
y. l. ſancimus. C. de donat.
z. l. donatiões. C. de do. int. ui. & ux.
a. d. l. donationes. §. j. & ſequen.
b. l. Pompo. ff. fam. erciſc.
c. l. ſi filiusfam. C. fam. erc.
d. l ſi. C. ſi aduer. do. l. eum de bonis. C. de donat.
e. l. ij. C. de inoff. dona.
f. l. penul. C. de dona.
g. d. l. pen.
h. d. l. pe.
i. l. ſancimus. l. ſi quis argẽtũ. §. ſed &. C. de donat.
k. §. j auth. ut ſpon. larg.
l. l. ſi. C. de don. cau. mor.
m. § alia. Inſt. de donat.
n. l. iij. in fi. cũ l. ſeq. ff. de adim. leg.
o. l. cum bi §.

te tranſigi. Siue igitur in menſes ° ſingulos, ſiue in dies, ſiue in annos fue-

Videtur tamen quantum ad tranſactionem attinet, inter donationem inter uiuos, & donationẽ cauſa mortis, nihil differre, cùm utraq; inter cõtractus connumeretur [r]. Reſp. Cùm donatio cauſa mortis inſtar habeat ultimæ uoluntatis: ut ſuprà diximus, eius naturam ſequitur.

5 o IN menſes.) † Super alimentis in annos ſingulos relictis, ſine prætoris autoritate tranſigere non permittitur. Videtur eſſe permiſſum [s]. Reſp. Hoc uerum eſt, ubi alimenta expreſſa non ſunt [t]. Inſto ij. quòd licet nominatim aliquid nõ fuerit relictum pro alimentis, tamen ſi alimentorum loco cædat, ſuper huiuſcemodi relicto, ſine prætoris autoritate tranſigere permiſſum nõ erit [u]. Reſpon. Hoc uerum eſt, & meritò hunc §. Siue in menſes, ſecundum præcedentẽ Vlp. ſubdiſtinctionem interpretabimur. Nempe, ſi in ultima uolũtate, in menſes ſingulos aliquid relictum ſit, ſine prætoris autoritate tranſigere non liceat. Sin inter uiuos, ſecus eſt. Et ſecundum hanc ſubdiſtinctionem, neceſſariò ad d. §. ſi in annos. j. adhibenda erit hæc interpretatio, ut relictum
6 inter uiuos factum eſſet. † Porrò huiuſcemodi in menſes ſingulos relictum, initio menſium ſingulorum, non in fine debetur [x]. Videtur in fine tantum [y]. Reſpõ. Hoc uerum eſt, ſi ex ſtipulatu debeantur, ſecus ex ultima uoluntate. Inſto ij. Argumentũ ultimarum uoluntatum ad contractus ualere [a]. Reſpon. Huiuſcemodi argumentorum probabile eſt, cum legibus non repugnat.

p ORATIO. Nempe, ſi in annos, puta, ſingulos alimẽta ex ultima uoluntate debeãtur, ſuper illis, ſine prætoris autoritate trãſigere permiſſum non ſit, ſecus ſi ex contractu.

7 q ANNOS certos.) † Nihil refert, utrum alimẽta in annos ſingulos, uel ad annos certos debeantur, quò minus ſuper eiſdem in contractibus relictis, ſine prætoris autoritate tranſigere permiſſum ſit, ſecus ſi ex ultima uoluntate. Videtur tamen non idem iuris eſſe, cùm in annos ſingulos relictum,

ſed donatio. cum ſeq. ff. de do. int. ui. l. ſi quis. C. de bo. proſcr.
p. l. poſt. ff. de dona. l. ſi aliquis ff. de do. cau. mor.
q. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.
r. l. ſi quis. C. de præſcrip. xxx. ann.
s. §. ſi in annos.
t. ibid.
u. §. initio l. uer. ſiue habitatio, ſiue ueſtiarium.
x. l. nec. ff. qu. dies leg. ced.
y. §. omnis. Inſtit. de uerb. ob.
a. l. quæ de legato. de leg. j.

b. l. nec. ff. quā. di. leg. ced.

c. l. si in annos. ff. de con. & dem.

lictum, initio anni præstandum sit[b]. In annos, puta, decem relictum, non nisi nouissimo eius temporis die debeatur[c]. Respon. Quando inest conditio, ut hoc, aut illud, in decē, puta, annos, fiat: tunc nouissimum eius tēporis diē spectamus. Si tamen super illis transigendū sit, spectādum erit, an ex cōtractu, uel ultima uolūtate debeātur, ut hic.

rint relicta, oratio[e] locum habet. Et si non fuerint perpetuò relicta, oratio locum habet. Sed & si nō fuerint perpetuò relicta, sed usq; ad annos[d] certos, idem est.

§. *Si integra.*

Si integra[f] quantitas alicui fuerit legata, ut ex usuris eius se alat, & mortis tempore pecunias restituat: non cessabit oratio, licet[a] non in annos singulos uideatur id relictum. Sed & si certa[t] quantitas relicta sit Titio, uel res ita, ut inde alimenta Seio præstētur, magis est ut trāsigere Titius possit, nec enim transactione Titij, minuuntur[u] Seij alimenta. Idemq; est & si per fideicōmissum alimenta ab hoc legatario fuerint relicta.

§. SI INTEGRA.

1 *Transigere super alimentis non permittitur siue super uniuersa hæreditate, siue super certa re debeatur.*

2 *Legatum in annos singulos. quid differat à legato rei certæ, pro alimentis relicto.*

3 *Quem non honoro, grauare non possum.*

4 *Transactio super re pro alimentis relicta, sine prætoris autoritate ualet.*

d. l. ubi. §. illud. uersic. & ad hoc. de uerb. ob.

e. §. si quis una. Inst. de fidei. hæred.

c. §. finitur. Insti. de usufru.

1 ¶ SI integra.) Siue † alimēta debeantur super re certa hæreditatis, siue super uniuersa hæreditate: sine prætoris autoritate super illis trāsigere nō permittit. Quia nihil refert, quid ex æquipollentibus fiat[d]. Videtur tamē inter hæc multùm referre, nam is cui super uniuersa hæreditate alimenta relicta sunt, instar habet fideicōmissarij uniuersalis, Qui nimirùm ad æs alienū testatoris, pro parte alimentorum tenebitur[e]. R. Hoc uerū est, tamē quomodocunq; ex ultima uoluntate debeātur, super illis sine prætoris autoritate transigere non permittitur.

2 ¶ LICET non in annos singulos.) Legata re certa, ex qua se alat, huiusce modi legatum, non sequitur naturam legati in annos singulos. Sed instar habet ususfructus, qui statim morte usufructuarij finitur[e]. In altero legato, morte legatarij, commoditas totius anni, in hæredem legatarij transmittitur[f].

f. l. in singulos. de an. leg.

3 † CERTA. † Non abs re, si proponat, rem certam Titio relictam, ut alimenta præstaret. Nam ubi nihil sibi relictum esset, ab eo alimenta relinqui non poterant[g]. Igitur, ait hic

g. §. potest autem. Instit. de fideic. hær.

4 Iuriscōs. † relicta re certa Titio, ut Seio alimenta præstet, Titius sine prætoris autoritate trāsigere poterit. Videtur nō posse, cū ius Seij, pactis ipsorū lædi nō possit[h]. R. Licet Titius transigat, non eò minus alimenta præstabuntur, atq; ita ius suum non læditur. Insto ij. hanc transactionem, sine prætoris autoritate non ualere[i]. R. d. §. Si uni. locum habet, quando directò ipsi alimentario res aliqua pro alimentis relicta est, nō enim sine prætoris autoritate transigere poterit. Cæterùm si sibi per fideicommissum alimēta debeantur: ut si res aliqua tibi relicta sit, ut Seio alimenta præstes: sine prætoris autoritate, super illa re trāsigere poteris: ut hic. Insto ij. nō posse[k]. R. Hoc procedit, quando relicta res, pro alimētis obligata est[l]. Insto iij. quòd res fideicommisso subiecta, alienari non possit[m]. R. Res data, ut alimenta præstentur, non est fideicommisso subiecta, sed tantùm sub modo relicta censetur. Insto iiij. Si alimēta nō præstet, rem sibi sub modo, uel conditione relictam restituere tenebitur[n]. Ergo relicta re, ut præstētur alimenta: res uendicari poterit, si alimēta non præstet. Igitur alienatio, ne cū prætoris quidē autoritate ualebit. R. Quādiu alimēta præstabantur, ualebit alienatio. Vbi præstare desierit, reuocabitur.

h. ī. l. imperatores.

i. ī. §. si uni.

k. §. si uni. uers. idem est.

l. d. §. si uni.

m. l. filiusfa. §. diui. de leg. j.

n. l. ex pacto. §. fermo. ff. fa. ercis. l. et generaliter. ff. de dona.

w MINUUNTUR. Ideò nõ minuũtur alimẽta Seio relicta, pacto Titij. Quia Seius alimẽta à quocunq; possidente rem, super qua alimenta relicta sunt, petere poterit[o]. Quia res semper cũ sua causa alienata censetur[p].

o. l. imperatores. ff. de publica.

p. l. iij. in fi. ff. ff. qui pot. in pig. habe.

§. Eam.

EAM transactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, ut quis repræsentatam[x] pecuniã consumat. Quid ergo si quis citra Prætoris autoritatem transegerit, ut id quod per singulos annos erat ei relictum, mox consequeretur per singulos menses[y]: aut id quod per singulos menses ei relictum erat, mox cõsequeretur per singulos dies? Quid deinde si quod consũmato anno acciperet, in initio anni consequatur? Et puto eã transactionem ualere, quia meliorẽ[z] conditionem suã, tali transactione alimẽtarius facit. Noluit enim oratio, alimenta per transactionem intercipi. Nihil autem interest, utrùm libertini sint[a], quibus alimẽta relicta sunt, an ingenui: satis locupletes[b], an minus.

§. EAM TRANSACTIONEM.

1 Obligationis species.

2 Repræsentata pecunia, quid sit.

3 Tempus præsentationis alimentorum abbreuiari potest.

4 Alimentarius suam cõditionem meliorem, non deteriorem facere potest.

5 Non refert, cuius status sit alimentarius.

6 Pauperi ac diuiti æquabile ius reddendum.

1 x REPRÆSENTATAM. † Præsciẽdum hîc est, duas potissimùm esse obligationis species, quarum altera uerbis, altera re perficitur. Cæterùm cùm omnis res eodem iure dissolui debeat, quo soluta fuit[q]. Verborum obligatio uerbis quoq; dissoluetur, quæ propriè acceptilatio appellata est, ut si quis decẽ stipulatus fuerit, per acceptilationem repræsentata illa decẽ dicemus[r]. Realis aũt non nisi re, hoc est, numeratione. Cùm igitur hæc alimentorum præstatio, re perficiatur (nemo enim tenetur alteri præstare alimenta, si nihil à testatore acceperit[s].) re quoque duntaxat

2 dissolui debẽt. Si † igitur quis repræsentata, hoc est, simulata numeratione, (ut fit per acceptilationẽ) ius alimentorum transactione dissoluere tentauerit, nihil agit.

q. c. omnis res. extr. à de reg. iur.

r. l. Publius. §. §. de cond. & dem.

s. §. potest. Inst. de fideic. hæ.

3 y SINGULOS menses.) Præstatio alimentorum in singulos annos, in menses, uel dies singulos abbreuiari potest, tametsi ea in longius tempus prorogare non sit, permissum. Quia dies fauore alimentarij appositus censetur, quem nihilominus coarctare poterit[t].

t. l. cùm in tempus. de uerb. sign.

4 z MELIOREM. † Alimentarius trãsigendo, conditionẽ suam meliorem, nõ deteriorem facere potest. Quod aduersus naturalis, gentium, prætorij, uel ciuilis iuris regulas pugnat. Secundum naturã enim est, ut qui commodũ sentit, damnũ quoq; sentiat[u]. Adeò ut conuentio secus facta, impugnetur[x]. Prætereà iure gen. introductũ est, ut post cõtractum emptionis & uenditionis, cõmodum & incõmodum in emptorẽ transeat[y]. Emptionem autem iuris gen. esse nõ dubitamus[z]. Cui instar habet transactio. Prætor quoq;, pacta se seruaturũ pollicetur[a]. Iure ciuili, uerborum cõuentiones ratæ & firmæ habentur[b]. Tamen alimentorum fauore inductum est, ut si alimentarius transigẽdo meliorẽ suam conditionem fecerit, ualeat, ut hîc. Quam sententiam æquitate temperandã esse existimo, ut eatenus meliorem suam conditionẽ facere possit, dum damno & incommodo alterius non cedat[c].

u. l. secundũ naturã. de reg. iur.

x. §. de illa. Inst. de societ.

y. §. cùm autẽ. Inst. de emp.

z. l. ex hoc ff. de iust. & iu.

a. l. j. ff. de pac.

b. l. j ff. de uer. ob.

c. arg. l. fin. C. pro emp.

5 a LIBERTINI. † Nihil refert, cuius status uel cõditionis sint, quibus alimenta relicta sunt. Nam siue libertini, siue ingenui, alimentorum priuilegio fruentur. Minus quoq; referre puto, si serui fuerint[d]. Quemadmodum enim apud Deum personarum distinctio nulla est[e], neq; etiam esse debet

d. l. seruos ff. de alt. lega. l. sed & si. §. j. ff. de iust. act.

e. Pau. ad Gala. iij. in fi.

debet apud homines. Videtur tamē in seruis non idem esse dicendum, cùm & iure ciuili[f], & iure prætorio sint incogniti[g]. Licet pactum serui omnino inutile sit[h]. Tamē quod ad alimenta attinet, secus est.

f. l. & hæredi. §. quòd si. l. contrà. §. si filius. i. tit. proxim.
g. l. j. ff. de iure delib.
h. d. §. quòd si.

b LOCUPLETES. † Pauperi ac diuiti, in æquabile reddendū. Et ideò ait Dominus[i], Non consideres personam pauperis, nec honores potētis. Meritò quod in annos singulos debet, tam diues quàm pauper transigere poterit, ut mensibus, uel diebus singulis præstetur. Videtur tamen diuitem pauperibus præferendum, quòd diues sine prætoris autoritate transigere posit[k]. Respon. Non tamen super alimētis poterit[l]. Negare tamen nō possumus, diuites pauperibus præferendos esse: ut in adipiscendo magistratu, in ferendo testimonio[m].

i. Leuit. c. xix.
k. j. §. si in annos.
l. d. § si in annos.
m. l. iij. in prin. de testib.

§. Vult igitur.

VULT igitur oratio, apud Prætorem de istis quęri, imprimis de causa trāsactionis, deinde de modo, tertiò de personis transigentium. In causa hoc erit inquirendum, quæ causa sit trāsigendi, sine causa[d] enim neminem transigentē audiet Prętor. Causæ ferè huiusmodi solēt allegari: Si alibi[e] domicilium hæres[f], alibi alimentarius habeat. Aut si destinet[g] domiciliū transferre alterutereorū. Aut si aliqua causa urgeat pręsentis pecunię[h]. Aut si à pluribus[i] ei alimenta relicta sint, & minutatim singulos conuenire difficile ei sit.

§. VULT IGITUR.

1 *In transactione alimentorum quæ spectanda.*
2 *Transactio alimentorum, sine causa non ualet.*
3 *Heres ubi conueniri possit.*
4 *Alimentorum nomine quātum decernendum.*

1 c VULT IGITUR. † In transactione alimētorum, causa, modus & persona transigentium spectatur.

2 d SINE CAUSA.) Alimentorum transactio sine iusta causa nō ualet. Quod in omnibus cōuentionibus obseruandum est, in quibus si nulla subsit causa, nulla obligatio nascit[n]. ut in pollicitatione[o], stipulatione[p], uel libello[q]. Hoc ipsum præter illa quæ hîc diximus, Accurs. hîc comprobat.

n. l. iurisgen. §. sed cùm nulla. ff. de pact.
o. l. j. §. j. ff. de pollicit.
p. l. ij. §. circa. ff de do. exce.
q. l. j. §. si cista. ff. depos.
r. l pupillus. §. territoriū. de uer. sig.

e ALIBI. Hoc est, extra continentiam urbis, & extra suæ iurisdictionis territoriū[r]. Cæterùm si unus sit in urbe, alter in hortis, uel in foro, uel in cōtinentibus ædificijs, eos iustam transactionis causam nō habere puto[s], quia pręsentes censentur[t].

s. l. qui concubinam. §. uxori. de leg. iij.
t. l. præsens. & seq. ff. de procurat.

f DOMICILIUM HÆRES.) † Si hæredis & alimentarij domiciliū seiunctum & separatum sit, iusta trāsactionis causa erit. Non enim satis constat, ubi petēda, uel præstāda alimenta sint. Nam quandoque ubi hæres est[u], hoc est, ubi hæres domiciliū habet[x]. Quandoque ubi testator domiciliū habuit[y]. Vel ubi ex certo fundo debētur, ibidem & petenda & præstanda sunt[z]. Tertiò, si hęres à testatore, certo loco alimenta dare iussus sit, arbitraria actio est[a]. Quartò ubique peti possunt, si dolus inest[b]. Quintò, cùm ea quæ pondere, numero, uel mensura constāt, ubique peti posint[c], alimenta relicta ubique peti poterunt[d]. Sextò, conuenitur quis ubi contraxit[e], uel quasi contraxit[f]. Non tamen delegatus[g]. Septimò, conuenitur hæres, ubi secundum testatoris uoluntatem, uel secundum conuentionem alimenta præstanda sunt[g]. Octauò, conuenitur hæres, ubi maior hęreditatis pars est[h]. Nisi alia testatoris uoluntas fuerit[i]. Vel res quę petitur, alio loco sit[k].

u. l. quod legatur. ff. de iud.
x. ut hic. & l. hæres. §. illud l. fideicom. §. sed. de iud.
y. l. hæres absens ff. de iud.
z. l. quod legatur. cum § fi. de iud.
a. l. si hæres. ff. de eo qu. cer. loco.
b. l. quod legatur. ff. de iud.
c. d. l. quod legatur.
d. l. j. ff. de ann. legat.
e. l. hæres. §. proinde. l. omnem. l. interdum. §. senator. eo.
f. d. l. hæres. §. j.
g. l. de eo. eod.
g. l. hæres. §. illud. de iud. l. cōtraxisse. ff. de act. & ob.
h. l si fideicommissū. de iud.
i. l. sed & si. §. j. ff. de iud.
k. l. sed. § fi. l. l. fi. ff. de testa.

g DESTINET. Si uel alimentarius, uel is qui alimenta præstare tenetur, territorium commutare instituerit, super alimentis transigere poterūt. Voluntas ergo pro facto reputatur. Videtur non reputari[l]. R. Hoc uerū est, & meritò non sufficit domiciliū destinasse, sed factum subsequi conuenit[m]. Alioqui in fraudē legis transactio facta censeretur[n].

m. l. potuit. C. de iu. delib.
n. l. fraus. ff. de legib.

h PRÆSENTIS pecuniæ.) Si alimentarius præsente pecunia egeat,

Aut si qua alia[k] causa fuerit (ut plures solēt incidere) quæ Prętori suadeat transactionē admittere. Modus quoque pecuniæ[l], quæ in transactionem uenit, æstimādus est, ut puta, quātitas transactionis: nam etiam ex modo, fides transactionis æstimabitur. Modus autem pro ætate eius qui transigit, arbitrandus est, & ualetudine. Nā aliàs cum puero, aliàs cum sene transigi palàm est. Constat enim alimenta cum uita finiri. Sed et personarum[m] contemplatio habēda est, hoc est, cuius uitæ[n] sint ij quibus alimenta relicta sunt, utrùm frugi uitæ hi sint, q aliàs sufficere sibi posśint: an nequioris[o], qui de alimentis pendeāt. In persona[p] eius, à quo alimēta relicta sunt, hæc erūt spectāda, quibus sit facultatibus[q], cuius propositi, cuius opinionis: tūc enim apparebit, nunquid circumuenire uelitcū, cum quo transigit.

o.l.filiusfam.§. diui.de leg.j.

super alimentis transigere poterit, tametsi alioq nespōte quidē posset[o].

i A PLVRIBVS. Actiones hæreditariæ cùm pro portione hæreditaria diuidantur[p], & singulos conueni re incōmodum sit[q]: super illis transigere pmittitur. Vt si à pluribus alimenta debeantur. Videtur tamē singulos hæredes, insolidùm conueniendos esse[r]. R. Hoc in indiuiduis. Insto ij. etiam in re diuidua, hæredem insolidùm, non p portione hęreditaria cōueniendum esse[s]. Respō. Hoc uerum est, si integrā rem, super qua alimenta debentur, unus solus possederit[t].

p.l.ij.C.de hæ. act.l.si petitor.ff.de iud. q. ut hic.& l. planè.ff.fam. ercisc.

r.l.iiij.§.Cato. uer.ab omnibus.de uerb. ob.

s.l.si plures.ff. de us & us ar.

t. l.quod legatur.cum §.fi. ff.de iud.

k SI QVA alia.) Cùm omnes transactionis causę sigillatim aut legibus aut senatus consultis comprehendi nequeant[u]: meritò is qui iurisdictioni pręest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet[x].

u.l.nō possunt. ś.de legi. x. ut hic.& d. l.nō possunt.

4 l MODVS quocp pecuniæ.) †Hūc modum pecuniæ, in transactione alimentorum obseruabimus: ut si à prima ætate, uscp ad uicesimum annum transigatur: tantùm cōsequatur, quātum uscp ad tricesimum annum consequuturus esset[y]. Si uicesimum annum excedat Maximi formam obseruabimus[z].

y.l.hæreditatū. ff.ad leg fal. z.d.l.hæreditatum.

m SED & personarum.) Postquàm in transactione, fauore alimētorum, tria spectanda sunt, causa, modus, & persona: & de causa, decp modo transactionis uisum sit, superest de cōditione personæ alimentarij dicendū.

n CVIVS VITÆ. Spectatur cuius uitæ sit alimentarius. Idem in adoptione[a].

a. l. nec. §.& primum i.de adop.

o NEQVIORIS. In transactione alimentorū, conditio alimentarij, mores quocp & status eiusdem spectandus est, utrū sit frugi uitæ, an nequioris. Alij Codices legūt, Sequioris: opinor, pro Secius, hoc aduerbio utimur. Nō enim Sequioris, legimus. Hāc igitur improprietatis dictionem, Sequioris, duobus modis restituemus. Aut enim Sequioris, pro, Secius, legendum est. Aut Segnioris, hoc est, pigrioris. Vtraque interpretatio Vlpiani Respon. accommodatiśsima est. Videtur tamen neutram cōuenire, cùm iura uigilantibus succurrāt[b]. Segnibus autem nequaqꝫ[c]. R. Scio uigilantes ad res graues atque frugiferas idoneos esse, quibus nulla grauior iactura quàm temporis. Scio hominis ingeniū, si excolatur optimis studijs, plurimas edere uirtutes: sin negligatur, uarijs occupari uitijs. Hortus enim quotannis colēdus est, ut niteat: animus semel excultus honestis studijs perpetuò floret ac uernat. Scio uigilantes his artibus instructos esse, quibus ad usum forēsem, ad capescendā Remp. ad honorem, gloriam, dignitatemcp utimur. Iandudum expertus sum, in stdijs diluculum totius diei esse partem optimam, & nullo corporis detrimento plus effici una hora matutina, quàm trib. pomeridianis. Scio denique nihil miserabilius homine desidioso,

b.l.pup.ff.quæ in frau.cre. c.l.non omnes. §.à barbaris. ff.de re mili.

desidioso, ignauo ac segni. Quibus nimirùm cùm sui tutelam suscipere nequeant, legis præscripto succurrẽdum fuit[d]. ut si segniores fuerint hi, quibus alimẽta præstanda sunt, eos super alimẽtis transigere prætor nõ sinat.

d. l. is cui. de uer. ob.

p IN PERSONA.) Spectanda est persona præstantis alimenta, num fortè eius æstimationis, uel tantæ honestatis sit, ut sine prætoris autoritate transigere possit: ut in satisdatione tutorũ[e].

e. l. testamento datos. in fi. ff. de testa. tute.

q FACVLTATIBVS. Annuit Vlpianus pauperem coactum alteri alimẽta præstare, transigere sine prætoris autoritate non posse, quẽadmodum neque adoptare[f], neque testis esse poterit[g].

f. l. [illegible] rec §. & pri [illegible] de a[illegible]

g. [illegible] de te[illegible]

§. Qui transigit.

QVI trãsigit[r] de alimentis, non uidebitur neque de habitatione, neque de uestiario transegisse: cũ diuus Marcus specialiter etiã de istis transigi uoluerit. Sed et si quis de alimentis transegerit, non habebit necesse etiam de habitatione, uel cæteris inuitus transigere. Poterit igitur uel de omnibus simul, uel de quibusdam facere transactionẽ. De calceario[s] quoque arbitrio Prætoris transigendum est.

§. Si uni.

SI uni[t], pluribúsue fundus ad alimẽta fuerit relictus, uelintque eum distrahere: necesse est Prætorẽ de distractione eius, & trãsactione arbitrari. Sed si pluribus[u] fundus ad alimenta fuerit relictus, & inter se hi transigant: sine Prætoris authoritate facta trãsactio rata esse non debet. Idem est[x] & si ager in alimẽta fuerit obligatus. nã nec pignus ad hoc datum, inconsulto Prætore poterit liberari. Arbitratu[y] Prætoris uel de uniuersis alimentis, uel de parte eorum trãsigi oportere plusquàm manifestum est.

§. Si Prætor.

SI Prætor[z] aditus citra causæ cognitionem transigi permiserit, transa-

§. QVI TRANSIGIT.

1 Alimẽtorũ appell. quãdo nõ ueniat habitatio.

1 r QVI transigit.) † Licet alimentorum appellatione, & habitatio & uestiarium ueniat: tamẽ si super alimentis transigatur, non censebitur super habitatione & uestiario esse transactum.

h. [illegible]

s DE calceario.) Alimentorum appell. cùm uestimenta ueniant[i], meritò calceamẽta quoque insunt, ut hîc.

i. [illegible]

§. SI VNI.

1 Fundus alimentorum, sine prætore non alienatur.

2 Alimentarij inuicem sine prætore non transigunt.

3 Fundus pro alimentis obligatus quomodo alienetur.

4 Qui in totum prohibetur, & pro parte.

1 t SI VNI.) † Fundus alimentorum sine prætoris autoritate distrahi nõ potest. Videtur posse[k]. Vlp. respon.[l] procedit, quando res alicui relicta est, ut Titiũ alat. sub modo enim relicta censetur, nõ autẽ res alimentis obligata est. Insto ij. quòd res sub conditione donata, alienari non possit, si conditionem nõ impleat[m]. R. Hoc uerum est, tamen quando implet conditionem, alienatio ualebit: ut hîc.

k. i. §. sed & si certa.

l. d. §. sed.

m. l. j. C. de do. quæ sub mo.

2 u SED si pluri.) † Alimẽtarij inuicẽ sine prætoris autoritate transigere nõ possunt. Videtur tamẽ hãc trãsactionẽ ualere, si cõmodo unius cedat[n]. R. Hoc procedit, quando sunt duo priuilegiati, qui inuicẽ concurrunt.

n. i. § eã trãsactionem. uer. quia meliorẽ.

3 x IDEM est. † Ager pro alimentis obligatus, sine prætoris autoritate distrahi non potest[o]. Secus si obligatus non sit, tametsi ex eo fundo alimenta debeantur[p].

o. l. quod legatur. cum §. fi. ff. de iudi.

p. i. § sed & si certa.

4 y ARBITRATV. † Qui non potest transigere sine prætoris autoritate, minus pro parte poterit. Quia idem iuris est de toto quo ad totũ, quod de parte, quò ad partem[q]. Et cui con

q. l. quæ de tota. ff. de rei uendi.

ceditur quod maius est, minus quoque concessum censetur[a].

a. l. cui iurisdictio. ff. de iurisd. om. iudi.

§. SI PRÆTOR.

1 *Solennitatibus omissis, uitiatur transactio.*
2 *Idem si pro parte.*

z SI prætor. † Omissis his tribus, quæ in transactione alimentorum necessaria sūt, si prætor trāsactionem permittat, nihil agit. Cùm enim minister tantùm legis, iudex sit, facere nō potest, quin legis solennitates seruentur[b]. Sic in testamētis[c]. Non enim iuri publico derogare pmissum est[d], alioqui contra legem committit[e]. Videtur tamen solennitates omissas, actum non uitiare[f]. R. Si ea solennitas omittatur, quę substantia actus est, uitiatur[g], alioqui non[h].

b. l. diuus. ff. de rest. in integ. l. & si nihil. de reg. iur.
c. l. ff. de iniu. rup.
d. l. testandi. C. de test.
e. l. non dubiū. C. de legib.
f. l. j. C. de formulis.
g. ut hic.
h. d. l. j.

2 SED & si. † Si pro parte solennitates transactionis fuerint obseruatæ, pro parte non, transactio omnino uitiabitur. Idem in testamentis[i].

i. l. ex ea. ff. de testa.

ctio nullius erit momenti. Prætori enim ea res quærenda cōmissa est, non negligenda, nec donāda. Sed & si[a] nō de omnibus inquisierit, quæ oratio mandat, hoc est, de causa, de modo, de personis transigentium: dicēdum est, quāuis de quibusdam quæsierit, trāsactionem esse irritam.

§. *Sed nec.*

SED nec[b] mandare ex hac causa iurisdictionē uel præses[c] prouinciæ, uel Prętor poterit. Transactiones alimentorum etiam apud procuratorē Cæsaris fieri possunt, si à fisco petātur alimenta: secundum quod et apud præfectos ærarij transigi poterit. Si, cùm lis[d] quidem esset de alimentis, trāsactum de lite fuisset: transactio ualere inconsulto Prætore non potest: ne circumueniatur[e] oratio. Fingi enim lites poterunt, ut trāsactio etiam circa Prætoris authoritatem fiat.

§. *Si eidem.*

SI eidem[f] alimenta, & præterea

§. SED NEC.

1 *Decretum alimentorum non delegatur.*
2 *Decretum qui interponere possunt.*
3 *Super lite alimētorum quomodo transigatur.*

1 b SED nec. † Qui decretum super transactione alimentorum interponere debet, idipsum alteri cōmittere non poterit[k]. Nam qui alieno beneficio iurisdictionem habet, eam alteri mandare nō potest[l]. Alieno beneficio iurisdictionem habere dicitur, qui à lege, uel senatusconsulto, uel à principe habet[m]: uidetur tamē dos iurisdictionē mandare posse[n]. R. Qui iudicandi potestatē habent, licet alium delegare possint, ut iudicet[o], tamen si res aliqua specialiter ipsis commissa sit, eam alteri delegare non poterunt[p]. ut est decretum, quod super transactione alimentorum interponitur[q].

k. l. nec §. j. ff. de of. proc.
l. l. more. ff. de iurisd. om. iu.
m. l. j. ff. de off. eius.
n. l. cum qui. ff. de iur. om. iu.
o. d. l. cum qui.
p. d. l. j. de offi. eius.
q. ut hic. & d. §. j. l. nec.

c PRÆSES.) Postquam hi qui potestatem habent interponendi decretum, alteri mandare non possunt, 2 † uideamus qui decretum interponere possint. Cōnumerātur hîc quatuor psonæ, præses & prætor, itemque procurator fisci, uel pręfectus ærarij, si à fisco alimenta petātur, unà cum præside prouinciæ[r].

r. l. j. C. si aduer. fis.

3 d SI cùm lis.) † Super alimētorum lite, sine prętoris autoritate transigere non permittitur. Monebat iurisco̅sultū, quòd trāsactiones super quacunque lite, sine prætoris autoritate factæ ualeant. Tamen si super lite alimentorum transigatur, nō idem erit dicendum. Quia ubi maius est periculum, ibi cautius agendū est[s]. Maius enim est periculū, ubi agitur de alimentis, ne fame pereant. Et lis, utpote alimentorum accessorium, sui principalis, nempe alimentorum naturam sequitur.

s. §. sed & si. l. j. C. de cad. tol.

e CIRCVMVENIATVR. Hoc est, in fraudem legis fiat[t].

t. l. fraus. ff. de legib.

§. SI EIDEM.

1 *Datum in transactione inualida computatur.*
2 *Alimentarius locupletior factus non rescindet transactionem.*

1 f SI EIDEM. Licet † transactio defectu

fectu solẽnitatis impugnetur, tamẽ quod nomine transactionis datum est, principali debito cõputabitur[g]. uidetur tamen ob transactionẽ datum, esse reuocandũ. Cùm enim contrahentium uoluntas, ultra eorũ intentionẽ nihil operetur[h]. Et ipsorum intẽtio ex uerbis declaretur[i]. Transactio quæ de fectu solennitatis uitiatur, nihil operabitur, atq; ita datum repeti poterit. Præterea, cùm is qui dedit, in dubio referre debeat, ex qua causa dederit[k]. Si dicat ex causa transactionis dedisse, neq; ualeat transactio, propter solennitatẽ omissam[l], concludere poterit, quod datum est[m]. Quia uitiato principali, uitiatur et accessorium[n]. Respon. Hic principale, sunt alimenta, quæ cùm ex iusta causa debeantur, licet accessoriũ, nempe transactio uitietur, nõ tamẽ ipsum principale uitiabitur. Meritò quod ob eam rem datũ est, interim cõputabitur. Insto ij. Quod ob causam datum est, si causa nõ subsequatur, datũ repeti poterit[o]. R. Hoc uerum est, si nulla obligatio datũ præcedat, alioqui uerò datum compensabitur. Insto iij. minus cõpensationi

g. arg. l. si non sortem. ff. de cond. ind.

h. l. quicquid. de uer. ob.

i. d. l. quicquid.

k. l. j. ff. de sol.

l. l. ĩ. §. si præter. uersi. sed.

m. l. eleganter. & l. in sum. ff. de cõ. ind.

n. l. ij. C. si ad. uer. transact.

o. l. j. cum §. fi. & toto tit. j. de cõ. cau. da.

legatum præsenti die datum sit, & transactũ fuerit citra Prætoris authoritatem: id quod datum est, imputabitur prius in legatum, quod præsenti die datum est: & superfluum, in alimẽtariam causam. Si quis de alimentis transegerit sine Prætoris authoritate: id quod datum est, in præterita alimenta cedet. Nec interest, an tãtum in quantitate sit debita, quãtum datum est, an minus, an plus. Nam etsi minus sit, adhuc tamen id quod in solutum datum est, in præterita alimẽta imputabitur. Sanè[g] si is, qui de alimẽtis transegit, locupletior factus sit ea solutione: in id, quo factus sit locupletior, æquissimum erit in eum dari repetitionem. Nec enim debet ex alieno damno esse locuples.

locum esse. Cùm enim ea quę per exceptionem perimi possunt, in compensationem non ueniant[p]. Et per exceptionem perimatur transactio: in compensationẽ non ueniunt ea, quæ in trãsactione inutili data sunt. R. Si per exceptionem, alimenta, ut principale perimerentur, & non esse debita proponerentur: data nomine trãsactionis pro alimentis nõ compensarẽtur. Sed si transactio minus solenniter facta, ut pote accessorium, per exceptionem perimatur: non eò minus quod pro principali, nempe pro alimentis datum est, cõputabitur, & sic repeti non poterit.

p. l. quæcũq;. ff. de compen.

§. Si in annos singulos.

SI in annos singulos[h] certa quantitas alicui fuerit relicta homini honestioris loci, ueluti salarium annuum, uel usus fructus: trãsactio etiã sine prætore fieri poterit. Cæterùm, si usus fructus modicus alimẽtorum uice sit relictus, dico transactionem citra prætorem factam, nullius esse momenti.

§. Sicut.

SICUT[i] nõ numus ad alimẽta, sed

g SANE. [a] Qui super alimẽtis trãsigit, quatenus ex solutione factus locupletior fuerit, restituere tenebitur. Videtur tamen non teneri[q]. Respon. Est alimẽtarius, qui omnino restituere non tenetur. Is uerò qui alimenta præstare tenebatur, si factus locupletior fuerit, tenebitur. Insto ij. quòd etiã alimentarius locupletior factus teneatur, cùm nemo ex domino alterius locupletior fieri debeat[r]. Respõ. Hîc speciale est, fauore alimentorũ. Aut potius medium quoddam obseruan-

q. ĩ. §. eã trãsactionem.

r. ut hic. & l. nam hoc j. de con. inde.

ſeruandum eſt, ut alimentarius ſuam cõditionem ſine alterius damno meliorẽ facere poſsit. Quemadmodùm eſt, quando tempus præſtationis alimentorum ſuo commodo coartat.

§. SI IN ANNOS.

a Mulier instituta domina et usufructuaria, an ſine prætoris autoritate tranſigere poßit.

frumentum, atque oleũ, & cætera quę ad uictum neceſſaria ſunt, fuerint relicta: non poterit de his tranſigere, ſiue annua, ſiue menſtrua ei relinquantur. Si tamen ita ſine Prætore tranſegerit, ut in uicẽ eorum numum quotannis, uel quot mẽſibus acciperet, & neq; diem, neq; modum permutauit, ſed tantum genus: uel ex contrario, ſi pactus fuerit, ut in generibus alimenta acciperet, quę in numis ei relicta fuiſſent: uel ſi uinum ꝓ oleo, uel oleũ pro uino, uel quid aliud commutauit: uel locum permutauit, ut quæ erant ei Romæ alimenta relicta, in municipio, uel in prouincia acciperet, uel cõtra: uel perſonam commutauit, ut quod à pluribus erat accepturus, ab uno acciperet: uel alium pro alio debitorẽ accepit: hæc omnia habẽt diſceptationem Prætoris, & pro utilitate alimentarij accipiẽda ſunt.

h SI in om.) Sup relicto in annos ſingulos, uel ſuper uſufructu, ſine prętore tranſigi permiſſũ eſt. Super uſufructu uerò alimentorum uice relicto, nõ permittitur. Diximus ſuprà[s].

s. d.l.§. planè. nu 5.

a † Amplius quærẽdum eſt, ſi mulier instituta fuerit domina, uel uſuaria, uel uſufructuaria, an ſine prætoris autoritate tranſigere poſsit? Eò enim lis eſſe poteſt, quòd ipſa nihil conſequutura eſſe uideatur. Pugnant enim eſſe domina, et uſufructuaria, atq; ita neutrum debetur[t]. Contrà tamen, ipſa potuit eligere, an proprietatẽ, uel uſumfructum malit[u]. Si igitur lis ſub iudice fuerit, ſine prætoris autoritate tranſigere poterũt[x]. Quòd ſi nominatim pro alimentis uſusfructus relictus ſit, non poterit: ut hîc. uerſ. Cæterũ. Videtur tamen utroq; caſu ſine prætoris autoritate tranſigere nõ poſſe, cùm enim hæc domina & uſufructuaria tacitè conſequi debeat alimẽta[y]. Et ſuper alimentis in ultima uoluntate relictis, ſine prætoris autoritate tranſigere permiſſum non ſit[z]. Tranſactio aliter facta non ualebit. Reſpon. In quibus perſonis hoc tacitè ineſt, ut institutis dominis & uſufructuarijs, conſequantur alimenta, tranſigere ſine prætoris autoritate non poterũt, alioqui minimè: ut hîc.

t. l. ubi repugnãtia. de regu. iur.
u. l. ſi Titio ff. de uſufr. lega.
x. ut hic.
y. glo. ſi auth. hoc locũ. C. ſi ſec. nup. mul.
z. s. mitto huius l.

§. SI CVI.

i SI cui. Transactio alimentorum ſine prętore facta, niſi cedat incommodo alimẽtarij, nõ reuocatur[a].

a. l. §. cũ tranſactionẽ. uerſ. quia meliorem.

L. IX. QVI CVM.

Tranſactio ad ius futurum nõ porrigitur: infrà § j. uſque ad fin. l. Diximus ſuprà l. imperatores. §. j.

L. X. DE RE.

1 Tranſactio patris, filio non nocet.

1 Tranſactio † facta à patre de re filij, quem in poteſtate non habet, filio non nocet. Idem dicendum, ſi eum in poteſtate habuerit, non enim tranſigendo, filio nocere poteſt. Nec actiões aduerſus patrem, filio pręſtari poſſunt[b]. Sed nec filius tranſigendo, patri nocere poterit. Filiusfa. enim ſuo nomine nullam actionem habet, niſi iniuriarum, quod ui, aut clam, depoſiti, & commodati. In factum quoque actiones exercere poteſt. Vtrique autem ſimul tranſigere poſſunt, quemadmodum utrique ſimul hæreditatem filio delatam repudiare poterunt[c]. Denicq; quarum rerum pater uſumfructum retinet, ſine utriuſque conſenſu tranſactio non ualet[d].

b. l. actiones. ff. de act. & ob.
c. l. is qui heres. in fi. ff. de acq. her.
d. l. fi. §. ubi autem in unum. ff. de bo. qua lib.

CAP.

CAP. XLI.

DE PERMVTATIONE ET ALIIS CONTRACTIBVS INNOMINATIS.

1 *Permutationis origo.*
2 *Permutatio quando dicatur.*
3 *Permutationis substantia.*

1 PERMVTATIONIS † origo, iurisgẽt. est, antè enim quàm nummi essent, uicissim secundum necessitatem temporum ac rerum permutabãt [a].
2 Contractus † autem permutationis dicitur, cùm quis rem suã dat, ut aliam accipiat [b]: ueluti si quis pecuniam pro re dederit [c], tametsi propriè tunc emptio sit [d]. Quæ cùm proprium nomen habeat, contractus nominatus esse uidetur, non innominatus, ut receptissima est nostrorũ Iurisconsl. sententia [e]. Prętereà cùm emptio cõtractus nominatus sit, in quo pecuniam do, ut rem accipiam [f]: & in permutatione res detur, ut res accipiatur, meritò emptioni proxima est [g]: & consequenter adinstar contractui emptionis, Permutatio contractus nominatus uideri debet [h]. Si tamen permutationis naturã, quam sequens Tab. indicabit, cum cæteris nominatis cõtractibus conferamus, secus iudicabimus.

3 Permutationis †substantia.	1	*Traditur res.*
	2	*Et ab utraque parte.*
	3	*Ad interesse agitur.*
	4	*Vel res restituenda est.*

1 TRADITVR res.) Ex placito permutationis, pacti, uel alterius innominati contractus, nulla re sequuta, nulla actio competit [k]: sed ex rei traditione, initium obligationis capiunt [l]. Quod uestimentum rei interuentu est peculiare ijs contractibus innominatis [m]. Nam emptio nudo consensu perficitur [n]. At uerò, dicet quis, mutuum & commodatum nominati contractus sunt, & tamen non nisi rei traditione perficiuntur [o]. Sed nos loquimur de contractibus, ex quibus ad dominij acquisitionem actio competit: ut ex empto, uel donatione, qui solo consensu perficiuntur [p], quod in permutatione non euenit.

a. l. j. ff. de con. empt.
b. d. l. j. §. sed.
c. l. lis constãte. ff. de iur. dot.
d. l. naturalis. § j. ff. de præscrip. uer.
e. l. naturalis. §. j. ff. de præsc. uer. d. §. sed. Bar. l. iurisgẽ. nu. 2. ff. de pactis.
f. l. j. ff. de con. emp. et d. §. j.
g. l. ij. C. de rer. permu.
h. no. Bar. l. certi condictio. num. 24. ff. si cer. pet.
i. no. Bar. rubr. de re. permu. & l. j. nu. 6. eod.
k. l. ij. C. de rer. permu.
l. l. j. §. item. ff. de re. permu. l. legem. C. de pac. l. sciẽdũ. § fi. ff. de edi. edic. l. qui Romæ. §. Callimach. de uer. obl. l. si is cui. §. flauius. de sol.
m. Bar. l. legem. nu. 2. C. de pactis.
n. l. j. §. itẽ. ff. de re. permu.
o. §. j. §. itẽ. Insti. qui. mo. re contr. ob.

2 ET ab utraque parte.) In permutatione, res ab utroq; cõtrahentium præstanda est: ut cùm res mihi datur, ut meam rem dem [q]. In emptione, pecuniam do, ut rem accipiam [r].

3 AD interesse agitur, uel &c.) In permutatione si ex altera tãtùm parte traditio facta sit, ab altera non: non præcisè res in contractum deducta petitur, sed quanti tradentis interest, aut si nihil intersit, ad rei quã dederit restitutionem aget [s]. Videtur tamen repeti non posse quod datũ est, sed de dolo dumtaxat agendum esse [t]. Sed ibi speciale est, libertatis fauore. Nam si ancillam meam tibi dedero, ut pro ea dares mancipium, eamq; fide placiti non seruata, manumiseris, ipsam in seruitutem reuocare non potero, sed quatenus mea interest, agendum erit [u]. Aduersus eum uerò qui pro parte sua adimplere nõ potest, interesse non petitur. Vt si mihi rem tuam dederis, ut tibi Stichum darem, isq; mortuus sit, rem tuã tantùm repetere poteris [x]. Idem si anteaquàm Stichus traderetur, rem tuam repetere uolueris, nisi alioqui intersit eius, qui rem tuam, Stichum puta, tibi daturus, acceperit [y]. Atq; ita duo Pauli responsa pugnãtia interpretabimur. Ait ipse [z].
" Ex altera parte traditione facta, si alter rẽ non uelit tradere nõ in hoc agem' quod interest nostra. Si quidẽ (intelligas) nostra nõ intersit [a]. Et [b], In qua actione id uenit, nõ ut reddas id quod acceperis, sed ut damneris mihi, quanti mea interest. Quòd si nihil intersit, ad rei tantùm restitutionem agendum est [c]. Iis excipitur transactio, ex qua licet actor habeat actionẽ præscrip. uerbis [d], pœnitere tamen non licet [e], ut si quis transactionẽ rescindere uelit, non propterea quod ibi datũ est, repeti poterit [f], sed doli tantùm exceptio competit [g], nisi stipulatio nominatim interposita sit [h]. Quæ nimirùm hoc casu ad instar contractui emptionis & uenditionis habere uidetur, in quo rei uendicationem non habemus, si precium non persoluatur [x]. Cùm igitur cõtractus emptionis & alij nominati, ex quib.

ius ac-

p. l. si quis argẽtum. §. fin. aute. C. de dona.
q. l. j. §. sed. ff. de cõtr. emp.
r. l. j. §. sed. ff. de cont. emp. l. naturalis. §. ij. de præscr. uer.
s. l. si tibi. ff. de præscr. uer. l. ij. cũ seq. cũ l. si pecuniã. C. de cõ ob cau. Bart. improbans Accurs. sententiã in l. iiij. nu 5. C. de dolo.
t. l. uij. C. de dolo.
u. d. l. iiij.
x. l fi. ff. de cond. cau da.
y. l. si pecuniã. ff. de con. cau. l dot.
z l. j. in fi. ff. de re. permu.
a. d. l. si tibi.
b. l. naturalis. § j. ff. de præscrip. uer.
c. d. l. si tibi. d. l. ij.
d. Bar. l. si fundo. num. 2 C. de transact.
e l quamuis C. eo. Bar. l. actione nu. 9. eo. no. cunde l. j. nu 4. C de errore calcu.
f. l. 13. C. de trãsact.
g. l. actione. C. de trãsac. no. Bar. l. si apud. num. 5. 26. 28. 29 C eod.
h. d. l. actione. & l. cum propones. C. eod. not. Bar. l. 39. in fi. C. eo.
x. l. qui ea lege. C. de pact. inter emp.

ius acquirẽdi dominij transfertur, à permutatione, ſubſtantia differant, nomine quoq; ipſo differre conuenit. Nec placet Bar.[y] & aliorum interpretum differentiæ ratio, exiſtimantium permutationem, contractum innominatum, propter generalis uocabuli ſignificationem cenſeri. Nam licet genus generaliſsimum contractuum ſit[z]: tamen huic generi detrahitur, quando in ſua natura manet, nempe quando alicuius rei dominium trãsfertur, ut alterius rei dominium acquiratur. Quare ea ratione innominatus dici non poſſet, cùm certam habeat naturã, certumq; nomen & genus[a], à cæteris contractibus diſcrepans. Alioqui dicendũ etiam eſſet, contractum emptionis, contractum innominatum eſſe, cùm omnem alienationis ſpeciem in ſe contineat[b]. Quòd ſi permutationis contractum ob eam rem innominatum eſſe dicamus, quòd cum cæteris nominatis non conueniat, certè nullum contractum nominatum eſſe uellemus, cùm nulla ſit inter ipſos æqualis proportio. Nam quorundã contractuum natura transfertur dominium, aliorum uſus & ſimilium, de quibus antè dictum eſt. Sed ſi aliquis contractus, qui ſit eiuſdem poteſtatis, cùm eiuſdem naturæ contractibus pugnet, eum nimirum rectè innominatum appellabimus, quaſi inter alios neque nominatum, neq; comprehenſum. Sunt enim differentiæ ſubſtantiales, quæ faciunt contractus differre ſpecie: non autem differentiæ illæ, quæ ex aliquibus qualitatibus ſumuntur, ſpecificã differentiam faciunt. Vt ſi diceremus hominum quoſdam paruos, quoſdam magnos: iſti differunt qualitate, non ſpecie[c]. Sed differentia ſecundum ſubſtantiam, ut homo & aſinus, faciunt differentiam ſpecificam[d]. Sic in permutatione cum emptione, quorum ſubſtantiam ſi conſideramus (ut iam antè conſulimus) planè diuerſum iudicabimus, tametſi natura non diſcrepent, uterq; enim contractus, ad dominij translationem ſpectar. Excipio tamen alias cõtractuum formas, quæ non re ipſa tantùm (ut Permutatio) uerùm etiam nomine, utpote genus generaliſsimũ, innominaros cenſentur, quæ in ſumma octo ſunt.

y. l. Iuriſgent. nu. 1. ff. de pactis. l. fine. nu. 22. C. de trãſact. rub. C. de re permu. no. Bar. l. j. nu. 3. eod. l. ij. nu. 1. 2. l. iij. num. 1. eod.

z. l. j. ff. de contrah. emp.

a. §. preterea. Inſti. loca. & Bar. rub. C. de nouo Cod. fa. nu. 2.

b. l. ſtatuliberi à cæteris. §. fin. ff. de ſtatu libe. Bart. l. j. nu. 2. C. de ac. & obl.

c. l. fi. de fun. inſtruc.

d. l. ij. in prin. ff. ſi cer. pet.

Contractus † innominati,
- 1 *Permutatio.*
- 2 *Si fundus propter quid exiguo precio uenditus ſit.*
- 3 *Do ut des.*
- 4 *Do ut facias.*
- 5 *Facio ut des.*
- 6 *Facio ut facias.*
- 7 *Diuiſio.*
- 8 *Arrarum contractus.*

SI fundus propter quid, exiguo precio uenditus ſit, contractus innominatus cenſetur. Quò fit, ut ſi fides promiſsi non impleatur, præſcrip. uerb. actione[e], fundum repetere poterit[f]. Quòd ſi preciũ excedat, contractus nominatus eſt, in quo pœnitere amplius non licet[g]. Sequentes quatuor cõtractus, ideò dicũtur innominati, quòd non tantummodò reipſa à cæteris nominatis contractibus diſcrepẽt, uerùm etiam certum & peculiare nomen, quo uocentur, non habeant. Nam ſi do tibi areæ meæ dominium, hoc pacto ut inſula ædificata, mihi partem reſtituas: ex empto non agitur, quia precij loco partem rei meę recipere nõ poſſum: mandatum non eſt, quia non gratuitum: neq; ſocietas, quia iure ſocietatis dominium non transfertur: contractus igitur innominat[9] eſt[h]. Qui locum habet quando frequentia actionum nomina deficiunt, & proprium actionis uocabulum inueniri non poſſumus[i]. plura enim ſunt negotia, quàm uocabula[k]. Diuiſio quoq; inter innominatos cõtractus cõnumeratur[l], ex qua tenetur quis de euictione[m]. Poſtremò, arrarũ contractus, innominatus eſt[n]. Horum porrò contractuum innominatorũ cauſa, ſequentes actiones propoſitæ ſunt.

e. l. ſi tibi ff. de præſcr. uer.

f. l. cùm te. C. de pac. int. emp.

g. l. uij. C. de reſcin. uen.

h. l. ſi tibi areæ. ff. de præſcr. uer.

i. l. j. & ſeq. ff. eo.

k. l. natura. eo.

l. Bar. l. j. C. cõ. utriuſq; iudi.

m. l. vij. C. cõ. utr. iud.

n. Bart. l. vj. ſu illud. nu. 2. C. de fi. inſtru.

Actiones cõtractuum innominatorũ
- 1 *Præſcriptis uerbis.*
- 2 *Condictio ob cauſam.*
- 3 *In factum.*
- 4 *De dolo.*
- 5 *Quatenus intereſt.*
- 6 *Euictio.*

(1–6:) Bonæfidei.

Pleriq; exiſtimant, nullam actionẽ in genere dari poſſe. Bar.[o] tamen multò

o. l. iij. nu. 1. uer. uenio. C. de neg. geſt.